

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
42 G
18

ARISTOTELIS STAGIRITAE ORGANVM,

HOC EST LIBRI AD LOGICAM attinentes, Boëthio Seuerino interprete, *nuper ex optimis exemplaribus Grecis recogniti.*



GVM SCHOLIIS, ARGVMENTIS, ac varietatibus lectionum recens additis.

LVGDVNI,

Apud Theobaldum Paganum.

M. D. XLVI.

Libri hoc opere

CONTENTI.

IN PORPHYRII COMMVNES QVINQVE VOCES ARGVMENTVM, PER ANGELVM POLITIANVM.

NTEQVAM in Arist. adyta recipimur, à Porphyrio uelut ab æditvo excipiamur, qui uoces nobis communes illas insusurrabit, Genus, Speciem, Differentiam, Proprium, atq; Accidens. Genus illud esse docens, quod de pluribus etiam specie, Speciem, quæ de pluribus tantùm numero differentibus dicatur. sic tamen, ut interroganti Quid est, utrumq; respondeamus. Summa esse genera decem, quæ semper despiciāt, infimas autem species multas quidem, sed numerabiles, quæ tantùm suspiciant. quæ media sint, & alterutra, summis atque infimis interiecta, defungi utroq; munere, semperq; sursum colligi, deorsum dissipari. Dici de inferioribus, quæ suprà sint, retrorsus non dici, de nullis indiuidua, id est, quorum proprietates in uno, altero nō concurrāt, quæ quoniam comprehendi numero nequeunt, nullum cum philosophō habere commercium. Differentiam de specie quoq; discrepantibus prædicari, suggeri eam tamen, quærenti Quale quid est. Genera his diuidi, species compleri, subire formæ uicem, sicuti materiæ subeat genus, atque ad eorum substantiam conducere, quæ sub genere eodem sunt. Proprium quod uocatur, speciei competere uni toti, & perpetuò. Aduenire accidens, & abire, sed illo incolumi, quod subijcitur. nam & inesse eidem posse, & non inesse, cumq; nec genus, nec species, nec differentia, nec proprium sit, alio tamen usquequaque fulciri. Nam quæ communia cunctis, quæ quibusdam, quæ nonnullis propria, quæ singulis, facilè his cognitis tutemet indagabis.

Quinque vocum, quæ

PRAEDICABILIA PORHYRII AD CHRYSAORIVM nuncupantur liber Boëthio Seuerino interprete.

PRAEFATIO.

CVM sit necessariũ, Chrysaori, et ad eã, quæ est apud Aristotelem prædicamẽtorũ doctrinã nosse quid sit Genus, & quid Differentia, quid Species, quid Propriũ, & quid Accidens: & ad definitionum assignationem, & omnino ad ea, quæ in diuisione, uel demonstratione sunt, utilia: de istarum rerum speculatione compendiosam tibi traditionem faciens, tentabo breuiter, uelut introductionis modo, ea, quæ ab antiquis dicta sunt, aggredi, altioribus quidem quæstionibus abstinens, simpliciores uerò mediocriter coniectans. ▲ *Mox de generibus, & speciebus, illud quidẽ siue subsistant, siue in solis nudis intellectibus posita sint: siue substantia, corporalia sint, an incorporalia: & utrũ separata à sensibilibus, an in sensibilibus posita: & circa ea consistentia, dicere recusabo: altißimum enim est huiusmodi negotium, & alterius maioris egens inquisitionis. Illud uerò quemadmodum de his, ac de propositis magis probabiliter * antiqui tractauerunt, & horum maximè Peripatetici, tibi nunc tentabo monstrare.* ▲

In. 7. metaph. quæstiones hæ determinãtur.
λογικώτερον magis logicè.

De genere

De genere.
CAPVT I.

IDETVR *autem neq; genus, neq; species simpliciter dici. Genus enim dicitur & aliquorum quodãmodo se habentium ad unum aliquid, & ad se inuicem collectio. Secundùm quam significationẽ* Ro*manorum dicitur genus, ab unius, scilicet habitudine (dico autem* Romuli *) & multitudinis habentium aliquo modo adinuicem eam (quæ ab illo est) cognationem, secundùm diuisionem ab alijs generibus dictum.* Dicitur *autem & aliter rursus genus, quod est uniuscuiusque generationis principiũ: uel ab eo qui genuit, uel ab eo loco, in quo quis genitus est.* Sic *enim* Orestem *quidem dicimus à* Tantalo *habere genus,* Hylum *autem ab* Hercule*: & rursus* Pindarum *quidem* Thebanum *esse genere,* Platonem *uerò* Athenien*sem.* Etenim *patria principium est uniuscuiusque generationis, quemadmodum & pater. Hæc autẽ uidetur promptißima esse significatio.* Romani *enim sunt, qui ex genere descẽdunt* Romuli*: &* Cecropidæ, *qui à* Cecrope, *& horũ proximi.* Et *prius quidem appellatũ est genus uniuscuiusq; generationiis principium, dehinc etiam & multitudo eorum qui sunt ab uno principio, ut à* Romulo. *quam diuidentes, & ab alijs separantes, dicebamus omnem illam collectionem esse* Romanorum *genus.* Aliter *autem rursus genus dicitur cui supponitur species.* Ad *horum fortasse similitudinem dictum: etenim principium quoddam est huiusmodi genus, earũ quæ sub ipso sunt specierum.* Videtur *etiam multitudinẽ continere omnem specierum, quæ sub eo sunt.* Tripliciter *igitur genus cùm dicatur, de tertio apud*

Generis multiplex acceptio.

Cõparatio.

Cõparatio.

Generis, de quo apud philosophos sermo est, definitio.

philosophos sermo est, quod etiam describentes aßignauerunt, Genus esse dicentes quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est, prædicatur: ut animal. Eorum enim quæ prædicantur, alia quidẽ de uno dicuntur solo, sicut indiuidua, ut Socrates, & hic, & hoc: alia uerò de pluribus, quemadmodum genera, & species, & differẽtiæ, & propria, & accidẽtia cõmuniter, sed nõ propriè alicui. Est autem genus quidem, ut animal, Species uerò, ut homo: Differentia autẽ, ut rationale: Proprium, ut risibile: Accidens, ut album, nigrum, sedere. Ab ijs uerò, quæ de uno solo prædicantur, differũt genera, eò quòd hæc de pluribus prædicãtur. Ab ijs autem quæ de pluribus, à speciebus quidem: quoniã species etsi de pluribus prædicatur, non tamen de differentibus specie, sed numero: homo enim cum sit species, de Socrate, & Platone prædicatur, qui non specie differunt, sed numero. animal uerò cùm sit genus, de homine, & boue, & equo prædicatur, qui differũt à se inuicem specie, non numero solo. A' proprio uerò differt genus, quoniam proprium quidem de una sola specie, cuius est proprium prædicatur, & de ijs (quæ sub ipsa specie sunt) indiuiduis quemadmodum risibile de homine solo, & de particularibus hominibus: genus autem non de una specie prædicatur, sed de pluribus, & differentibus. A' differentia uerò & ab ijs quæ communiter sunt accidentia, differt genus: quoniam etsi de pluribus, & differentibus specie prædicantur differentiæ, & communiter accidentia: non tamẽ in eo, quod quid est prædicantur: sed in eo, quod quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus, quid est illud, de quo prædicantur hæc, genus respondebimus, differentias autem, & accidentia non respondebimus: non enim in eo, quod quid est, præd

Declaratio definitionis.

est, prædicatur de subiecto, sed magis in eo quod quale quid est. Interroganti enim, quale quid est homo, dicimus quoniã rationale: & in eo, quod quale quid est coruus, dicimus quoniam niger. Est autem rationale quidem differẽtia, nigrum uerò accidens. Quãdo autem quid est homo interrogamur, animal respondemus: est autẽ hominis genus, animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab ijs, quæ de uno solo eorum quæ sunt indiuidua prædicantur: de differentibus uerò specie, separat ab eis, quæ sicut species prædicantur, uel sicut propria: in eo autem quod quid est prædicari, diuidit genus à differentijs, à communiter accidentibus. quæ non in eo quod quid est, sed in eo quod quale quid est, uel quomodo se habet unumquodque, prædicantur de ijs, de quibus prædicantur. Nihil igitur superfluum, neq; minus continet, generis dicta descriptio notionis. Corollariũ.

De specie. CAPVT II.

Species autem dicitur quidem & de uniuscuiusq; forma, secundum quam dictum est, primum quidem species digna est imperio. Dicitur autem species & ea quæ est sub aßignato genere: secundum quam solemus dicere hominem quidem speciem animalis, cum sit genus animal, album autem coloris speciem, triangulum uerò figuræ speciem. Quòd si etiã genus aßignantes speciei meminimus dicentes, quod de pluribus differentibus specie in eo, quod quid est, prædicatur: & speciem dicimus id, quod sub aßignato genere est. Nosse oportet, quoniam & genus alicuius est genus, & species alicuius est species, utrunq; utriusq;, iccirco necesse est in utrorumq; rationibus utrisque uti. Aßignant ergo et sic speciẽ. Species est, quæ ponitur sub genere. Et de qua genus in eo quod quid est, prædicatur. Amplius autem

Nota hîc nõ esse dicendũ Priami, sed primum.

Speciei variæ [de]finitiones.

sic quoq;:Species est,quod de pluribus & differẽtibus numero in eo,quod quid est,prædicatur.Sed hæc quidem aßignatio specialißimæ est,& quæ solùm species est,nõ autem etiam & genus:aliæ uerò erunt etiã non specialißimarum.

▲ Planum autẽ erit quod dicitur hoc modo. In unoquoque prædicamẽto sunt quædã generalißima,& rursus alia specialißima: et inter generalißima,& specialißima sunt alia, quæ genera,& species dicuntur eadẽ.Est autem generalißimum quidẽ supra quod nullũ aliud sit superueniens genus, Specialißimum autẽ est,post quod nõ est alia inferior species:Inter generalißimum autẽ,& specialißimum,alia quæ genera, & species sunt eadẽ, ad aliud quidem, & ad aliud sumpta. Sit autẽ in uno quidem prædicamento manifestum quod dicitur.Substantia est quoddã,& ipsa genus:sub hac autẽ est corpus,sub corpore autẽ animatũ corpus,sub quo animal, sub animali uerò rationale animal, sub quo homo, sub homine uerò Socrates, & Plato:& qui sunt particulares homines; sed horum substantia quidem generalißimum est,& quod genus solum:homo uerò specialißimum, & quod solum species,corpus autẽ species quidem est substantiæ, genus uerò animati corporis, & animatũ corpus, species quidẽ est corporis,genus uerò animalis:animal autẽ species quidem est corporis animati,genus uerò rationalis animalis:sed rationale animal species quidẽ est animalis,genus uerò hominis: homo uerò species quidem est rationalis animalis,nõ autem genus particularium hominũ,sed solùm species: & omne quod ante indiuidua proximũ est, species erit solùm,non etiam genus.Quemadmodũ igitur substantia cùm suprema sit, eò quòd nihil supra eam sit, genus est generalißimũ:sic etiam homo cũ sit species,post quã nõ est

De animali ratiõali Platonicum est & gẽtilium.

alia

alia species, neq; aliquid eorũ, quæ possunt diuidi, sed solũ indiuidua (indiuiduũ enim est Socrates, & Plato) species erit solum, & ultima species, & (ut dictũ est) specialißima: quæ uerò sunt in medio eorũ quidem quæ supra ipsa sunt, erunt species, eorũ autẽ quæ post ipsa sunt genera. Quare hæc quidẽ duas habent habitudines, eam quæ est ad superiora, secundùm quam species ipsorũ esse dicuntur: & eam quæ est ad posteriora, secundũ quam genera ipsorũ esse dicuntur. Extrema uerò unã habitudinẽ: nam & generalißimũ ad ea quidẽ quæ posteriora sunt habet habitudinem, cùm sit genus omniũ id quod est supremũ: eam uerò quæ ad superiora nõ habet, cùm sit supremũ, & primũ principiũ, & (ut diximus) supra quod non est aliud superueniens genus: specialißimũ autẽ unam habet habitudinẽ, eam quæ est ad superiora, quorũ est species, eã uerò quæ est ad posteriora non diuersam habet, sed etiã species indiuiduorũ dicitur: sed species quidẽ dicitur indiuiduorũ, uelut ea continẽs: species autẽ superiorũ, uelut quæ ab eis continetur. Determinant igitur generalißimũ genus ita, quod cũ genus sit, nõ est species. Et rursus, supra quod nõ est aliud superueniens genus. Specialißimũ uerò, quod cùm sit species non est genus. Et cum sit species, nunquàm diuiditur in species. Et quod de pluribus, & differẽtibus numero in eo, quod quid est, prædicatur. Ea uerò quæ in medio sunt extremorũ, subalterna uocant genera, & species, & unumquodq; ipsorũ speciem esse, & genus ponunt ad aliud quidẽ, et aliud sumptum: ea enim, quæ sunt ante specialißima, usq; ad generalißimum ascendẽtia, & genera dicuntur, & species subalterna. Sicut Agamemnon, Atrides, & Pelopides, et Tantalides, & ultimũ Iouis. Sed in familijs quidẽ plerunque ad

Crediderunt multi veterum philosophorũ deos animalia esse rationalia, cæterũ immortalia.

Corollariũ. 1

Corollariũ. 1 2

Definitio. GG. 1. 2.

Definitio. SS. 1. 2 3

Definitio mediorum.

Declaratio in familijs.

unum reducuntur principium: uerbi gratia, ad Iouem: in ge
Differentia. *neribus uerò, et speciebus nō sic se habet. Neq; enim est cō-*
Cōclusio 1 *mune unū genus omniū ens, nec omnia eiusdē generis sunt*
secundùm unū postremū genus, quemadmodū dicit Aristo
teles: sed posita sint (quemadmodū in prædicamentis dictū
est) prima decem genera, quasi prima decē principia. Etsi
quis omnia, entia uocet, æquiuocè (inquit) nuncupabit, &
nō uniuocè: si enim unum esset cōmune omnium genus ens,
uniuocè entia dicerentur. Cùm uerò decē sint prima, cōmu-
nio secundùm nomē est solùm, nō etiam secundùm rationē,
Corollariū *quæ secundùm nomē est. Decem igitur genaralißima qui-*
1 *dem sunt: specialißima uerò in numero quidem quodā sunt,*
non tamē infinito: indiuidua autē quæ sunt post specialißi-
Corollariū *ma, infinita sunt. Quapropter usq; ad specialißima à ge-*
2 *neralißimis descendentes iubebat Plato quiescere, descēdere*
autē per media diuidentes specificis differentijs: infinita ue
rò (inquit) relinquenda sunt, neq; enim eorū disciplinam
Corollariū *posse fieri. Descendentibus igitur ad specialißima necesse*
3 *est diuidentes per multitudinē ire: ascendentibus uerò ad ge*
neralißima, necesse colligere multitudinē in unum. Colle-
ctiuum enim multorū in unam naturā, species est, & etiam
magis id quod genus est: particularia uerò, & singularia
econtrario semper in multitudinē diuidunt id, quod unū est
est. Participatione enim speciei, plures homines unus: parti
cularibus autē & singularibus unus, & cōmunis plures: di
uisiuum enim semper est quod singulare est: collectiuū autē
Cōclusio 2 *& adunatiuum quod cōmune est. Aßignato autē genere,*
& specie, quid sit utrunq; eorū, & genere quidem uno, spe
ciebus uerò pluribus (semper enim in plures species diuisio
generis est) genus quidem semper de speciebus prædicatur,
& omnia

& omnia superiora de inferioribus: species autem neq; de proximo sibi genere, neq; de superioribus, neq; enim conuertitur. Oportet enim aut æqua de æquis prædicari. Vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, ut animal de homine: minora uerò de maioribus minimè. neque enim dices animal esse hominem: quemadmodum hominē dices esse animal. De quibus autē species prædicatur, de ijs necessariò & speciei genus prædicabitur, & generis genus usque ad generalißimū. Si enim uerum est Socratem hominē dicere, hominem autē animal, animal autem substātiam, uerum est & Socratem animal dicere, atq; substantiam. Semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur, & species quidem de indiuiduis prædicabitur: genus autem & de specie, & de indiuiduo, generalißimum uerò de genere, uel de generibus, si plura sint media, & subalterna, & de specie, & de indiuiduo. Dicitur enim generalißimū quidem de omnibus sub se positis generibus, & speciebus, & indiuiduis: genus autem, quod ante specialißimum est, de omnibus specialißimis, & indiuiduis: solùm autē species de omnibus indiuiduis: indiuiduum autē de uno solo particulari. Induiduum autem dicitur Socrates, & hoc album, & hic ueniens. Sophronici filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit unumquodque eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit. Socratis enim proprietates, nunquàm in alio quolibet erunt particularium eædem. Eæ uerò quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus, magis autem & in omnibus particularibus hominibus in eo quòd homines sunt. Continetur igitur indiuiduum quidem sub specie: species autem

Cōclusio 3

Indiuiduum autē de uno solo: hîc eliciunt unā indiuidui definitionem: & duas illi definitiones aßignant.

Corollariū.

autem sub genere. Totum enim quoddam est genus. Indiuiduum autẽ pars, species uerò & totũ est, & pars: sed pars quidẽ alterius, totũ autem non alterius, sed in alijs: in partibus enim totum est. Recollectio. *Igitur de genere quidẽ, & specie, & quid generalißimũ, & quid specialißimũ, & quæ genera eadem, & species sint, quæ etiam indiuidua, & quot modis genus, & species dicantur, sufficienter dictum est.*

De differentia. CAPVT III.

Diuisio differentiarum prima. *Differentia uerò cõmuniter, et propriè et magis propriè dicitur. Communiter quidem differre alterũ ab altero dicitur: quod alteritate quadã differt quocunq; modo, uel à seipso, uel ab alio. Differt enim Socrates à Platone alteritate quadã, & ipse à seipso, & puero, & iam uiro, et iam faciente aliquid, uel quiescẽte, & semper in aliquo modo habendi se alteritatibus spectatur. Propriè autem differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. Inseparabile uerò accidens est, ut nasi curuitas, cæcitas oculorũ, cicatrix cũ ex uulnere occalluerit. Magis propriè autẽ differre alterum ab altero dicitur, quando specifica differentia differt: quemadmodũ homo, ab equo specifica differentia differt, rationali qualitate.* Cõmunitas. *Vniuersaliter ergo omnis differẽtia alteratũ facit cuilibet adueniens, sed ea, quæ cõmuniter, & propriè sunt, alteratũ faciunt: illæ uerò quæ magis propriæ sunt, aliud.* Diuisio 2. *Differentiarum ergo aliæ quidem alteratum faciunt, aliæ uerò aliud. Illæ quidẽ quæ aliud faciunt, specificæ uocantur: illæ uerò quæ alteratum, simpliciter differentiæ. Animali enim differentia adueniens rationalis, aliud facit, & speciem animalis facit: illa uerò quæ est mouendi alteratũ solum à quiescente facit: quare hæc quidem aliud, illa uerò alteratum solum fa*

lum facit. Secundùm igitur aliud facientes differentias, diuisiones fiunt à generibus in species, & definitiones aßignantur: quæ sunt ex genere, & huiusmodi differentijs. Secundùm autẽ eas, quæ solum alteratũ faciunt, alterationes solùm cõsistunt, & aliquo modo habentis se permutationes. A' superioribus ergo rursus inchoanti dicendũ, differentiarum quidem alias esse separabiles: alias uerò inseparabiles. moueri enim & quiescere, & ægrum esse, & sanũ esse, & quæcunq; his proxima sunt, separabilia sunt: at uerò aquilũ esse, uel simum, uel rationale, uel irrationale, inseparabilia sunt. Inseparabilium autem aliæ quidem sunt per se, aliæ uerò per accidẽs. Nam rationale per se inest homini, & mortale, & disciplinæ esse perceptibile: at uerò aquilum esse, uel simum, per accidens, & non per se. Illæ igitur, quæ per se sunt, in substantiæ ratione accipiuntur, & faciunt aliud: illæ uerò quæ secundùm accidens, nec in substantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, sed alteratũ. Et illæ quidem, quæ per se sunt, non suscipiunt magis, & minus: illæ uerò quæ per accidẽs (etsi inseparabiles sint) intensionem accipiunt, & remißionẽ. Nam neque genus aut magis, aut minus prædicatur de eo, cuius fuerit genus: neque generis differentiæ, secundũ quas diuiditur. Ipsæ enim sunt, quæ uniuscuiusque rationem complent: esse autẽ unicuiq; unum, & idem, neque intensionem, neque remißionẽ suscipiens est: aquilum autem esse, uel simum, uel coloratum, aliquo modo & intenditur, & remittitur. Cùm igitur tres species differentiæ considerentur, & cùm hæ quidem sint separabiles, illæ uerò inseparabiles: & rursus, inseparabilium cum hæ quidem sint per se, illæ uerò per accidens: rursus, earum quæ per se sunt differentiarum, aliæ quidem sunt

Corollariũ.

Diuisio 3

Diuisio 4

Diuisio 5

secun

secundùm quas diuidimus genera in species, aliæ uerò secundùm quas ea, quæ diuisa sunt, specificantur: ut cùm per se differentiæ omnes huiusmodi animalis sint, animati, & sensibilis: rationalis, & irrationalis: mortalis, & immortalis: ea quidem, quæ est animati & sensibilis, differentia constitutiua est substantiæ animalis (est enim Animal, substantia animata sensibilis) ea uerò quæ est mortalis & immortalis differentia, & quæ rationalis et irrationalis, diuisiuæ sunt animalis differentiæ: per eas enim genera in species diuidimus. Sed ea quidē, quæ diuisæ sunt differentiæ generum, cōpletiuæ sunt, & constitutiuæ specierum. Diuiditur enim animal rationali & irrationali differentia: & rursus mortali, & immortali differentia: sed rationalis, & mortalis differētiæ cōstitutiuæ sunt hominis: rationalis uerò & immortalis, Dei. Illæ uerò, quæ sunt irrationalis, & mortalis, irrationalium sunt animalium. Sic etiā & supremæ substantiæ cùm diuisiuæ sint animati, & inanimati differentiæ: sensibilis, & insensibilis: animata, & sensibilis cōgregatæ ad substantiā, animal perfecerunt: animata uerò, & insensibilis perfecerunt plantam. Quoniam ergo eædem aliquo modo quidē acceptæ sunt constitutiuæ, aliquo modo autē diuisiuæ, specificæ omnes uocantur: & his maximè opus est ad diuisiones generū, & definitiones specierum, sed non ijs, quæ secundùm accidēs inseparabiles sunt, nec magis ijs quæ sunt separabiles, quas etiā determinantes dicunt. Differentia est, qua abundat species à genere. Homo enim animali plus habet, rationale, & mortale: animal enim ipsum neq; nihil horum est. Vnde'nam igitur habebunt species differentias? Neq; enim omnes oppositas genus habet, quoniam in eodem simul haberet opposita: sed quemadmodum probant, po

Animalis definitio.

Platonicum est istud.

Definitio differentiæ prima.

Dubium.

bant, potestate quidem habet omnes sub se differentias, actu uerò nullam: ac si neq; ex ijs, quæ nō sunt, aliquid fit: neque opposita in eodem erunt. Definiunt autē eam & hoc modo. Differentia est, quæ de pluribus, & differētibus specie in eo quod quale quid est, prædicatur. Rationale enim, & mortale de homine prædicantur in eo, quod quale quid est homo, dicitur: sed non in eo, quod quid est. Quid est enim homo nobis interrogatis, cōueniens est dicere animal: quale autem animal inquisitis, quoniam rationale, & mortale est, conuenienter aßignabimus. Rebus enim ex materia, & forma constantibus, uel ad similitudinem proportionemq́; materiæ, & formæ, constitutionem habentibus: quemadmodum statua ex materia quidem est ære, ex forma autem figura: sic & homo cōmunis, & specialis ex materia quidē similiter proportionaliterq́; consistit ex genere, ex forma autem differentia. Totum autem hoc animal rationale mortale, homo est: quemadmodum illic statua. Describunt autem huiusmodi differentiam & hoc modo. Differentia est, quod natum est diuidere ea, quæ sub eodē genere sunt. Rationale enim, & irrationale, hominē, & equū, quæ sub eodem genere sunt, (quod est animal) diuidunt. Aßignant autem & hoc modo: Differentia est, qua differunt à se singula. Nanq; homo, & equus secundùm genus non differūt, sunt enim animalia, & nos, sed additum rationale disiunxit nos ab illis: & rationales sumus & nos, & dij: sed mortale appositum diuisit nos ab illis. Interius autē perscrutantes differentiam, dicunt nō quodlibet eorum, quæ sub eodem genere sunt, diuidentium, esse differentiam: sed quod ad esse cōducit, & quod quid erat esse, & eius rei pars est. Neq; enim quod natum est nauigare, est hominis differentia, etsi

Definitio 2

Analogia physica.

Definitio 3

Definitio 4

Platonicum.

Definitio 5

tia, etsi sit propriũ hominis: dicimus enim, animalium hæc quidem apta esse ad nauigandum, illa uerò minimè, diuidentes hominem ab alijs: sed aptum natum esse ad nauigandum, non est substantiæ cõpletiuum, nec eius pars: sed aptitudo quædã solũ, iccirco quia nõ est talis, quales sunt quæ specificæ dicuntur differentiæ. Erunt ergo specificæ differentiæ, quæcunque alteram faciunt speciem, & quæcunque in eo, quod quid erat, esse accipiuntur. Et de differentijs quidem ista sufficiant. Δ

De proprio.
CAPVT IIII.

Proprij diuisio.

PRoprium uerò quadrifariam diuidant. Nam & id, quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni, propriũ dicitur: ut homini, medicum esse, uel geometram. Et quod omni accidit, etsi non soli: quemadmodum homini, esse bipedem. Et quod soli, & omni, & aliquando: ut omni homini, in senectute canescere. Et quod soli, & omni, & semper: quemadmodum homini, esse risibilem. Nametsi non semper rideat, tamen risibilis dicitur, non quòd rideat semper, sed quòd aptus natus sit ut rideat: hoc autem ei semper connaturale est, ut equo hinnibile. Hæc autem dicunt propriè propria: quoniam etiã conuertuntur. Si quid enim equus, hinnibile est: & si quid hinnibile est, equus est.

De accidente.
CAPVT V.

Descriptio accidẽtis prima.

ACcidens est, quod adest, et abest præter subiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: nanque id eius

Diuisio.

separabile est, et illud inseparabile: est enim dormire, separa-

Descriptio 2

bile accidens: nigrum uerò inseparabiliter coruo, & Aethiopi accidit. Potest autem subintelligi & coruus albus, & Aeth

& Aethiops nitens colore præter ſubiecti corruptionem.

Definitur autem ſic quoq;: Accidens eſt, quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Et quod neq; genus eſt, neq; differentia, neq; ſpecies, neq; proprium: ſemper autē eſt in ſubiecto ſubſiſtēs. Omnibus igitur determinatis, quæ propoſita ſunt (dico autē genere, ſpecie, differētia, proprio, accidente) dicendū eſt quæ eis cõmunia ſunt, & propria.

Deſcriptio. 3

De communitatibus, & differentijs quinq; vocum. CAPVT VI.

Commune quidem eſt omnibus de pluribus prædicari, quemadmodū dictū eſt. Sed genus quidē, de omnibus ſub ſe ſpeciebus, & indiuiduis, & differētia ſimiliter: ſpecies autē de ijs, quæ ſub ipſa ſunt indiuiduis: at uerò proprium de ſpecie, cuius eſt proprium, & de ijs quæ ſub ſpecie ſunt indiuiduis: accidens autem & de ſpeciebus, & de indiuiduis. Nam animal de equo, & boue prædicatur, quæ ſunt ſpecies: & de hoc equo, & de hoc boue, quæ ſunt indiuidua. irrationale uerò & de equo, & boue, & de ijs qui ſunt particulares, prædicatur: ſpecies autem ut homo, ſolùm de ijs, qui ſunt particulares homines prædicatur: proprium uerò de ſpecie, cuius eſt propriū, & de ijs, quæ ſub ſpecie ſunt indiuiduis: ut riſibile de homine, & de ijs, qui ſunt particulares: nigrū autē & de ſpecie coruorū, & de ijs, qui ſunt particulares, quod eſt accidēs inſeparabile: & moueri de homine, & de equo, quod eſt accidens ſeparabile: ſed principaliter quidē de indiuiduis, ſecundo uerò loco de ijs, quæ continent indiuidua. Cõmune autem eſt generi, & differentiæ cõtinentia ſpecierū. Continet enim & differentia ſpecies, & ſi nõ omnes quæ genera. Rationale enim (etſi nõ continet ea, quæ ſunt irrationalia, ut genus, quem-

In quibus genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidēs cõueniant.

In quibus genus, & differentia cõueniant.

Platonicũ. admodum animal) tamen continet hominem, & Deum, quæ sunt species. Et quæcunq; prædicantur de genere, ut genere, & de ijs quæ sub ipso sunt speciebus prædicantur: & quæcunque prædicantur de differentia, ut differentia: & de ea (quæ ex ipsa est) specie prædicabuntur. Nam cum genus animal sit, non solùm de eo prædicantur ut genere substantia, & animatum, & sensibile, sed etiam de ijs, quæ sunt sub animali speciebus omnibus prædicantur hæc, usque ad indiuidua. Cumq; differentia sit rationale, prædicatur de ea ut differentia, id quod est ratione uti, & non solùm de eo quod est rationale, sed etiam de ijs, quæ sunt sub rationali speciebus, prædicabitur ratione uti. Commune autem est perempto genere, uel differentia, simul perimi quæ sub ipsis sunt. Quemadmodum enim si non sit animal, non est equus, neq; homo, ita si nõ sit rationale, nullum erit animal, quod utatur ratione. Proprium autẽ est generi de pluribus prædicari, quàm differentia, & species, & proprium, & accidens. Animal enim de homine, & equo, & aue, & serpente prædicatur: quadrupes uerò de solis quatuor pedes habentibus: homo uerò de solis indiuiduis: & hinnibile de equo solùm, & de ijs, qui sunt particulares, & accidens similiter de paucioribus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus: non eas, quæ complent substantiam generis, sed quæ sunt diuisiuæ. Amplius: Genus continet differentiam potestate (animalis enim hoc quidem rationale est, illud uerò irrationale) differentiæ uerò nõ continent genera. Amplius. Genera quidẽ priora sunt ijs, quæ sunt sub se positæ, differentijs, propter quod simul quidem eas auferunt, non autem simul auferuntur ab eis. Sublato enim animali, aufertur rationale, & irrationale: differẽtiæ uerò

In quibus genus & differentia differant.

uerò nō amplius simul auferunt genus. Nam etsi omnes interimantur, tamen substantia animata sensibilis subintelligi potest, quæ est animal. Amplius. Genus quidem in eo, quod quid est: differentia uerò in eo quod quale quiddam est (quemadmodum dictum est) prædicatur. Amplius. Genus quidem unum est secundùm unamquanq; speciem, ut hominis id quod est animal: differentiæ uerò plurimæ sunt, ut rationale, mortale, mentis & disciplinæ perceptibile, quibus ab alijs animalibus differt. Et genus quidem consimile est materiæ, formæ uerò differentia. Cùm autem sint & alia cōmunia, & propria generis & differentiæ, nunc ista sufficiant. Genus autem & species communia quidem habent de pluribus (quemadmodū dictum est) prædicari. Sumatur autem species, ut species solùm, non etiam ut genus, si fuerit idem species, & genus. Commune autem ijs est, & priora esse ijs, de quibus prædicantur: & totum quodam esse utrunque. Differunt autem, eò quòd genus quidem continet species sub se, species uerò continetur, & non continet genera: de pluribus enim genus, quàm species, prædicatur. Amplius. Genera præiacere oportet, & informata specificis differentijs perficere species: unde & priora sunt naturaliter genera, & simul interimentia, sed quæ non simul interimantur: & species quidem cùm sit, est & genus omnino: genus uerò cùm sit, non omnino erit species. Et genera quidem uniuocè de speciebus prædicantur, species uerò de generibus minimè. Amplius. Genera quidē abundant earum, quæ sub ipsis sunt, specierum continentia: species uerò à generibus abundant proprijs differentijs. Amplius. Neq; species fiet unquam generalißimū: neq; genus fiet unquam specialißimum. Generis autē, & proprij

In quibus genus & species conueniant.

In quibus genus, & species differant.

commune quidem est, sequi species. Nam si homo est, animal est: & si homo est, risibile est. Et æqualiter prædicari genus de speciebus, & propriũ de ijs, quæ illo participant, indiuiduis: æqualiter enim & homo, & bos animal est: & Cato, & Cicero risibilis est. Commune autem est etiam uniuocè prædicari genus de proprijs speciebus, et propriũ de ijs, quorum est proprium. Differunt autem, quoniam genus quidem prius est, posterius uerò proprium. Oportet enim esse animal, dehinc diuidi differentijs, & proprijs. Et genus quidem de pluribus speciebus prædicatur, proprium uerò de una sola specie, cuius est propriũ. Amplius: Propriũ quidem cõuersim prædicatur de eo, cuius est proprium: genus uerò de nullo conuersim prædicatur. Nam neque si animal est, homo est: neq; si animal est, risibile est. Sin uerò homo est, risibile est, & econuerso. Amplius. Proprium omni speciei inest, cuius est proprium, & soli, & semper: genus uerò omni quidẽ speciei inest, cuius fuerit genus, & semper, non autem soli. Amplius. Species quidem interemptæ, non simul interimunt genera, quorum sunt species: propria uerò interempta, simul interimunt ea, quorum sunt propria: & ijs, quorum sunt propria, interemptis, & ipsa simul interimuntur. Generis uerò, & accidentis commune est, de pluribus (quemadmodum dictum est) prædicari, siue separabilium illud accidens sit, siue inseparabilium. Etenim moueri, de pluribus: & nigrum de coruis, & de omnibus Aethiopibus, & aliquibus inanimatis prædicatur. Differt autem genus ab accidente: quoniam genus ante speciem est, accidentia uerò speciebus posteriora sunt. Nam etsi inseparabile sumatur accidens, tamen prius est illud, cui accidit, quàm accidens

Communia generis & proprij.

In quibus genus, & propriũ differant.

Hic à Græco nunc euariat.

In quibus genus, & accidẽs conueniant.

In quibus genus, & accidẽs differant.

dens. Et genere quidem quæ participant, æqualiter participant: accidente uerò non æqualiter. Intensionem enim, & remißionem suscipit accidentium participatio, generum uerò minimè. Et accidentia quidem in indiuiduis principaliter subsistunt: genera uerò, & species naturaliter priora sunt indiuiduis substantijs. Et genera quidem in eo, quòd quid est, prædicātur de ijs, quæ sub ipsis sunt: accidentia uerò in eo, quod quale aliquid est, uel quomodo se habeat unumquodque. Qualis enim est Aethiops interrogatus, dicis, niger: & quemadmodum se Socrates habeat, dicis, quoniam sedet uel ambulat. Genus igitur quo ab alijs quatuor differat, dictum est: contingit autem etiam unumquodque aliorum differre ab alijs quatuor. Quare cùm quinque quidem sint, unumquodque autem ab alijs quatuor differat, quater quinque, hoc est uiginti fiunt omnes differentiæ. Sed semper deinceps enumeratis, & secundis quidem una differentia deficientibus (propterea quoniam iam sumpta est) tertijs uerò duabus, quartis uerò tribus, quintis uerò quatuor, decem omnes fiunt. Quatuor, tres, duæ, una. Genus enim quo differt à differentia, & specie, & proprio, & accidente, dictum est, quatuor igitur differentiæ. Differentia uerò quo differat à genere dictum est, quando quo differt genus ab ea dicebatur: reliquum est igitur quo differat differentia, à specie, proprio, & accidente dicatur, & fiunt tres. Rursus species quo quidem differat à differentia dictum est, quando quo differt à specie differentia dicebatur: quo etiam differat species à genere dictum est, quando quo differt genus à specie dicebatur: reliquum est igitur, ut quo differat species à proprio, & accidente dicatur. duæ

Secūdis, tertijs, quartis, quintis, quæ secūdo sunt loco, tertio, quarto, quinto, ita Hermolaus exponit.



tur. duæ igitur sunt hæ differentiæ. Proprium autem quo differat ab accidēte relinquetur: nam quo à specie, & differentia, et genere differat, prædictum est, in illorū ad ipsum differētijs. Quatuor igitur sumptis generis ad alia differentijs, tribus uerò differentiæ, duabus autē speciei, una uerò proprij ad accidens, decem erunt omnes: quarum quatuor, quæ sunt generis ad reliqua, superius demonstrauimus. Cōmune ergo differentiæ & speciei est, æqualiter participari. de homine enim æqualiter participant particulares homines, & rationali differentia. Cōmune uerò est & semper adesse ijs, quæ illis participant. Semper enim Socrates rationalis est, & semper Socrates homo. Proprium autem differentiæ quidem est in eo, quod quale est, prædicari: speciei uerò in eo, quod quid est. Nam etsi homo uelut quale quid accipiatur, non tamen simpliciter erit quale, sed secundùm id quod generi aduenientes differentiæ eum constituerunt. Amplius: Differentia quidem in pluribus sæpè speciebus consideratur, quemadmodum quadrupes in pluribus animalibus specie differentibus: species uerò in solis ijs, quæ sub specie sunt, indiuiduis est. Amplius: Differentia prior est ea specie, quæ est secundum ipsam. Simul enim ablatum rationale interimit hominem: homo uerò interemptus, nō aufert rationale, cùm sit Deus. Amplius: Differentia quidem componitur cum alia differentia (rationale enim, & mortale compositum est in substantia hominis) species uerò speciei non componitur, ut gignat aliam aliquam speciem. Quædam enim equa cuidam asino permiscetur ad muli generationem: equa autem simpliciter, asino composita, nunquam perficeret mulum. Differentia uerò, et proprium commune quidem habent, æqualiter participari

In quibus species, & differētia cōueniant.

In quibus species, & differētia differant.

Platonicū.

In quibus differētia, & proprium conueniant.

cipari ab ijs,quæ illis participant. Aequaliter *enim rationalia,rationalia sunt: & risibilia,risibilia sunt.* Et *semper, & omni adesse commune utrisq;.* Et *si enim curtetur qui bipes est,tamen ad id quod natum est, semper dicitur:quoniã & risibile in eo,quod natum est,semper dicitur,sed non in eo,quod semper rideat.* Proprium *autem differentiæ est, quoniam hæc quidem de pluribus speciebus dicitur sæpè.* In quibus differẽtia & ꝓpriũ nõ conueniãt.

Vt *rationale de Deo & homine:* Proprium *uerò dicitur de una sola specie cuius est propriũ.*Et *differentia quidem illis est consequens quorum est differentia,sed nõ conuertitur:propria uerò conuersim prædicantur de ijs,quorum sunt propria, propter id quod conuertuntur.* Differentiæ *autem et accidenti cõmune quidem est,de pluribus dici.* In quibus differentia & accidens cõueniãt.

Commune uerò est & ad ea, quæ sunt inseparabilia accidentia, semper, & omni adesse. Bipes *enim semper adest omni homini, & omnibus coruis nigrum esse similiter.* Differunt *autẽ,quoniã differentia quidẽ continet species,& nõ continetur(cõtinet enim rationale Deũ,& hominem)accidẽtia uerò aliquo quidẽ modo cõtinẽt, eò quòd in pluribus sint: aliquo uerò modo continentur, eò quòd non unius accidentis susceptibilia sint subiecta, sed pluriũ.* Et *differentia quidem intensibilis est, & irremißibilis:accidentia uerò magis, & minus su cipiunt.* Et *impermixtæ quidẽ sunt cõtrariæ differentiæ:mixta uerò nõnunquã sunt contraria accidentia.* Huiusmodi *quidem cõmuniones, & proprietates differentiæ,& cæterorum sunt.* Species *uerò quo qudẽ differt à genere, & differentia dictum est:in eo quod dicebamus quo genus differt à cæteris, & quo differentia differt à cæteris: reliquum est quo differt à proprio & accidente,ut dicatur.* Speciei *autẽ,& proprij cõmune* In quibus species,et propriũ conueniunt.

2 Commu. D A

3 Differen. D A

quidem est adinuicem conuersim prædicari. Nam si homo est, risibile est: & si risibile est, homo est. Risibile uerò quoniam secundùm id quod natum est ridere sumendum, sæpe iam dictum est. Commune autem est, æqualiter esse. Aequaliter enim assunt species ijs, quæ de illis participant: & propria ijs, quorum sunt propria. Differt autem species à proprio, quoniam species quidem potest & aliorum genus esse: proprium uerò & aliarum specierum esse proprium impoßibile est. Et species quidem ante subsistit, quàm proprium: propriū uerò pòst fit in specie. Oportet enim hominem esse, ut sit risibile. Amplius: Species quidem semper actu adest subiecto: propriū uerò aliquando, & potestate. Homo enim semper actu est Socrates: non uerò semper ridet, quamuis natus sit semper ut sit risibilis.

In quibus species & propriū differunt.

Amplius: Quorum termini sunt differentes, & ipsa sunt differentia. Est autem speciei quidem sub genere esse, & de pluribus, & de differentibus numero in eo quod quid est, prædicari, & cætera huiusmodi: proprij uerò, & soli, & omni, & semper adesse. Speciei uerò, & accidentis commune quidem est de pluribus prædicari. Raræ uerò sunt aliæ communitates, propterea quòd quàm plurimum distant ab inuicem accidens, & id cui accidit. Propria uerò sunt utriusque, speciei quidem in eo, quod quid est, prædicari de ijs, quorum est species: accidentis autem in eo, quod quale quiddam est, uel quomodo se habens est. Et unamquanque sententiam una quidem specie participare, pluribus autem accidentibus, & separabilibus, & inseparabilibus. Et species quidem præintelliguntur accidentibus, etsi etiam sint inseparabilia (oportet enim esse subiectum, ut illi aliquid accidat) accidentia uerò posterioris gene

In quibus species & accidēs conueniant.

In quibus species, & accidēs differant.

ris generis sunt, & aduentitiæ naturæ. Et de specie quidem participatio æqualiter est, accidentis uerò etsi inseparabile sit, non æqualiter. Aethiops enim Aethiopis habebit colorem uel intensum amplius, uel remissum secundùm nigredinem. Restat autem de proprio, & accidente dicere: quo enim proprium à specie, & differentia, & genere differt, dictum est. Commune autem proprio, & inseparabili accidenti est, quòd prætereà nunquam consistãt illa, in quibus considerantur. Quemadmodum enim præter risibile non subsistit homo, ita nec præter nigredinem subsistit Aethiops. Et quemadmodum semper, & omni adest proprium, sic & inseparabile accidens. Differunt autem, quoniam proprium uni soli speciei adest, quemadmodum risibile homini, inseparabile uerò accidens, ut nigrum, non solùm Aethiopi, sed etiam coruo adest, & carboni, & hebeno, & quibusdam alijs. Amplius: Proprium conuersim prædicatur de eo, cuius est proprium, & æqualiter: inseparabile uerò accidens conuersim non prædicatur. Et proprij quidem æqualis est participatio, accidentium uerò uel magis, uel minus. Sunt quidem aliæ communitates, uel proprietates eorum, quæ dicta sunt, sed sufficiunt etiã hæc ad discretionẽ eorũ, cõmunitatisq; traditionem.

In quibus proprium, & accidens cõueniãt.

In quibus proprium, & accidens differant.

Introductionis quinque uocum Porphyrij Finis.

IN ARISTOTELIS STAGIRITAE CATHEGORIAS ANGELI POLITIANI ARGVMENTVM.

CCE autem magnus ille Peripateticorum princeps, prima nobis rerum genera proponit, quæ prædicamenta dicimus. Sed Aequiuoca prius esse docet, quibus idem nomen, ratio non eadem: nam si ratio quoq; sit eadem, dici Vniuoca: sicuti etiam Denominatiua, quæ ab origine ipsa, qua producantur, solo differant casu. Dici quædam iunctim, quædã separatim. Dici aliqua de subiecto, quæ in subiecto non sint. Esse aliqua in subiecto, quæ de subiecto nõ dicãtur. Cõpetere utrunq; alijs, cõpetere alijs neutrũ. Diuersas esse diuersorũ generũ species, quæ deinceps in serie nõ sint: nã in serie si fuerint, nõ esse interdũ diuersas. Quæ separatim dicãtur, substãtiã, quãtũ, quale, ad aliquid, ubi, quando, iacere, habere, facere, pati, uocat. Substantiã primam decernit, quæ de subiecto non dicatur, secundam, quæ dicatur. Quæ de subiecto dicantur, ea nomen illi & rationem: quæ in subiecto sint, nunquàm rationem, sæpe nec nomen communicare, cætera uel de primis dici, uel in primis esse substantijs. Ergo his sublatis omnia tolli. De secundis, magis esse eam substantiã, quæ primæ uicinior. Atq; ut prima se habeat ad reliqua, sic species ad genus. Nec magis unam speciem substantiam esse, quàm alteram: de ijs loquor, quæ tantum species, non & genera. sicut nec unam aliquam primam magis altera esse substantiã. Atq; ut prima se in dicendo habeat ad reliqua. sic ad accidentia species earum & genera. Commune utriusque substantiæ id esse, ut in subiecto non sit. Tam nomen secundæ, quàm rationẽ de prima dici

ma dici, Quod idem tamen & differentijs competat, quæ in subie cto quoq; sint. sed ut partes. Atq; ab utrisq;, hoc est & substātijs & differentijs, dici uniuoce omnia: sed primam substantiam signi ficare hoc aliquid, secundam quale quid potius, hoc est, non quale penitus, sed quatenus ad substantiam pertineat. Nihil his esse cō trarium: sed nec quanto ipsi, certo præsertim. Quodq; substantia sit, id illam nec magis, esse nec minus. Proprium tamen illius esse, ut eadē numero contraria suscipiat, nequaquā mutationis expers, ne quæstionem uel oratio moueat, uel opinio. Quantum uerò esse aut discretum, aut continuum: rursus aut habere partium inter se positum, aut nō habere. Discretum, quod nullo communi termino iungatur, ut numerus, ut oratio. Continuum, quod hic diuersum, ut linea, superficies, corpus, tempus, locus. Nam partium positu constare lineam, superficiem, solidum, non constare numerum, tem pus, orationem, quando in his ordo sit potius. Quidquid præterea quantum dicatur, horum similitudine dici. Nihil huic esse contra rium, nec enim obstare magnum & paruum. Nam & esse ad ali quid, & uacare contrario: nisi si quis de loco ambigat. Nec autem recipere magis, aut minus. Proprium tamen quantum esse, quod æquale uocamus, & inæquale. Ad aliquid illa quidē putari, quæ quod ipsa sunt, esse aliorum dicantur, uel alio quouis pacto. Susci pere contrarium, suscipere magis & minus. Quanquam nec omnia reciproca esse, nec uno tamen casu. Vt autem reciproca negentur quædam, reddentium fieri uitio. Quare interdum fingenda uocabu la: nec ad accidens tamen, sed referendum esse ad illa ipsa, ad quæ dicuntur. ubi sublatis etiam cæteris, recurrere. nam ex ijs pleraque simul esse. Nullas reuera substantias esse ad aliquid, si rectè uo ces. Ad aliquid, hoc est quod hoc ipso sit, quoniam aliquo pacto se ad aliquid habeat. quare altero ad liquidū cognito, protinus & alterum cognosci. Qualitatem deinde, qua dicamur quales, in habi tu & dispositione consistere, quarum sola discrimen diuturnitas faciat. item in naturali quadam facultate, & facultatis eius uacui tate. In affectiuis qualitatibus, quas & affectiones quidam uo cant, quæ uel sensus afficiunt, uel ex effectionibus oriuntur. At

si maneant

si maneant affectiuæ qualitates: si protinus abeant, affectiones potius nominentur, quum ab his quales non dicimur. Postremò in forma cuiusque, & figura, quibus densum tamen & rarum non adnumeres, ut quæ magis positu cõtineantur. Denominationes hinc produci, nisi si uocabula desint. interdum uerò ne tum quidem, cùm præsto sunt. Cæterùm contraria non qualitatibus modò, sed & qualibus esse: nec omnibus tamen. ac si alterum quale sit ex contrarijs, esse item & alterum, magisq́ suscipere & minus, nec ubique tamen. Qualitatis esse proprium, simile ac dißimile. Et cùm singularia in qualitatibus sint, unde quales appellamur, genera ipsa interdum ad aliquid esse: nec absurdum tamen, ut duobus idem generibus adscribatur. Reliqua in unum quasi fasciculum prædicamenta colliguntur. Facere enim, & Pati contrarijs offeruntur, quæ magis etiam, minusq́ suscipiant. Iacere ipsum denominatur positionibus tantùm quatuor, alia prorsus ut manifesta dißimulãtur. Oppositis immoratur Aristoteles, quæ sint aut ad aliquid, aut contraria, aut quale, habitus, & priuatio, aut quale dedicatio & abdicatio. Plurimũ uerò ut inuicẽ differãt. Nã ad aliquid ipsum quòd sunt oppositorum dici, aut quo alio pacto: Contraria non item, sed hoc ipsum contraria, quæ si eiusmodi sint, ut necesse alterum sit esse, medio carere: alioqui non carere. sed medijs esse aliquibus nomen, aliquibus fieri, si extrema negaris. Priuationem circa idem suapte natura uersari, & habitum, nec enim alibi esse priuationem, quàm ibi naturaliter habitus. aliudq́ priuationem, & habitum, quàm quòd priuatum fuisse, aut habere habitum dicitur, quanquam utrobique oppositio. Sic aliud esse dedicationem & abdicationem. aliud quodcunque his subest, oppositionis tamen eundem modum. Non easdem esse priuationis habitusq́ oppositiones, quæ ad aliquid sint. quoniam illæ nec alterius dicuntur, quod sunt, nec retrò aguntur. Non item eadem, quæ contrariorum. nam nec necesse illa alterum inesse, ut contrarijs quibusdam, & inesse omnibus aliquando: quòd nunquã his euenit contrarijs, quæ medio uacent. Addit & illud, non posse regredi ad habitum priuationem. Denique abesse à dedicatione abdicationeq́

tioneq; quibus ueri falsiq; necessitas insit. necessitas illa, inquam, quæ nec contraria tangit, nec illa quæ ad aliquid, quanquam aliter id in contrarijs, sed iunctim prolatis apparet. Postremò contraria circa idē genus uersari, quin potius aut esse in eodē genere, aut in generibus cōtrarijs, aut ipsamet esse genera. Docet & illud uocabulum Prius, aut tempore dici, aut cum retro si agas, esse alterum non probetur, aut ordine, aut dignitate, aut quoniam sit alteri causa. Vocabulum Simul, uel tempore, uel natura, sed citra causam: uel quoniam sub eodem genere sectione eadem contrà partiaris. Sex esse Motus species, generationem, corruptionem, incrementum, decrementum, uariationem, loci mutationem. Motui quidem contrariam, corruptioni generationem, decremento incrementum: loci mutationi, mutationem alteram in contrarium locum. Variationi uel nihil, uel qualitatis pausam, uel qualitatis in contrarium mutationē. Quùm illud habere, nunc ut ad habitum dispositionemq; referri, nunc ut ad quantum, nunc ut ad aliquod circa corpus, aut in corporis particula, nūc ut ad partem, nunc ut ad id quod in uase, nunc ut ad possessionem, nunc ad exemplum illud quo uxor uirum, uir habere uxorem dicatur. Atq; hactenus in prædicamentis.

CATEGORIARVM PRAEDICAMENTORVMQVE

Aristotelis liber, diuo Seuerino Boëthio interprete.

De æquiuocis, uniuocis, & denominatiuis. CAPVT I.

Definitio æquiuocorum.

Hic ratio pro definitione accipitur.

AEQVIVOCA *dicuntur, quorum nomen solùm commune est, secundùm nomen uerò substantiæ ratio diuersa. Vt animal, & homo, & quod dictum est. Horum enim solum nomē commune est, secundùm nomen uerò substantiæ ratio diuersa. Si enim quis aßignet quid sit eorum utrunque quo animal est, propriam aßignabit utriusque rationem.*

Definitio uniuocorum.

Vniuoca uerò dicuntur, quorum nomen commune est, & secundùm nomen eadem substantiæ ratio: ut animal & homo, atque bos. communi enim nomine, horum utrunque animal nuncupatur, & est ratio substantiæ eadem. Si quis enim aßignet utriusque rationem, quid utrunq; est quo animal est, eandem aßignabit rationem.

Definitio denominatiuorum.

Denominatiua uerò dicuntur, quæcunque ab aliquo, solo differentia casu, secundùm nomen habent appellationem, ut à grammatica, grammaticus, & à fortitudine, fortis.

De complexis, & incomplexis. CAPVT II.

E*Orum quæ dicuntur, alia quidem secundùm complexionem dicuntur, alia uerò sine complexione.* Et ea

igitur

igitur, quæ ſecundùm complexionem dicuntur, ſunt: ut homo currit, homo uincit. Ea uerò, quæ ſine complexione dicuntur, ſunt, ut homo, bos, currit, uincit. Eorum quæ ſunt, alia de ſubiecto aliquo dicuntur, in ſubiecto uerò nullo ſunt, ut homo de ſubiecto quidem dicitur quodam homine, in ſubiecto uerò nullo eſt. Alia autem in ſubiecto quidem ſunt, de ſubiecto autem nullo dicuntur. In ſubiecto uerò eſſe dico, quod cùm in aliquo ſit, non ſicut quædam pars, impoßibile eſt eſſe ſine eo, in quo eſt: ut quædam grammatica in ſubiecto quidem eſt, in anima, de ſubiecto uerò nullo dicitur. Et hoc album in ſubiecto quidem eſt corpore. omnis enim color in corpore eſt. Alia uerò de ſubiecto dicuntur, & in ſubiecto ſunt: ut ſcientia in ſubiecto quidem eſt, in anima: de ſubiecto uerò dicitur, ut de grammatica. Alia uero neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto aliquo dicuntur. Vt quidam homo, & quidam equus. Nihil enim talium neque in ſubiecto eſt, neque de ſubiecto aliquo dicitur. Simpliciter autem quæ ſunt indiuidua, & numero ſingularia, de ſubiecto nullo dicuntur: in ſubiecto autem nihil aliqua prohibet eſſe: quædam enim grammatica in ſubiecto eſt, at de ſubiecto nullo dicitur.

Dici de ſubiecto, hic aliud non eſt, quàm ſuperius de inferiori prædicari.

De regulis.
CAPVT III.

QVando alterum de altero prædicatur ut de ſubiecto: quæcunque (de eo, quod prædicatur) dicuntur, omnia etiã de ſubiecto dicentur: Vt homo de homine quodam prædicatur, animal uero de homine, ergo & de quodam homine animal prædicabitur. quidam enim homo, & homo eſt, & animal. Regula 1

Diuerſorum generum & non ſubalternatim poſitorum, diuerſæ ſunt ſpecies, & diffe- Regula 2

differentiæ: ut animalis, & scientiæ. Animalis enim differentiæ sunt, greßibile, bipes, et uolatile, et aquatile. Scientiæ uerò nulla earum est: neq; enim scientia à scientia differt, in eo quòd bipes est. Subalternorũ uerò generũ, nihil prohibet easdem esse differẽtias: superiora enim de ijs, quæ sub ipsis sunt generibus prædicantur: quare quæcunq; differentiæ prædicati fuerint, eædem erunt etiam subiecti.

De decem prædicamentis generatim.
CAPVT IIII.

Diuisio. *EOrum quæ secundùm nullam cõplexionem dicuntur: singulum, aut Substantiam significat, aut Quantitatem, aut qualitatem, aut Ad aliquid, aut Vbi, aut Quando, aut Situm esse, aut Habere, aut Agere, aut Pati.* Decem genera generalißima. *Est autem substantia quidem, ut figuraliter dicatur, ut homo, equus. Quantitas autem, ut bicubitum, tricubitum. Qualitas, ut album, grammaticum. Ad aliquid, ut duplum, dimidium, maius. Vbi uerò, in foro, in Lycio. Quando autem, ut heri, superiore anno. Situm uerò esse, ut iacet, sedet. Habere autem, ut calceatum esse, armatum esse. Agere uerò, ut secare, urere. Pati, ut secari, uri.* Conclusio. *Singula igitur eorum, quæ dicta sunt, ipsa quidem secundùm se, in nulla affirmatione dicuntur, uel negatione. Horum autem ad seinuicem complexione, affirmatio, uel negatio fit. Videtur autem omnis affirmatio uel uera, uel falsa esse: eorum autem, quæ secundùm nullam complexionem dicuntur, nullum neq; uerum, neque falsum est: ut homo, album, currit, uincit.*

De substantia.
CAPVT V.

Definitio substantiæ primæ. *SVbstantia autẽ quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, neque*

neque in subiecto aliquo est: ut quidam homo, & quidam equus. Secundæ autem substantiæ dicuntur species, in quibus eæ (quæ principaliter substantiæ dicuntur) insunt, & eæ quidem, et harum specierum genera: ut quidā homo, in specie quidem est in homine, genus uerò speciei animal est. secundæ igitur hæ substantiæ dicuntur: ut est homo, atq; animal. Manifestum est autem ex ijs, quæ dicta sunt, quoniā eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse est & nomen, & rationem de subiecto prædicari: ut homo de subiecto quodam homine dicitur, prædicatur etiam & nomen: hominem enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur. quidam enim homo, & homo est, & animal rationale, mortale: quare & nomen, & ratio de subiecto prædicabitur. Eorū uerò quæ in subiecto sunt, in plurimis quidē neque nomen, neque ratio prædicabitur de subiecto: in aliquibus autē nomen quidē nihil prohibet prædicari aliquando de subiecto, rationem uerò impoßibile est: ut album cùm in subiecto sit corpore, prædicatur de subiecto (dicitur enim corpus album) ratio uerò albi nunquā de corpore prædicabitur. Alia uerò omnia aut de subiectis dicuntur primis substātijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autē manifestū ex ijs quæ per singula proponuntur: ut animal de homine prædicatur, ergo & de quodā homine animal prædicabitur. Nam si de nullo quorundā hominum, neq; omnino de homine. Rursus color in corpore est, ergo & in quodā corpore. Nā si nō in aliquo esset singulorum, nec omnino in corpore, quare alia omnia aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut in subiectis eis sunt. Non ergo existentibus primis substantijs, impoßibile est aliquid aliorum esse. Omnia enim alia

Definitio secundæ substantiæ.

Cōclusio 1

Corollariū.

aut prædicantur de eis, aut in subiectis eis sunt: quare non existentibus primis substantijs, impoßibile est aliorum aliquid esse.
Cōclusio 2 *Secundarū uerò substantiarum, magis substātia est species, quàm genus. Propinquior enim est primæ substantiæ: si quis enim aßignet primā substantiā quid est, euidentius, & cōuenientius aßignabit speciē, quàm genus aßignans: ut hominē quendam manifestius aßignabit, hominē, quàm animal aßignans. Illud enim propriū magis cuiusdā hominis, hoc autē cōmunius. Et cū quandā arborē aßignauerit, manifestius aßignabit aßignando arborē, quàm plantam. Amplius: Primæ substantiæ ideo quòd alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia uel de ipsis prædicantur, uel in ipsis sunt, propter hoc maximè substantiæ primæ dicuntur. Quemadmodū autē primæ substantiæ ad alia omnia se habent, sic et species ad genus se habet. Subijcitur enim species generi, genera enim de speciebus prædicantur: species autē cū generibus non cōuertuntur.*
Cōclusio 3 *Quare & ex his species genere magis substantia est. Ipsarum uerò specierū, quæcunque non sunt genera, nihil magis alterum altero substantia est. Nihil enim familiarius aßignabis de quodam homine,*
Cōclusio 4 *hominē aßignando, quàm de quodā equo, equum. Similiter autem & in primis substantijs, nihil magis alterū altero substantia est. Nihil enim magis quidā homo substantia est,*
Cōclusio 5 *quam quidā bos. Meritò autē post primas substantias, sola aliorū omniū species, & genera secundæ substantiæ dicuntur: sola enim hæc, eorum quæ prædicantur, primā substātiam indicant. Quēdam enim hominē si quis aßignauerit quid est, speciem quidē, quàm genus, aßignando familiarius demonstrabit, & manifestius faciet, hominem aßignando, quàm animal. Aliorū uerò omniū quicquid aßignauerit*

rit quis, aßignabit extraneè, uelut album, aut currit, aut aliud quodcunq; taliũ aßignãs: quare meritò hæ solæ aliorum secũdæ substantiæ dicũtur. Amplius: Primæ substantiæ eò quòd alijs omnibus subijciũtur, & omnia alia de illis prædicãtur, uel in ipsis sunt, proprijßimæ substantiæ dicuntur. Sicut autem primæ substantiæ ad alia omnia se habent, ita genera, & species primarum substantiarum ad reliqua omnia se habent: de his enim reliqua omnia prædicantur: quendam enim hominẽ dices grãmaticum esse, ergo & hominem, & animal grammaticum dices. Similiter autem & in alijs. Commune autem omni substantiæ, est in subiecto non esse. Prima nanque substantia, nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarũ uerò substantiarum constat quidem etiam, sic, quia nulla est in subiecto. Homo enim de subiecto quidem quodam homine dicitur, in subiecto uerò nullo est, neque enim in quodam homine homo est: similiter autem & animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, non etiam est animal in quodam homine. Amplius: Eorum, quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet prædicari, rationem uerò impoßibile est: secundarũ uerò substantiarum de subiecto ratio prædicatur, & nomen: rationẽ autem hominis de quodam homine prædicabis: et animalis similiter. Quare non erit eorũ substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autẽ proprium substantiæ hoc, sed & differẽtia eorum est, quæ non sunt in subiecto. Bipes enim, & greßibile de subiecto quidẽ quodã homine dicitur, in subiecto uerò nullo est: neq; enim in homine est bipes, neque greßibile: ratio quoq; differẽtiæ de illo prædicatur, de quocunq; ipsa differentia dicitur. Velut si greßibile de homine prædicatur, & Cõmu. 1

ratio greßibilis de homine prædicabitur: eſt enim homo greßibilis. Non uos uerò conturbent ſubſtantiarũ partes, quæ ita ſunt in toto, quaſi in ſubiecto ſint, ne fortè cogamur eas non eſſe ſubſtantias confiteri: nõ enim ſic in ſubiecto eſſe dicebantur, quaſi partes eſſent. Ineſt autẽ ſubſtantijs, & differentijs omnia uniuoce prædicari. Omnia enim quæ ab his prædicata ſumuntur, aut de indiuiduis prædicãtur, aut de ſpeciebus. à prima nanq; ſubſtãtia nulla eſt prædicatio: de nullo enim ſubiecto dicitur: ſecundarum uerò ſubſtantiarũ ſpecies quidẽ de indiuiduo prædicatur, genus uerò & de ſpecie, & de indiuiduo. Similiter autem & differentiæ, & de ſpeciebus, & de indiuiduis prædicantur: & rationẽ quoq; ſuſcipiunt primæ ſubſtantiæ ſpecierum, & generum, & ſpecies generis. Quæcunque enim de prædicato dicuntur, eadẽ & de ſubiecto dicentur. Similiter autẽ rationẽ differentiarũ ſuſcipiunt ſpecies, & indiuidua. Vniuoca autem ſunt, quorũ & nomen commune eſt, & ratio eadem: quare omnia quæ à ſubſtantijs, & differentijs ſunt, uniuoce prædicantur. Omnis autem ſubſtantia uidetur hoc aliquid ſignificare, & in primis igitur ſubſtantijs indubitabile, & uerum eſt, quoniam hoc aliquid ſignificant. Indiuiduum enim, & unum numero eſt, quod ſignificatur. In ſecundis uerò ſubſtantijs uidetur quidem ſimiliter propter appellationis figuram hoc aliquid ſignificare, quando quis dixerit hominem, uel animal, non tamẽ uerum eſt, ſed magis quale aliquid ſignificant: neque enim unum eſt quod ſubiectũ eſt, quemadmodum primæ ſubſtantiæ, ſed de pluribus homo dicitur, & animal. Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat, quemadmodum album (nihil enim aliud ſignificat album, quam qualitatem) at ſpecies, & genus

Dubium.

Communitas 2

Cõmunitas 3

genus circa substantiã qualitatẽ determinant, qualem enim quandam substantiã significãt: plus autem in genere determinatio fit, quàm in specie: dicens enim animal, plus complectitur, quàm qui hominem. Inest autem substantijs nihil illis esse contrarium. Primæ enim substantiæ quid erit contrarium? Vt cuidam homini, uel cuidã animali, nihil est contrarium. At uerò nec homini, nec animali aliquid est cõtrarium. Non est autem hoc substantiæ proprium, sed etiã multorum aliorum, ut quantitati: bicubito enim, uel tricubito nihil est contrarium: at uerò nec decem, nec alicui taliũ: nisi fortè quis multum pauco dicat esse contrarium, uel magnum paruo. Determinatorũ uerò quãtorum nullum nulli est contrarium. Videtur autem substantia non suscipere magis & minus. Dico autem non, quoniam substantia nõ est à substantia magis & minus substãtia (hoc enim dictũ est quoniã est) sed quoniam unaquæq; substãtia hoc ipsum quod est, non dicitur magis & minus: ut si est hæc substantia, homo, non erit magis & minus homo, nec ipse à seipso, nec alter ab altero, non enim est alter altero magis homo, sicut est album alterum altero magis album, & alterum altero magis bonum: sed & ipsum à se magis & minus dicitur: ut corpus cùm sit album, magis nunc album esse dicetur, quàm prius: & cùm calidum sit, magis & minus calidum dicitur. Substantia uerò non dicitur magis neque minus: nihil enim homo magis nunc homo, quàm prius dicitur: neq; aliorũ quicquam quæ substantiæ sunt: quapropter non recipiet substantia magis & minus. Maximè uerò proprium substantiæ esse uidetur, quod cùm unum, & idem numero sit, contrariorum susceptiuum esse: ut in alijs quidem non habet quisquam quod proferat, quæcunq;

Cõmu. 4

Cõmu. 5

Quòd quantitati nihil sit cõtrarium, fusius uidebit in prædicamẽto quãtitatis.

Nullum nulli est cõtrariũ. duæ negationes negant, & tantum est, ac si dicatur, nullum alij cuilibet est contrarium.

Cõmu. 6

non sunt substantiæ, quod cùm sit unũ numero, susceptibile cõtrariorum sit: uelut color, qui est unus, & idem numero, non dicitur albus, & niger: neque eadem actio, & una numero, praua, & studiosa. similiter autem & in alijs quæcunq; nõ sunt substantiæ. Substantia uerò cùm unũ, & idem numero sit, capax contrariorum est: ut quidam homo, cum unus, & idem sit, aliquando quidem albus, aliquando fit niger, & calidus, & frigidus: & prauus, & studiosus: in

Obiectio. alijs autem nullis, aliquid tale uidetur. Nisi quis forsitan instet, dicens orationem, & opinionem contrariorum esse susceptibilia: eadem enim oratio uera, & falsa uidetur esse: ueluti si uera sit oratio, sedere quendam, eo surgente ipsa eadem falsa erit. similiter autẽ & de opinione, si quis enim uerum putet aliquem sedere, surgente eo falsò putabit eandem, de eodẽ opinionẽ habens. Sed & si quis hoc suscipiat, tamen modo differt: nam ea, quæ in substantijs sunt, ipsa quidem mutata susceptibilia sunt contrariorum. Frigidum enim ex calido factum mutatum est (alteratum enim est) et nigrum ex albo, & studiosum ex prauo: similiter autẽ & in alijs unumquodq; eorũ mutationẽ suscipiens, susceptibile contrariorum est. Oratio nanque, & opinio, ipsa quidẽ immobilia omnino perseuerant: cùm uerò res mouetur, contraria circa ipsam fiunt. Oratio nanq; eius, quod sedeat aliquis, permanet eadem: cùm uerò res mota sit, aliquando quidem uera, aliquando autem falsa dicitur. Similiter autẽ est in opinione, quapropter saltem hoc modo, proprium substantiæ est, ut secundùm mutationẽ suijpsius susceptibilis sit contrariorũ. Si quis autẽ recipiat etiam hæc, orationem, & opinionem susceptibilia esse contrariorum, non est hoc uerum. Oratio nanque, & opinio non in eoquòd ipsa aliquid

aliquid recipiant, cõtrariorum ſuſceptibilia eſſe dicuntur, ſed eo quòd circa alterum aliqua paßio facta ſit. nam in eo quòd res eſt, aut non eſt, in eo etiã oratio uera, uel falſa eſſe dicitur, non in eo quòd ipſa ſuſceptibilis ſit contrariorum. Simpliciter enim à nullo, neque oratio, neq; opinio mouetur: quapropter non erunt ſuſceptibilia cõtrariorum, cùm nulla cõtrarij ſit paßio in eis facta: uerùm ſubſtantia in eo quòd ipſa contraria recipiat, in hoc ſuſceptibilis eſſe cõtrariorũ dicitur. Languorẽ enim, & ſanitatẽ ſuſcipit, & candorem, & nigredinẽ, & unumquodq; talium ipſa ſuſcipiendo, contrariorũ ſuſceptibilis eſſe dicitur. Quare proprium erit ſubſtantiæ hoc, quòd cùm unum, & idem numero ſit, ſecundùm ſuijpſius mutationem, ſuſceptibilem contrariorũ eſſe. De ſubſtantia quidem hæc dicta ſunt.

De quantitate.
CAPVT VI.

QVantitatis autem, aliud eſt continuum, aliud eſt diſcretum: & aliud quidem ex habentibus poſitionem ad ſeinuicem in ipſis, partibus conſtat: aliud autem ex non habentibus poſitionem. Eſt autem diſcreta quantitas, ut numerus & oratio: continua uerò, ut linea, ſuperficies, corpus. amplius autem præter hæc tempus, & locus. Partium etenim numeri nullus eſt communis terminus, ad quem copulantur partes eius. ut quinque ſi ſunt denarij partes, ad nullum terminum communem copulantur quinque & quinque, ſed ſemper diſcreta ſunt: & tria, & ſeptem ad nullum communem terminum copulantur. Neq; omnino habeas in numero communem terminum partium accipere, ſed ſemper diſcretæ et ſeparatæ ſunt: quapropter numerus quidem diſcretorum eſt. Similiter autem & ora- Diuiſio quãtitatis prima.

 tio

tio discretorũ est. Quòd etenim quantitas est oratio, manifestũ est; mensuratur enim syllaba breui, et longa. dico autẽ cũ uoce orationẽ factã: ad nullum enim cõmunem terminũ particulæ eius copulantur, non enim est cõmunis terminus ad quẽ syllabæ copulentur, sed unaquæq; diuisa est, ipsa secundùm seipsam. Linea uerò cõtinuum est: est enim sumere cõmunem terminũ, ad quẽ partes eius copulãtur, id est, punctum; & superficiei, lineã. Plani nanq; partes ad aliquẽ cõmunẽ terminũ copulãtur. Similiter autẽ & in corpore habeas sumere cõmunem terminum, lineã, uel superficiem, ad quã corporis partes copulantur. Est autẽ taliũ & Tẽpus, & Locus: præsens enim tempus, copulatur ad præteritum, & ad futurum. Rursus locus continuorũ est: locum enim quædã partes corporis obtinẽt, quæ ad cõmunẽ terminũ copulantur. ergo & loci partes, quæ obtinent singulas corporis partes, ad eundem cõmunẽ terminũ copulantur, ad quẽ & corporis partes: quapropter continuus erit & locus. Ad unũ enim cõmunem terminũ eius partes copulãtur Amplius autẽ: Alia quidẽ cõstant ex partibus, quæ in eis sunt, positionẽ habentibus ad se inuicẽ: alia autẽ ex nõ habẽtibus positionẽ. Vt lineæ quidẽ partes positionẽ habent ad seinuicem: singulũ nanq; eorũ situm est alicubi, & habes unde sumas, & aßignes ubi unumquodq; sitũ est in plano, & ad quam partẽ reliquarũ copulatur. similiter autem & partes plani positionẽ habent aliquam: similiter nanq; aßignetur unumquodq; ubi iacet, & quæ copulãtur ad seinuicem: sed & soliditatis quoq; similiter & loci. In numero autẽ non poßit quisquam ostendere, quemadmodũ partes eius positionẽ aliquam habent ad seinuicem, aut ubi iacent, aut quæ partes ad seinuicem connectuntur: neque ea quæ temporis sunt,

Locus à superficie nõ differt, vide Aristote, in. 4. Physic.

Diuisio quãtitatis secunda.

Ad positionem tria requirunt, ordo partium, permanẽtia, & continuatio ad aliquem terminũ cõmunem.

ſunt, nihil enim permanent partes temporis. Quod autem non eſt permanens, quomodo poſitionem aliquam habebit?

Sed magis ordinẽ quendam particularum dices habere, quòd aliud quidem prius ſit tẽporis, aliud uerò poſterius. Sed & de numero ſimiliter, eo quòd prius numeratur unus, quàm duo, & duo quàm tria, & ſic habebunt aliquem ordinem, poſitionem uerò non multũ accipies. Sed & oratio ſimiliter, nihil enim permanent partes eius: ſed dictum eſt, & non poteſt hoc amplius aſſumi. Quapropter non erit ulla poſitio partium eius, ſiquidem nihil permanent. Igitur alia ex habentibus poſitionẽ partibus cõſtant, alia ex nõ habentibus poſitionẽ. Propriè autẽ quanta dicũtur, quæ dicta ſunt: alia uerò omnia ſecundùm accidẽs. Ad hæc enim aſpicientes, & alia dicimus quanta: ut multũ dicitur album: eò quòd ſuperficies multa ſit: & actio longa, eò quòd tempus multũ ſit, & motus multus. Neq; enim horum ſingulũ, per ſe quantũ dicitur: ut ſi quis aſsignet quãta actio eſt, tẽpore definiet annuã, uel ſic aliquo modo aſsignans: & albũ quantum quid ſit aſsignãs, ſuperficie definiet: quãta enim fuerit ſuperficies, tantũ album eſſe dicet. Quare ſola propriè, & ſecundùm ſeipſa dicũtur quãta, quæ dicta ſunt: aliorũ uerò nihil per ſe: ſed ſi fortè, per accidens. Amplius: Quantitati uerò, nihil eſt contrarium. In definitis enim manifeſtum eſt, quoniam nihil eſt cõtrarium: ut bicubito, uel tricubito, uel ſuperficiei, uel alicui talium: nihil enim illis eſt cõtrarium. Concluſio. Cõmu. 1

Niſi quis fortè dicat multum pauco eſſe cõtrarium: uel magnum paruo. Horum autem nihil eſt quãtitas, ſed magis ad aliquid. Nihil enim per ſeipſum magnum, uel paruum dicitur, ſed eò quòd ad alterum refertur: ut mons quidem paruus dicitur, milium uerò magnum, eò quòd hoc ijs quæ Inſtãtia 1

sunt sui generis, maius sit. illud ijs, quæ sui sunt generis, minus: ergo ad aliud est eorũ relatio. Nam si per seipsum magnum, uel paruum diceretur, nunquã mons quidẽ aliquãdo paruus, miliũ uerò magnũ diceretur. Rursus in uico quidẽ plures homines esse dicimus, Athenis uerò paucos, cùm sint illis multò plures: & in domo quidem multos, in theatro uerò paucos, cùm sint plures. Amplius: Bicubitũ uerò, & tricubitũ, & unumquodq; talium quantitatẽ significat: magnum uerò uel paruum non significat quantitatem, sed magis ad aliquid, quoniã ad aliud consideratur magnũ & paruum: quare manifestũ est, quoniã hæc ad aliquid dicuntur. Amplius: Siue aliquis ponat quantitates esse hæc, siue non ponat, nihil illis contrarium est: quod enim non potest sumi per seipsum, sed ad solam alterius relationẽ refertur, quomodo huic aliquid erit contrariũ? Amplius: Si sunt magnum, & paruum contraria, contingit enim simul contraria suscipere, & ea ipsa contraria, contingit enim simul idem paruum esse, & magnum: est enim ad hoc quidem paruum, ad aliud uerò ipsum magnum: quare idem & paruum & magnum eodem tempore esse contingit, quare simul contraria suscipit: sed nihil est quod uideatur simul contraria suscipere posse. Vt in substantia quidem, susceptibilis enim contrariorum esse uidetur: sed nullus simul sanus est, & æger: neque albus, & niger est simul: nihil'que aliud simul contraria suscipiet. Et eadem sibijpsis contingit esse contraria: nam si est magnum paruo contrarium, ipsum autem idem simul est magnum, & paruũ, ipsum sibi erit contrarium: sed impoßibile est aliquid sibijpsi esse contrarium. non est igitur magnum paruo contrarium, neque multum pauco: quare uel si non ad aliquid hæc quis di-

eat. sed quantitatis, nihil contrarium habebunt. Maximè autem circa locū esse uidetur contrarietas quantitatis: sursum enim ei, quod est deorsum, contrarium ponunt, locum qui in medio est deorsum dicentes, eo quòd plurima distantia est medietatis ad mundi terminos. Videntur & aliorum contrariorum ab his afferre definitionem: quæ enim plurimum à seinuicem distant sub eodem genere, cōtraria esse definiunt. Non uidetur autem quantitas suscipere magis & minus, ut bicubitum: neque enim aliud est alio magis bicubitum: neque in numero, ut tria quàm quinque nihil magis dicuntur, uel quinque magis quàm tria: nec tempus aliud magis & minus dicitur tempus: nec in ullo eorum, quæ dicta sunt, omnino magis & minus dicitur: quare quantitas non suscipit magis & minus. Proprium autē maximè quantitatis est, quod æquale, & inæquale dicitur. Singula quæque enim earum, quæ dictæ sunt quantitatum, æqualis, & inæqualis dicitur: ut corpus, æquale & inæquale dicitur: & numerus, & tempus, æquale, & inæquale: & oratio, æqualis, & inæqualis: similiter autem & in alijs, quæ dicta sunt, unumquodque æquale & inæquale dicitur. In cæteris uerò quæ quantitates non sunt, nō multum uidebitur æquale, & inæquale dici: ut dispositio æqualis, & inæqualis non multum dicitur: sed magis similis, & dissimilis. & album æquale, & inæquale non multum dicitur, sed simile, uel dißimile. Quare quantitatis maximè sit proprium, æquale & inæquale dici.

Instantia 2

Cōmu. 2

Cōmu. 3

De ad aliquid.
CAPVT VII.

Ad aliquid uerò talia dicuntur, quæcunq; hoc ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur, uel quomodolibet

Definitio 1

aliter ad aliud. Vt maius hoc ipsum quod est altero dicitur, aliquo enim maius dicitur: & duplum alterius dicitur hoc ipsum quod est, alicuius enim duplum dicitur: similiter autẽ & alia quæcũq; huiusmodi sunt. At uerò sunt etiã & hæc ad aliquid, ut habitus, dispositio, scientia, sensus, & positio. Hæc enim omnia, quæ dicta sunt, hæc ipsa quæ sunt, aliorum esse dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud, & nõ ad aliud quiddã. Habitus enim alicuius habitus esse dicitur, & sciẽtia alicuius scientia, & positio alicuius positio, & alia quidem similiter. Ad aliquid igitur sunt, quæcunq; hoc ipsum quod sunt, aliorũ esse dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud: ut mons magnus dicitur ad aliũ montem (magnum enim ad aliquid dicitur) & simile alicui simile, & cætera talia similiter ad aliquid dicũtur. Sunt autẽ & accubitus, & statio, & sessio positiones quædã, positiones uerò ad aliquid sunt: iacere autem, & stare, uel sedere, ipsa quidẽ nõ sunt positiones, denominatiuè uerò dicũtur ab ijs

Cõmu. 1 (quæ dictæ sunt) positionibus. Inest autẽ cõtrarietas in ijs, quæ sunt ad aliquid: ut uirtus uitio contrarium, cùm sit utrunq; eorũ ad aliquid: & scientia ignorantiæ. Non autẽ omnibus ijs, quæ sunt ad aliquid, insunt contraria: duplo

Cõmu. 2 enim nihil est contrariũ, neq; dimidio, neq; ulli talium. Vidẽtur autẽ magis & minus ea, quæ ad aliquid sunt, suscipere. Simile enim, & dissimile magis & minus dicitur: & æquale, & inæquale magis & minus dicitur: cùm utrunq; sit ad aliquid. Simile enim alicui simile dicitur, & inæquale alicui inæquale. Non autẽ omnia, quæ sunt ad aliquid, suscipiunt magis & minus: duplum enim nõ dicitur magis &

Cõmu. 3 minus duplũ, nec aliquid talium. Omnia autẽ quæ sunt ad aliquid, ad cõuertẽtiã dicũtur. Vt seruus, domini seruus: & dominus

dominus, serui dominus esse dicitur: & duplum, dimidij duplum: & dimidium, dupli dimidiũ: & maius, minore maius: & minus, maiore minus. similiter autẽ & in alijs. Sed casu aliquoties differunt secundũ locutionẽ: ut disciplina, disciplinati disciplina dicitur: & disciplinatũ, disciplina disciplinatum: & sensus, sensibilis sensus: & sensibile, sensu sensibile. At uerò aliquoties non uidebitur cõuerti, nisi conuenienter ad quod dicitur aßignetur. Sed peccet is qui aßignat, ut ala si aßignetur auis, non conuertitur, ut sit auis alæ: nõ enim prius cõuenienter aßignatum est ala auis. neq; enim in eo quòd auis est, ala auis diuitur, sed in eo quòd alata est: multorum enim & aliorum alæ sunt, quæ nõ sunt aues. Quare si aßignetur conuenienter, & conuertitur: ut ala, alati ala est: & alatum ala alatum. Aliquoties autem fortè & nomen fingere necesse erit, si non fuerit nomen impositum, ad quod conuenienter aßignetur: ut remus si aßignetur nauis, non est aßignatio conueniens. neq; enim in eo quòd nauis est, in eo eius remus dicitur. sunt enim naues quarum remi non sunt: quare non conuertitur. nauis enim non dicitur remi nauis. Sed fortè conuenientior aßignatio erit, si sic quodam modo aßignetur: remus, remitæ rei remus est, aut quomodocunque aliter: nomen enim non est positum. Conuertitur autem si conuenienter aßignetur: remitum enim remo remitũ est. Similiter autem & in alijs, ut caput conuenientius aßignabitur capitati caput, quàm si animalis aßignetur: neque enin in eo quod est animal, caput habet: multa enim animalia sunt capita non habentia. Sic autem fortaße facilimè quis sumet, quibus posita non sint nomina: si ab ijs quæ prima sunt, & ijs, ad quæ conuertuntur, nomina ponuntur: ut in ijs, quæ

Cõclusio 1

Cõclusio 2

prædicta

prædicta sunt, ab ala, alatum, à remo, remitũ. Omnia igitur, quæ ad aliquid dicuntur, si conuenienter aßignentur, ad cõuertentiam dicuntur: quoniam si ad quodlibet aliud aßignentur, & non ad id, ad quod dicuntur, non cõuertuntur. Dico autem quoniam neq; eorũ, quæ indubitanter ad conuertentiã dicuntur, & nomina eis posita sunt, nihil conuertitur, si ad aliquid eorũ, quæ sunt accidentia aßignẽtur, & non ad id, ad quod dicuntur: ut seruus, si non domini aßignetur, sed hominis, uel bipedis, uel cuiuscunq; talium, non conuertitur: nanque dici non potest, homo est serui homo, nõ enim cõueniens est aßignatio. Amplius: Si autem conuenienter aßignetur ad id, ad quod dicitur, omnibus alijs sublatis, quæcunq; accidẽtia sunt, relicto solo illo, ad quod aßignatum est conuenienter, semper ad ipsum dicetur: ut si seruus ad dominum dicitur, circunscriptis omnibus, quæ accidentia sunt domino, ut esse bipedem, uel scientiæ susceptibilem, uel hominem, relicto uerò solo quòd dominus est, semper seruus ad ipsum dicetur: seruus enim domini seruus dicitur. Si autẽ non cõuenienter ad id, ad quod dicitur, aßignetur circunscriptis omnibus alijs, relicto eo solo, ad quod aßignatum est, non dicetur ad ipsum: aßignetnr enim seruus hominis, & ala auis, & circunscribatur ab homine esse dominum, non iam seruus ad hominem dicitur: Cùm enim dominus non sit, neque seruus est. Similiter & de aue, si adimatur eam alatam esse, non enim amplius erit ala ad aliquid: cùm enim non sit alatũ, nec ala erit alicuius. Quare oportet aßignari ad id, ad quod conuenienter dicitur, & si sit nomen positum, facilis erit aßignatio: si autem nõ sit fortaße necessarium erit nomẽ fingere: si antem sic aßignetur, manifestum est quoniã omnia ad cõuertentiam dicuntur.

cuntur. Videntur autem ad aliquid, ſimul eſſe natura: & in plurimis quidem uerum eſt, in aliquibus uerò nō uerum. ſimul enim duplum, & dimidiū ſunt: & cùm ſit dimidium duplum eſt: & cùm ſit dominus, ſeruus eſt: & cum ſit ſeruus, dominus eſt. ſimiliter autem his, & alia. Simul autē hæc auferunt ſeinuicē: ſi enim non ſit duplum, non erit dimidium: & ſi non ſit dimidium, nō erit duplum. Similiter autem & in alijs, quæcunque talia ſunt. Cōmu. 4

Non autem in omnibus relatiuis uerum uidetur, eſſe ſimul natura. ſcibile enim ſcientia prius uidebitur eſſe: nanque in pluribus ſubſiſtentibus rebus ſcientias accepimus, in paucis uerò, uel nullo quiſquam hoc perſpiciet, ſimul cum ſcibili ſcientiam eſſe factam. Amplius: Scibile ſublatum ſimul aufert ſcientiam, ſcientia uerò ſimul non aufert ſcibile. nam ſi ſcibile non ſit, non erit ſcientia, nullius enim erat ſcientia: ſcientia uerò ſi non ſit, nihil prohibet eſſe ſcibile: ut circuli quadratura ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidem eius nondum eſt, illa uerò ſcibile eſt. Amplius: Animali quidem ſublato non erit ſcientia: ſcibilium uerò plurima eſſe contingit. Similiter his ſeſe habent ea, quæ de ſenſu ſunt: ſenſibile enim prius, quàm ſenſus eſſe uidetur: ſublatum enim ſenſibile ſimul aufert ſenſum: ſenſus uerò ſenſibile non ſimul aufert. ſenſus enim circa corpus, & in corpore ſunt. ſenſibili autem ſublato, aufertur & corpus, ſenſibile enim corpus eſt: cùm autem corpus non ſit, aufertur ſenſus, quare ſimul aufert ſenſibile, ſenſum. Senſus uerò ſenſibile non ſimul aufert: ſublato enim animali, ſenſus quidem aufertur: ſenſibile autem erit corpus, ut calidum, dulce, amarum, & omnia alia quæcunque ſunt ſenſibilia. Amplius: Senſus quidem ſimul cum ſenſitiuo fit, ſimul enim fit animal, & ſenſus, Cōcluſio 3

Hippocrates Chius conatus eſt circuli quadraturam demonſtrare: cuius demonſtrationem affert Georgius Valla ca. 8. li. 1. ſuę Geometriæ.

ſus,ſenſibile uerò ante animal,& ſenſum eſt: ignis enim,et aqua, & alia huiuſmodi,ex quibus ipſum animal conſtat, antè ſunt, quàm animal omnino ſit, uel ſenſus:quare prius

Dubium. ſenſibile quàm ſenſus eſſe uidebitur. Habet autem dubitationem,utrum nulla ſubſtantia ad aliquid dicatur,quemadmodum uidetur: an hoc cõtingat ſecundũ quaſdam ſecũdas ſubſtantias.Nã in primis ſubſtãtijs uerũ eſt,nam neq; totæ, neq; partes primarũ ſubſtantiarũ dicuntur ad aliquid:nam quidã homo,non dicitur alicuius quidã homo: neq; quidam bos, alicuius quidam bos. Similiter autem & partes. quædam enim manus, dicitur non alicuius quædam manus, ſed alicuius manus: & quoddam caput, non dicitur alicuius quoddam caput,ſed alicuius caput. Similiter autem & in ſecundis ſubſtantijs, atque hoc quidem in pluribus: ut homo,non dicitur alicuius homo:nec bos, alicuius bos:nec lignũ,alicuius lignũ:ſed alicuius poſſeßio dicitur. In huiuſmodi ergo manifeſtum eſt, quoniã non ſunt ad aliquid. In aliquibus uerò ſecũdis ſubſtantijs,habet aliquam dubitationem:ut caput,alicuius caput dicitur:& manus alicuius dicitur manus: & ſingula huiuſmodi, quare hæc fortaſſe ad

Definitio 2 aliquid eſſe uidebuntur. Si igitur ſufficienter eorum,quæ ſunt ad aliquid, definitio aßignata eſt, aut nimis difficile, aut impoßibile eſt oſtendere,quòd nulla ſubſtantia eorum, quæ ſunt ad alquid,dicitur.Si autẽ non ſufficienter,ſed ſunt ad aliquid,quibus hoc ipſum eſt eſſe,ad aliquid quodã modo ſe habere, fortaſſe aliquid contra iſta dicetur.Prior uerò definitio ſequitur quidem omnia ea,quæ ſunt ad aliquid, non tamẽ hoc eis eſt eſſe,quòd ſunt ad aliquid,quòd ea ipſa

Corollariũ. quæ ſunt,aliorum dicuntur. Ex his ergo manifeſtum eſt, quòd ſi quis aliquid eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitè ſciet,

ſciet, & illud, ad quod dicitur, definitè ſciturus eſt. Palàm itaque & ex his eſt, ſi enim nouit aliquis quiddam, quod ad aliquid eſt (eſt autem eſſe ijs, quæ ad aliquid ſunt, idem ac ad aliquid aliquo modo ſe habere) & illud nouit, ad quod hoc aliquo modo ſe habet. Si enim non nouit omnino ad quod hoc aliquo modo ſe habet, neq; ſi ad aliquid hoc aliquo modo ſe habet, noſcet. Sed in ſingulis palàm hoc eſt, ut ſi quid nouit quis definitè, quia duplum eſt, & cuius duplum eſt, mox definitè nouit: ſi uerò nullius definitorum nouit ipſum duplum eſſe, neq; ſi ſit duplum omnino nouit. Similiter autem & hoc aliquid ſi nouit quis quod melius eſt definitè, & quo melius eſt ſtatim definitè neceſſarium eſt noſſe. Propter hæc, non indefinitè ſciet quia hoc eſt peiore melius. ſuſpitio enim hæc eſt, non ſcientia: non enim ſciuit exactè, quod eſt peiore melius, ſi enim ſic accidit, nihil eſt deterius ipſo. Quapropter palàm eſt, quia neceſſarium eſt, ſi nouerit quis aliquod relatiuorum definitè, & id, ad quod dicitur, definitè noſſe. Caput uerò, & manus, & eorum ſingula, quæ ſubſtantiæ ſunt, ea ipſa quæ ſunt, ſciri definitè poſſunt: ad quod uerò dicantur, non eſt neceſſarium ſcire, cuius enim hoc caput, uel cuius hæc manus ſit, non eſt ſcire definitè: quare non erunt hæc ad aliquid. Si uerò non ſunt hæc eorum, quæ ſunt ad aliquid, uerum erit dicere, quia nulla ſubſtantia aliquid eorum eſt, quæ ſunt ad aliquid. Fortaſſe autem difficile ſit de huiuſmodi rebus confidenter declarare, niſi id ſæpè pertractatum ſit: dubitaſſe autem de horum unoquoq; nõ eſt inutile.

De qualitate.

CAPVT. VIII.

Prima qualitatis species.

Qualitatem uerò dico, secundùm quam quales quidem esse dicuntur. Est autem qualitas eorum quæ multipliciter dicuntur. Et una quidem species qualitatis, Habitus, & Dispositio dicantur. Differt autem habitus à dispositione, quòd permanentior, & diuturnior est. Tales uerò sunt sciētiæ, & uirtutes. Scientia enim uidetur esse permanētium, & eorū, quæ difficilè moueātur, si quis uel mediocriter sumat scientiā: nisi grādis permutatio facta sit, uel ab ægritudine, uel ab aliquo huiusmodi. Similiter aūt & uirtus, ut iustitia, & castitas, & singula talium, nō uidentur posse moueri, neq; facilè permutari. Dispositiones uerò dicuntur, quæ sunt facilè mobiles, & citò permutabiles: ut calor, & frigiditas, & ægritudo, & sanitas, & quæcunq; alia huiusmodi: afficitur enim quodāmodo secūdùm eas homo, citò autē permutatur, & ex calido frigidus fit, & ex sanitate in ægritudinem transit. Similiter autem & in alijs, nisi fortè quæ earū cōtingit per temporis longitudinē in naturā cuiusq; transferri, & immobilis, uel difficilè mobilis existēs, quā iam quilibet habitū uocet. Manifestū est autē, quoniā hæc uolunt habitus dicere, quæ sunt diuturniora, uel difficilè mobilia: namq; in disciplinis non multum retinentes, sed facilè mobiles, non dicuntur habitum habere, quāuis sint ad disciplinā peius, meliús'ue dispositi: quare differt habitus à dispositione, quòd hæc quidem facilè mobilis sit: ille uerò diuturnior, et difficilius mobilis.

Habitus. Dispositio.

Qui enim retinent habitum. litera Græca paulò aliter nūc habet, ut ex notis agnoscitur.

Sunt autē habitus, & dispositiones: dispositiones uerò non necesse est habitus esse: qui enim retinent habitum, & quodāmodo dispositi sunt ad ea, quæ habent, uel peius, uel melius: qui autē dispositi sunt, non omnino retinent habitum. Aliud uerò genus qualitatis est, secundùm quod

pugilla

pugillatores, uel cursores, uel salubres, uel insalubres dicimus: & simpliciter quæcũq; secundùm potentiam naturalem, uel impotentiã dicuntur. Nõ *enim quoniã sunt dispositi aliquo modo unumquodque huiusmodi dicitur, sed quòd habẽt naturalẽ potẽtiã, uel impotentiã facilè quidem facere, uel nihil pati: ut pugillatores, uel cursores dicũtur, nõ quòd sint dispositi aliquo modo, sed quòd habeãt potẽtiam naturalẽ hoc facilè faciẽdi. Salubres uerò dicuntur, eò quòd habeãt potentiã naturalẽ ut nihil à quibuslibet accidentibus facilè patiãtur, insalubres uerò quòd impotentiã habeãt naturalẽ nihil facilè ab accidentibus patiendi. Similiter his, durum, & molle se habẽt: durũ enim dicitur, quod habeat potentiã nõ facilè secari: molle uerò quod eiusdem ipsius habeat impotentiam.* T*ertia uerò species qualitatis est, paßibiles qualitates, & paßiones. Sunt aũt huiusmodi ut dulcedo, & amaritudo, & austeritas, & omnia his cognata: amplius, & calor, & frigus, & albedo, & nigredo.* E*t quoniam igitur hæ qualitates sunt, manifestum est: quæcunq; enim has susceperint, qualia dicuntur secundùm ipsas: ut mel quoniam dulcedinem suscipit, dicitur dulce: & corpus album, quoniam albedinem suscipit. Similiter autẽ & in cæteris.* P*aßibiles uerò qualitates dicuntur, non quòd ea, quæ illas susceperint qualitates, aliquid patiantur: neq; enim mel, quoniam aliquid paßum sit, dicitur dulce, neque aliquid aliud huiusmodi: similiter autem his, & calor, & frigus paßibiles qualitates dicuntur, non quòd ea, quæ illas suscipiunt, aliquid paßa sint, sed quoniam secundùm sensus unaquæque dictarum qualitatum paßionis effectiua est, paßibiles qualitates dicuntur: dulcedo enim paßionem quandam secũdùm gustum efficit, & calor secundùm*

Secunda qualitatis species. Naturalis potentia, aut impotentia.

Tertia qualitatis species. Paßio, Paßibilis qualitas.

cundùm tactũ. Similiter aũt & aliæ. Albedo aũt, et nigredo, & cæteri colores non eodem modo ijs, quæ dicta sunt, paßibiles qualitates dicuntur, sed eò quòd ipsæ ab aliqua paßione innascuntur. Quoniã enim fiũt propter aliquam paßionem multæ colorum mutationes, manifestũ est: erubescens enim aliquis, rubeus factus est: & timẽs, pallidus: & unũquodq; taliũ. quare etiã si quis natura aliquid taliũ accidẽtiũ, perturbationum'ue passus est, similẽ colorẽ uerisimile est eum habere. Quæ enim affectio nũc in eo quòd uerecũdetur, circa corpus facta est, etiã secundùm naturalem cõstitutionẽ eadẽ fiet affectio, ut & naturalis color similis sit: quæcũq; igitur taliũ accidentiũ ab aliquibus paßionibus difficilè mobilibus, & permanentibus principium sumpserũt, paßibiles qualitates dicuntur: siue enim secundùm naturalẽ cõstitutionẽ pallor fit, aut nigredo, qualitates dicuntur (quales enim secundùm eas dicimur) siue propter ægritudinẽ longã, uel propter æstũ aliquid tale contingit, uel nigredo, uel pallor, & nõ facilè prætereunt, uel etiam in uita permanẽt, & paßibiles qualitates istæ dicuntur: similiter enim quales secũdùm eas dicimur. Quæcunq; uerò ex ijs, quæ facilè soluũtur, & citò transeuntes fiunt, paßiones dicũtur, qualitates uerò minimè: non enim aliqui secundùm ipsas dicuntur quales: neq; enim qui propter uerecundiam rubeus factus est, rubeus dicitur: neq; cui pallor propter timorem uenit, pallidus est, sed magis eo quòd aliquid passus est: quare paßiones quidẽ huiusmodi dicuntur, qualitates uerò minimè. Similiter autem his, & secundùm animam paßibiles qualitates, & paßiones dicuntur: quæcunq; enim mox in nascendo ab aliquibus paßionibus difficulter mobilibus fiũt, qualitates dicũtur & ipsæ: ut amentia,

mentis alienatio, & ira, & alia huiusmodi: quales enim secũdùm eas dicũtur, id est, iracũdi, atq; amẽtes. Similiter aũt & quæcũq; alienationes non naturales, sed quæ ab aliquibus alijs accidentibus factæ sunt difficilè prætereuntes, & omnino immobiles, qualitates sunt etiã huiusmodi: quales enim & secundùm eas dicũtur. Quæcunq; uerò ab ijs quæ facilè, & citò prætereũt, fiunt, paßiones dicũtur: ut si quis contristatus, iracũdior fiat. Nõ enim dicitur iracundus, qui huiusmodi paßione iracundior est, sed magis quia aliquid passus: quare paßiones quidem huiusmodi dicũtur, qualitates uerò minimè. Quartũ uerò genus qualitatis est figura, & circa unũquodq; cõstãs forma. Amplius aũt ad hæc rectitudo, & curuitas, & si quid aliud his simile est: secũdùm enim unũquodq; eorũ quale quid dicitur. Triãgulum enim, uel quadrangulum esse, quale quid dicitur, & rectum, aut curuũ, & secũdùm etiã formã unũquodq; quale dicitur. Rarũ uerò, & spissum, & asperũ, & leue putabũtur quidẽ quale quid significare: sed aliena huiusmodi putãtur esse à diuisione, quæ circa qualitatẽ est: quandã enim positionẽ magis uidentur partium utrũq; monstrare. Spissum enim dicitur, eò quòd partes sibi ipsis propinquæ sint, rarum uerò eò quòd distent à seinuicem: & lene quidem, quòd in rectitudinem aliquo modo partes iaceant, asperum uerò quòd hæc quidem superet, illa uerò sit inferior. Et fortasse alius quicunq; modus apparuerit qualitatis, sed ferè qui maximè dicuntur hi sunt: qualitates itaque sunt, quæ dictæ sunt. Qualia uerò sunt, quæ secundùm has denominatiuè dicuntur, uel quomodolibet aliter ab his. In plurimis siquidem, & ferè in omnibus denominatiuè dicuntur: ut à candore candidus, & à gram- Definitio qualium.

matica grammaticus, & à iustitia iustus. Similiter & in alijs. In aliquibus uerò, eò quòd non sunt posita qualitati nomina, nõ contingit ea, quæ dicuntur, ab ijs denominatiuè dici: ut cursor, aut pugillator, qui secundùm naturalem dicitur potentiam, à nulla qualitate denominatiuè dicitur: non enim posita sunt nomina potentijs, secũdùm quas isti quales dicuntur, sicuti disciplinis, secundùm quas pugiles, uel palæstrici secundùm dispositionem dicuntur. Pugillatoria enim, & palæstrica disciplina dicitur: quales uerò ab his denominatiuè dicuntur, qui disponũtur. Aliquando autem & posito nomine nõ dicitur denominatiuè, quod secũdùm eam quale dicitur, ut à uirtute studiosus: eo enim quòd uirtutem habeat, studiosus dicitur, sed nõ denominatiuè à uirtute. Non aũt in pluribus hoc tale est. Qualia ergo dicuntur, quæ denominatiuè à dictis qualitatibus dicũtur, aut ali

Cõmunitas 1 *quo modo aliter ab eis. Inest autem & contrarietas secundùm qualitatem: ut iustitiæ iniustitia contraria est, & albedo nigredini, & alia. Similiter autẽ & ea, quæ secundùm eas qualia dicuntur: ut iniustũ iusto, & album nigro. Non in omnibus autem hoc est: rubro enim, & pallido, aut huiusmodi coloribus, nihil est contrarium earum quæ qualitates sunt.*

Regula. *Amplius: Si cõtrariũ alterũ fuerit qualitas, & reliquũ erit qualitas: hoc palàm est proponenti ex singulis alia prædicamenta. Nam si est iustitia iustitiæ contrarium, qualitas autem est iustitia, qualitas igitur & iniustitia: nullũ enim aliorũ prædicamẽtorum aptabitur iustitiæ, neq; ad Aliquid, neque Vbi, nec omnino aliquid huiusmodi nisi quale. Sic autem & in alijs, quæ secundum quales sunt cõtraria.*

Cõmunitas 2 *Suscipiũt autem qualia magis & minus. Albũ enim magis & minus album altero albo dicitur, & iustum*

& iustum alterũ altero magis uel minus. Sed & ipsa incrementum suscipiunt: cùm candidum nanq; sit, contingit amplius candidũ fieri, nõ tamen omnia, sed plura. Iustitia nãq; si dicatur magis & minus iustitia, potest quilibet ambigere, similiter autem & in alijs dispositionibus. Quidã enim dubitant de talibus: iustitiã nanq; iustitia non multum aiunt magis & minus dici, nec sanitatẽ sanitate: minus autem habere alterum altero sanitatem aiunt, & iustitiam alterum minus altero habere dicitur: sic autẽ & grammaticam, & alias dispositiones: quare ea, quæ secundùm eas dicũtur, indubitanter recipiũt magis & minus: grãmaticior enim alter altero dicitur: & iustior, & sanior: sic autẽ & in alijs. Triangulum uerò, & quadrangulũ nõ uidentur magis & minus suscipere, neq; aliqua aliarum figurarum: quæ enim definitionem trianguli recipiunt, & circuli, omnia similiter trianguli, uel circuli sunt: eorum autem, quæ non recipiunt rationem ipsam, nihil magis alterum altero dicetur: nihil enim quadratum magis, quàm parte altera longius, circulus est: neq; alterum enim recipit circuli rationem. Simpliciter autem si utraq; non recipiunt propositi rationem, non dicetur alterum altero magis: non ergo omnia qualia recipiunt magis & minus. Horum itaq;, quæ prædicta sunt, nihil est proprium qualitatis. Similia uerò, & dissimilia secundùm solas dicuntur qualitates. Simile enim, & dissimile alterum alteri non est secundùm aliud, nisi secũdùm id, quod quale est. Quare proprium est qualitatis secũdùm eam simile, uel dissimile dici. At uerò non decet conturbari, ne quis nos dicat de qualitate propositionem facientes, multa eorũ, quæ sunt ad aliquid, interposuisse. Habitus enim, & dispositiones eorum, quæ ad aliquid sunt, esse dicebamus.

[Margin: Dubium 1; A; B; Cõmunitas 3; Dubium 2]

pene enim in omnibus talibus genera ad aliquid dicuntur, nihil autem eorum, quæ sunt singularia: nam cùm disciplina genus sit, id ipsum quod est alterius dicitur: alicuius enim disciplina, disciplina dicitur: eorum uerò quæ singularia sunt, nihil ipsum quod est alterius dicitur: ut grammatica: nec musica, alicuius alterius musica. sed fortè secundùm genus, & hæ ad aliquid dicuntur: ut grammatica alicuius dicitur disciplina, nõ alicuius grammatica: & musica, alicuius disciplina, non alicuius musica: quapropter quæ singularia quidem sunt, non sunt ad aliquid. Dicimur autem quales secundùm singulorum singula, hæc enim & habemus: scientes enim dicimur, eò quòd habemus singularum scientiarum aliquas, quare hæ erunt etiam qualitates, quæ singulares sunt, secũdùm quas aliquãdo & quales dicimur: hæ autẽ non sunt eorũ, quæ sunt ad aliquid. Amplius: Si cõtingit idem ipsum, & quale, & ad aliquid esse: nihil est inconueniens in utrisq; hoc generibus enumerari.

De actione, & passione.

CAPVT IX.

Commu. 1 Recipit autem agere, & pati, & contrarietatem, & magis, & minus. Calefacere enim ei, quod est frigefacere, contrariũ est: & calefieri ei, quod est frigefieri: &
Commu. 2 delectari ei, quod est contristari: quare suscipiunt cõtrarietatẽ. Et magis, & minus: est enim calefacere & magis, & minus: & calefieri magis, & minus: & tristari magis, & minus. Suscipiunt igitur magis, & minus, agere, et pati: & de his igitur hæc dicta sint. Dictũ est autem & de eo, quod est Situm esse, in ijs quæ sunt ad aliquid, quod denominatiuè à positionibus dicitur. De reliquis uerò, id est, Quando, & Vbi, & Habere, propterea quòd manifesta

fecta sunt, nihil de his aliud dicitur, quàm quæ in principio dicta sunt: quòd habere quidem significat calceatum esse, armatum esse: ubi uerò, ut in Lycio, in foro: & alia quæcunq; de his dicta sunt. Igitur de omnibus generibus, quæ proposuimus, sufficiunt dicta.

De oppositis.
CAPVT X.

DE oppositis quoties solent opponi dicendũ est. Dicitur enim alterũ alteri opponi quadrupliciter, aut ut ad aliquid: aut ut contraria: aut ut priuatio, & habitus: aut ut affirmatio, & negatio. Opponitur autem unumquodq; istorum ut sit figuratim dicere, tanquam ad aliquid quidem, ut duplum dimidio: tanquam contraria, ut malum bono: tanquam autem secundùm priuationem, & habitum, ut cæcitas, & uisio: tanquam uerò affirmatio, & negatio, ut sedet, non sedet. Quæcunq; igitur ut ad aliquid opponuntur, ea ipsa, quæ sunt, oppositorũ dicuntur, aut quomodolibet aliter ad ipsa: ut duplum dimidij, hoc ipsum quod est, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur. & disciplina, disciplinato tanquam ei, quod est, ad aliquid opponitur, & dicitur disciplina ipsum quod est disciplinati, & disciplinatum dicitur quod est oppositum ad disciplinam: disciplinatum enim aliquo dicitur, scilicet disciplina disciplinatum. Quæcunq; ergo opposita sunt tanquam ad aliquid, ea ipsa, quæ sunt, oppositorum, uel alio quolibet modo adinuicem dicuntur. Illa uerò, quæ opponuntur ut contraria, ea ipsa quidem, quæ sunt, nullo modo ad se inuicem dicuntur: contraria uerò sibijnuicem dicuntur. Neq; enim bonum, mali dicitur bonum, sed cõtrarium: nec album nigri album, sed contrarium: quare differunt abinuicem

Definitio 1

Conclusio 2

Definitio 2 uicem hæ oppositiones. Quæcunque uerò contrariorum talia sunt, in quibus nata sunt fieri, & de quibus

Definitio 3 prædicantur, necessarium sit alterum ipsorum inesse, horum nihil est medium. Quorum uerò non est necessarium alterum inesse, horum omnino est aliquid medium: ut ægritudo, & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri, & necessarium est alterum ipsorum inesse animalis corpori, uel ægritudinem, uel sanitatem. Et par quidem & impar de numero prædicantur: & necesse est horum alterum numero inesse, uel par, uel impar, & non est horum aliquod medium, neq; ægritudinis, & sanitatis, neque imparis, atque paris. Quorum autem non est necessarium alterum inesse, eorum est aliquod medium: ut nigrum, & album in corpore nata sunt fieri, & non est necessarium alterum eorum inesse corpori: non enim omne corpus uel album, uel nigrum est. Sed & prauum, & studiosum prædicantur quidem de homine, & de alijs compluribus. nō est autem necessarium alterum eorū inesse ijs, de quibus prædicantur: non enim omnia aut praua, aut studiosa sunt, sed est aliquid eorum mediū, ut albi, & nigri fuscum, & pallidum, & quicunque alij colores: praui uerò, & studiosi, quod neq; prauum, neq; studiosum est. In aliquibus igitur medijs posita sunt nomina: ut albi, & nigri fuscum, & pallidū, & quicunque alij huiusmodi colores. In aliquibus uerò non est nomine facile medium aßignare, utriusq; uerò extremorū negatione medium definitur: ut quod neq; bo-

Definitio 4 num, neq; malū est, neq; iustum, neq; iniustum. Priuatio uerò, & habitus dicūtur quidem circa idem aliquid: ut uisio, & cæcitas circa oculum. Vniuersaliter autem dicere, est in quo natus est habitus fieri, circa hoc dicitur utrunq; eorum

eorum fieri. Priuari uerò tunc dicimus unumquodque habitus susceptibilium, quando is, in quo natus est inesse, uel quando illud natum est habere, nullo modo insit. Edentulũ enim dicimus, non quod non habet dentes: & cæcum, non quod non habet uisum: sed quod non habet, quando natum est habere. Aliqua enim ex natiuitate neq; dentes habent, neq; uisum: sed non dicuntur edentula, neque cæca. Priuari uerò, & habere habitum, non est priuatio, & habitus. Habitus enim uisus est, priuatio uerò cæcitas. Habere autem uisum, non est uisus: nec cæcum esse, cæcitas. Priuatio enim quædam est, cæcitas: cæcũ uerò esse priuari, non priuatio est. Amplius: Si idem esset cæcitas, & cæcum esse, utraque de eodem prædicarentur: sed cæcus quidem dicitur homo, cæcitas uerò homo nullo modo dicitur. Opponi quidem etiam ista uidentur, priuari scilicet, & habere habitum, quemadmodum priuatio, & habitus: idem enim modus est oppositionis: nam sicut cæcitas uisui opponitur, sic cæcum esse, & uisum habere opponuntur. Non est autem neque hoc, quod sub affirmatione, & negatione est, affirmatio, & negatio: affirmatio nanq; oratio affirmatiua est: & negatio, oratio negatiua: quod uerò sub affirmatione, & negatione est, nulla est oratio. Dicuntur autem etiam hæc esse opposita adinuicem tanquã affirmatio, & negatio: nã & in his, modus oppositionis idẽ est. Sicut enim affirmatio ad negationẽ opponitur (ut quod sedet, ei quod non sedet) sic & res quæ sub utroq; est opponitur, scilicet sedere aliquem, ad non sedere. Quoniam autem priuatio, & habitus non opponuntur ut ad aliquid manifestum est. non enim dicitur idipsum quod est oppositorum: uisus enim non est cæcitatis uisus, nec ullo alio modo idipsum dicitur.

Conclusio 2

Conclusio 3

Conclusio. 4

dicitur. Similiter autē neq; cæcitas uisionis cæcitas dicitur, sed priuatio quidē uisionis dicitur: cæcitas uerò uisionis nō dicitur, neq; uisus cæcitatis. Amplius: ad aliquid omnia ad cōuertentia dicuntur: quare si cæcitas eorū, quæ ad aliquid sunt, esset: utique & conuerteretur ad illud ad quod dicitur, sed non conuertitur: non enim dicitur uisus, cæcitatis uisus. Quoniā autē neq; ut contraria opponuntur, quæ secūdùm priuationē, & habitum dicuntur, ex his manifestum est: contrariorū enim, quorū nihil est medium, necesse est in quibus fieri nata sunt, aut de quibus prædicari, alterum ipsorū inest semper. Eorum enim nihil medium erat, quorū alterū inesse susceptibili necessarium erat: ut in languore, & sanitate: & impari, atq; pari. Quorū uerò aliquid mediū est, nunquàm necesse est omni susceptibili inesse alterum: neque enim necesse est omne susceptibile uel candidum, uel nigrum esse: neque frigidum, uel candidum. Horum enim medium aliquid, nihil esse prohibet: insuper autē & eorū erat aliquid medium, quorum alterum inesse susceptibili non necessarium erat, præter illa quibus unum inest naturaliter, ut igni calidum esse, & niui candidum. In his enim determinatè necessarium alterum est inesse, & non alterutrum contingit: non enim poßibile est, ignem frigidum esse: neq; niuem nigrā: quare omni quidem susceptibili non necessarium est alterum ipsorum inesse, sed solis, quibus natura unum inest, & his determinatè unum, non alterutrum contingit. In priuatione autem, & habitu, neutrum eorum, quæ dicta sunt, uerum est: non enim semper alterum eorum inesse susceptibili necessarium est: quod enim nondum natum est habere uisum, neq; cæcum, neque uisum habens dicitur: quare non erunt hæc, ut ea

Conclusio 5

contraria,

contraria, quorũ nihil est medium, sed neq; ut ea, quorum aliquid est medium: necessarium enim est aliquando omni susceptibili alterum eorum inesse: quando enim iam ad habendam uisionem natum fuerit, tunc aut cæcum, aut habens uisum dicetur. Et eorum nõ determinatè alterum, sed alterutrum contingit: non enim necessarium est uel cæcum, uel uisum habens esse, sed utrũuis contingit. In contrarijs autem, quorum aliquid medium est, nunquàm necessarium erit omni susceptibili alterum inesse: sed quibusdam, & his determinatè unum, & non utrũuis contingit. Vnde palàm est, quòd secundùm neutrum modorum tanquam contraria opponuntur ea, quæ secundùm priuationem, & habitum opponuntur. Amplius: In contrarijs quidem cùm sit susceptibile, adinuicem mutationem fieri poßibile est, nisi alicui unum natura insit, ut igni calidum: etenim sanum poßibile est languere, & candidum nigrum fieri: & calidum frigidum: & ex studioso prauum, & ex prauo studiosum fieri poßibile est: prauus enim ad meliores exercitationes deductus, & doctrinas, etsi ad modicum aliquid proficiat, ut melior fit: si certè semel quamuis modicum incrementum sumpserit, palàm est quia aut perfectè mutabitur, aut satis multum incrementum sumet: semper enim bene mobilior ad uirtutem fit, etiam quodcunque cremẽtum sumpserit à principio, quare etiam uerisimile est, plenius eum sumere incrementum: & hoc dum semper fit, perfectè in contrarium habitum restituetur, nisi fortè tempore prohibeatur. Verùm in priuatione, & habitu impoßibile est adinuicem mutationem fieri: ex habitu enim in priuationem mutatio fit: à priuatione uerò in habitum impoßibile est: neq; enim cæcus factus aliquis,

rursus

rurſus uidit: neq; cùm caluus fuerit, rurſus comatus factus eſt: neq; cùm fuerit edentulus, dentes ei iterum orti ſunt.

Concluſio 6 *Quæcunq; uerò tanquā affirmatio, & negatio opponuntur, palàm eſt quia nullo prædictorū modo opponuntur: in ſolis enim his neceſſarium eſt ſemper, hoc quidem eorū uerū, illud autē falſum eſſe. Neq; enim in contrarijs, neceſſariū eſt ſemper alterum uerum eſſe, alterum autem falſum, neq; in ijs, quæ ad aliquid ſunt, neq; in habitu, & priuatione: ut ſanitas, & languor cōtraria ſunt, & neutrū neq; uerum, neq; falſum eſt. Similiter autem & duplum, & dimidiū tanquā ad aliquid oppoſita ſunt: & non eſt eorū neutrum, neq; uerum, neq; falſum, ſed neq; ea ſecundùm priuationem, & habitum dicuntur, ſicut uiſio, & cæcitas. Omnino autem eorum, quæ ſecundùm nullam dicuntur cōplexionem, nihil neq; uerū, neq; falſum eſt: omnia autem, quæ dicta ſunt, ſine complexione dicuntur. Verumtamen maximè tale hoc cōtingere uidebitur in ijs, quæ ſecundùm complexionem contraria dicuntur. Sanum nanq; eſſe Socratem, ad languere Socratem contrariū eſt. Sed neq; in his neceſſarium ſemper alterum uerum eſſe, & alterum falſum: cùm enim Socrates ſit, aliud quidē uerū, aliud autem falſum erit: cùm uerò non ſit, ambo falſa ſunt: neq; enim languere, neque ſanum eſſe uerum eſt, cùm ipſe non ſit omnino Socrates. In priuatione uerò, & habitu, cum non ſit omnino, neutrum uerum eſt: cùm autem ſit, non ſemper alterum quidem uerum erit, alterum autem falſum: habere nāq; uiſum Socratem, ei, quod eſt cæcū eſſe Socratē, opponitur, ſicut priuatio, & habitus: & cùm ſit, non neceſſarium eſt alterum uerum eſſe, uel falſum. cùm enim nondum ſit natus habere, utraq; falſa ſunt: & cùm non ſit omnino Socrates,*

Socrates, similiter quoque falsa sunt utraque, & uisum eum habere, & caecum eum esse. In affirmatione uerò, & negatione, semper siue sit, siue non sit, hoc quidem falsum erit, illud autem uerum. Languere nanque Socratem, & nō languere Socratem, cùm ipse sit, palàm est quoniam alterum eorum uerum, alterum uerò falsum est: & cùm non sit, similiter. Languere etenim cùm non sit, falsum est: non languere autem, uerum. Quare in his solis proprium erit semper alterum eorum uerum, alterum falsum esse, quaecunque tanquam affirmatio, & negatio opponuntur.

Contrarium autem bono quidem ex necessitate malum Commu.
est: hoc autem per singulorum inductionem palàm est: ut 1
sanitati languor, & iustitiae iniustitia, & fortitudini timiditas, similiter autem & in alijs. Commu.
Malo autem aliquando quidem bonum est contrarium: aliquando malum. 2
Defectui enim (cùm malum sit) superabundantia contraria est, cùm sit etiam ipsa malum. Similiter autem & mediocritas cùm utriq; contraria sit, bonum est. Sed in paucis quis tale hoc aspiciet, in pluribus uerò semper malo bonum contrarium est. Commu.
Amplius: Contrariorū non necessarium est si alterum sit, & reliquum esse. 3
Sanis nanq; omnibus, sanitas quidem erit: languor uerò nō. Similiter aūt albis omnibus, albedo quidē erit, nigredo uerò non. Commu.
Amplius: Si ei quod est Socratem sanum esse, Socratem languere contrarium est, non contingit, simul utraque eidem inesse: non utique continget cùm alterum contrariorum sit, & reliquum esse: cùm enim sit Socratem sanum esse, languere Socratem non erit. 4 Commu.
Palàm uerò est, quia circa idem aut specie, aut genere nata sunt fieri. 5
Lāguor nanque & sanitas in corpore animalis nata sunt fieri: albedo autem,

autem, & nigredo, simpliciter in corpore: iustitia uerò, &
Commu. *iniustitia, in anima hominis.* Necessariũ autẽ est omnia
6 contraria uel in eodem genere esse, uel in contrarijs generibus, uel ipsa genera esse: album enim, & nigrum in eodem genere sunt: color enim eorum genus est: iustitia uerò, & iniustitia in contrarijs generibus, illius nanq; uirtus genus est, huius autem uitium: bonum uerò, & malum non in genere sunt, sed ipsa sunt genera aliquorum existentia.

De modis prioris.

CAPVT XI.

PRius autem alterum altero dicitur quadrupliciter. Primò quidem, & maximè propriè secundùm tempus, secundùm quod scilicet antiquius alterum altero, & uetustius dicitur. In eo enim quòd tempus amplius est, & antiquius, & uetustius dicitur. Secundò autem quod non conuertitur secundùm subsistendi cõsequentiam: ut unum duobus prius est: duobus enim existentibus, mox unum esse consequens est: uno uerò existente, duo esse non necessarium est: quare non conuertitur ab uno consequentia, ut reliquum sit. Prius autem illud esse uidetur, à quo non conuertitur eius quod est esse consequentia. Tertio uerò secundùm ordinem quendam prius dicitur, quemadmodum & in disciplinis, & in orationibus: nam in demonstratiuis disciplinis est prius, & posterius ordine: elementa enim in geometria priora sunt ordine ijs, quæ describũtur. Sed & in grammatica, elementa syllabis priora sunt: & in orationibus similiter proœmium narratione prius ordine est. Amplius, præter ea, quæ dicta sunt, quod melius, & honorabilius est, prius natura esse uidetur. Consueuerunt etiam multi honorabiliores, & magis

gis

gis dilectos à se, priores apud se dicere. Est quidem & penè alienissimus priorum hic modus. Modi igitur qui dicti sunt de priore, ferè hi sunt. Videtur autem præter eos, qui dicti sunt, alter esse prioris modus. Eorum enim, quæ conuertuntur secundùm essentiæ consequentiam: quod alteri quomodolibet causa est, dignè prius natura dici posit: quoniam uerò quædã sunt huiusmodi, palàm est. Esse nanque hominem, secundùm essentiæ consequentiam ad ueram de se conuertitur orationem. Nam si homo est, uera est oratio, qua dicitur, quia homo est: & si uera est oratio, qua dicimus quòd homo est: etiam cõuertetur. Nam si uera est oratio, qua dicimus quòd homo est: est homo. Et uera quidem oratio nequaquam causa est, ut sit res, ueruntamen res quodammodo causa uidetur, ut sit uera oratio: eo enim quòd res est, aut non est, uera oratio, aut falsa dicitur. Quare secundùm quinq; modos, prius alterum altero dicatur.

De modis simul.

CAPVT XII.

Simul autem dicuntur simpliciter quidem, & proprijssimè, quorum generatio in eodem est tempore, neutrum enim eorum neq; prius, neq; posterius est. Simul itaq; secundùm tempus hæc dicuntur. Natura autem simul sunt, quæcunque conuertuntur quidem secundùm quod est esse consequentiam, sed nequaquam alterum alteri causa est ut sit: ut in duplo, & dimidio, cõuertuntur etenim hæc: nam cùm duplum sit, dimidium est: & cùm dimidium sit, duplum est: sed neutrum alteri causa est, ut sit. Dicũtur autem simul natura, & quæ ex eodem genere ediuerso ab inuicem diuiduntur. Ediuerso autem diuidi abinuicem dicuntur,

cuntur, quæ ſecundùm eandem ſunt diuiſionem: ut uolatile, greßibile, & aquatile. Hæc enim abinuicem ediuerſo diuiduntur, quæ ex eodem genere ſunt. Animal nanq; diuiditur in hæc, uolatile, greßibile, & aquatile: & nihil horum prius, uel poſterius eſt, ſed ſimul hæc natura eſſe uidentur. Diuiditur autem & ſingulum horum in ſpecies rurſus: ut uolatile animal, aliud greßibile, aliud aquatile. Erunt ergo & illa ſimul natura, quæcunq; ex eodem genere ſecundùm eandem ſunt diuiſionem. Genera uerò ſpeciebus ſemper priora ſunt, neq; enim conuertuntur ſecundùm eius quod eſt eſſe conſequentiam: ut cùm quidem aquatile ſit, animal eſt: cùm uerò ſit animal, non neceße eſt ut aquatile ſit.

Simul ergo natura dicuntur, quæcunq; quidem conuertuntur ſecundùm eius quod eſt eſſe conſequentiam, ſed nequaquam alterum alteri ut ſit, cauſa eſt: & ea, quæ ex eodem genere ediuerſo diuiduntur abinuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt, quorum generatio in eodem eſt tempore.

De ſpeciebus motus.

CAPVT XIII.

Motus autem ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, augmentũ, diminutio, alteratio, ſecũdùm locũ mutatio. Alij itaque motus palàm eſt quia abinuicem diuerſi ſunt: nõ enim eſt generatio, corruptio, neq; augmentũ, diminutio, neq; ſecundùm locũ mutatio: ſimiliter autẽ & alij.

Dubium. *In alteratione uerò habet quãdam dubitationẽ, ne ſit fortè neceſſariũ id, quod alteratur, per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non uerum eſt. nam ſecundùm omnes penè paßiones, aut complures accidit nos alterari, nulla aliarum communicante motionum: nam neq; augeri neceſſariũ eſt, quod per paßionem mouetur, neq; diminui:*

ſimiliter

similiter autem & in alijs. Quare alia præter alios motus erit alteratio: nam si esset eadẽ, oporteret id, quod alteratur, mox & augeri, uel minui, uel quandam aliarum motionum sequi. sed nõ necesse est. Similiter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret: sed sunt quædam, quæ augmentantur, quæ non alterãtur: ut quadratum gnomone circumposito creuit quidem: alteratum uerò nihil factum est. Sic & in alijs huiusmodi: quare alij motus sunt abinuicem. Est autem simpliciter motui quidem quies contrarium: ijs uerò, quæ per singula sunt, & singula: generationi quidem corruptio, augmentato uerò diminutio, secundùm locum mutationi, secundùm locum quies maximè uidetur oppositum esse, & fortè in contrarium loci mutatio: ut ei, quæ inferius est, ea quæ superius est: & ei, quæ superius est, ea quæ inferius est. Reliquo uerò aßignatorum motuum, nõ facilè est aßignare quid fortè est contrarium. Videtur autem nihil esse ei contrariũ, nisi quis & in hoc secundùm qualitatem quietem opponat, aut in contrarium qualitatis, mutationem: sicut & in mutatione secũdùm locum, quietem secundùm locum, aut in contrarium locum mutationem. Est enim & alteratio mutatio secũdùm qualitatem, quapropter opponitur mutationi secundùm qualitatem, quies secũdùm qualitatem, aut in contrarium qualitatis mutatio: ut albũ fieri ad id, quod nigrum est fieri. Alteratur enim in contraria, qualitatis mutatione facta.

In hoc: in reliquo motu, scilicet alteratione.

De modis habere.

CAPVT XIIII.

HAbere secũdùm plures modos dicitur. Aut enim ut secundùm habitum, & dispositionem, aut aliam aliquam

quam qualitatem: dicimur etiam disciplinam aliquam, atq; uirtutem habere. Aut ut quantitatem, quod ei, qui magnitudinem habet, contingit: dicitur enim tricubitam habere magnitudinem, uel quadricubitam. Aut ea, quae circa corpus sunt, ut uestimentum, uel tunicam: aut ut in parte, ut in manu anulum. Aut ut partem, ut pedem, uel manum. Aut ut in uase, ut modius grana tritici, aut lagena uinum. uinum enim habere lagena dicitur, & modius grana tritici. Haec enim omnia habere dicuntur: ut in uase.

Aut ut possessionem. Habere enim domum, & agrum dicimus. Dicitur etiam & uir uxorem habere: & uxor uirum. Sed qui nunc dictus est modus, alienißimus est eius, quod est habere: nihil enim aliud uxorem habere significamus, quàm quòd cohabitant. Fortè tamen & alij quidam, eius quod est habere, apparebunt modi, sed qui dici consueuerunt, penè omnes numerati sunt.

CATEGORIARVM PRAEdicamentorumq; Aristotelis,

FINIS.

Peri Hermenias

ARISTOTELIS
Philoſophi Peripateticorum
principis Libri DVO,
Boëthio
Seuerino interprete.

*Non pauca ſe offerent ſtudioſo lectori quàm
hactenus fuerint multò diligentius
nunc emendata.*

LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. XLVI.

IN PERI HERMENIAS LIBRVM ANGELI POLLITIANI

ARGVMENTVM.

ED age librum quoq; περὶ ἑρμηνείας inspiciamus, in quo iam uerba nectuntur. Quæcunq; igitur uocibus insunt, notæ illorũ sunt, quæ animo: sicuti uocum notæ, ipsa quæ scribimus, sed nec uoces, nec literæ tamẽ eadẽ cũctis: cùm sint in animo omnibus eadem, quorũ sunt hæ similitudines, cõceptiones, & in animo sunt ueri expertes & falsi, quibus nomina & uerba respõdent: nam uerũ falsumq; diuisionis est & cõpositionis utrobiq;. Nomen dico, uocẽ significatui habilem, expositio sine tẽpore: cuius pars nulla seorsum significat, licet affectet. Cui quidẽ negatio si obstiterit, indefinitũ uocabitur nomen: sic aliud à nomine, quemadmodũ & nominis casus. Eadem & uerbi finito, modò tempore nõ fraudetur: quod est eorũ signũ, quæ de altero dicuntur. à quo itidem indefinitũ uerbũ, casusq́ue uerbi discrepant. Hæc autẽ seorsum quidẽ significant, sed nõ uerum tamen, ac falsum. Quare ad orationẽ pergamus, quæ uox est significatui habilis, cuius etiam seorsum partes ipsæ significãt. Nec oĩs tamen oratio uerũ falsumq; recipit, sed enũciatiua dũtaxat, quæ affirmatio primũ uel negatio est: etiãq;, prius quàm copula uinciatur. Verbũ autẽ sibi enũtiatio poscit, quod etiam finitionibus adhibetur. Est que una interdũ enunciatio in uocabulis pluribus est, & in uno multiplex. sensus enim potius ibi respicitur. Sed affirmatio de quopiã, negatio à quopiã quid enunciat. Nullaq́ue omninò est affirmatio, cui non aliqua aduerse-

tur nega

tur negatio,quod totũ Contradictio dicitur Agatur de eodem oportet,reiecta æquiuocatione,& cauillamẽtis cæteris.Fit autẽ ut uniuersalia nomina,sit ut & singularia cõmittantur: sed uniuersalia nunc uniuersali nota,nũc particulari, nũc prorsus nulla proferantur.ubi nota nõ est,nihil repugnat:ubi uniuersales,cõtraria nascuntur,quæ simul uera nunquã sunt: cum uera illa esse poßint,quæ his opponuntur. At cùm ab angulis mutuo respiciunt,cõtradictio fit:cuius pars altera uera semp,aut falsa,quod in singularibus quoq; deprehenditur,etiã quauis nota carentibus. Idem tamẽ quod affirmatũ fuerat,abdicari ab eodẽ conuenit,cui fuerat dedicatũ.Nõ enim affirmationis cuiusquàm plures singulis negationes ,ueraq́ue semper alterutra,nisi cũ futurũ tempus singularia præsertim respiciunt.ne fateri illud absurdũ cogamur,fortuito nihil fieri . Nam neutrũ simul,nũquàm omninò nõ uerũ distinctũ,quippè uerißimũ semper.Ex nomine aũt, & uerbo,uel ex indefinitis,nunc utroq;,nunc altero,affirmationes primæ constant,& negationes:quæ sic tamen porriguntur,ut uerbum est,tertium quiddam sit,ac prædicato adnumeretur: aut uerbum certè aliud adsit,quòd in hoc ipsum denique resoluatur. Hic uerò enunciationum geminatur numerus. Tum ubi quæ diximus indefinita ponuntur,multa oritur diuersitas, prout negatio locum mutat.nam uerba ipsa & nomina quãuis loco priore cedant,minimè intellectum uariant : alioqui negationes plures, affirmationis erunt unius. Verùm nec una dialectici interrogatio,quæ uel unum quærit de pluribus,uel de uno plura:quare nec una responsione excipitur. Nam cùm sint duo interdùm separatim uera, falsa eadem si iungas deprehendentur. quæcunque autem ex accidenti,uel de uno eodẽq;,uel ipsa inter se dicuntur, nequaquam fieri unum poßunt : nec item si quod ipsum dicitur, inerat illi iam de quo dicitur.Quibus autem prædicatiõibus repugnantiæ nihil adhærescit,& ubi uocabulis orationes dicuntur, quæ uidelicet à se ipsis,nõ ex accidenti prædicantur,& purè uerum profertur,& quadantenus.Nec tamẽ illud omnino est, quod est in opinione. Cæterùm per modos etiam contradictio

uariatur, qui uicem prædicati obtinent: ſicuti ſubiecti, quod reliquum. Neceſſarij dehinc illa, & poßibilis, & contingentis: atque impoßibilis multa & uaria, ſed ab omnibus decantata contradictio. In qua tamen impoßibilis æquiuocationem caueas: neceſſarium propterea quod actu ſit, in capite cōſtituas. Nam diſceptationem prætereo, ſex illis argumentationibus confectam, qua repugnare magis negatio affirmationi colligitur, quàm duæ inter ſe affirmationes: quoniam eam plerique Ariſtotelis eſſe negant.

Peri Hermenias

ARISTOTELIS

LIBER PRIMVS.

De Signis.

CAPVT I.

RIMVM oportet constituere quid sit Nomen, & quid Verbum, postea quid est Negatio, & Affirmatio, & Enuntiatio, & Oratio. Positio 1

Sunt ergo ea, quæ sunt in uoce, earũ, quæ sunt in anima, paßionum notæ: & ea quæ scribuntur, eorũ, quæ sunt in uoce. Et quemadmodum nec literæ omnibus eædem, sic nec eædem uoces. Quarũ autem hæ primùm notæ sunt, eædem omnibus paßiones animæ sunt: & quarũ hæ similitudines, res etiã eædẽ. De his uerò dictũ est in ijs, qui sunt de anima: alterius enim est negotij. Positio 2

Est autem, quemadmodũ in anima, aliquando quidem intellectus sine uero, uel falso: aliquãdo autẽ cui iam necesse est horũ alterum inesse: sic etiã in uoce. Circa cõpositionẽ enim, & diuisionem, est uerũ, & falsum. Positio 3

Nomina igitur ipsa, & Verba cõsimilia sunt ei, qui sine cõpositione, & diuisione est, intellectui. Vt homo, uel albũ, quando non aliquid additur, neq; enim falsum, neq; uerũ adhuc est. Signũ autẽ huius est: hircoceruus enim aliquid significat: sed nondum

uerum aliquid, uel falsum, si nõ uel esse, uel non esse addatur, uel simpliciter, uel secundùm tempus.

De nomine.

CAPVT II.

Definitio nominis.

NOmen igitur est uox significatiua secundùm placitum sine tempore: cuius nulla pars significatiua est, separata. In nomine enim, quod est equiferus: ferus nihil per se significat, quemadmodũ in oratione, quæ est equus ferus. At uerò nõ quẽadmodũ in simplicibus nominibus, sic se habet in compositis. In illis enim nullo modo pars significatiua est: in his autẽ uidetur qdẽ, sed nullius est, separata: ut in eo quod est equiferus hoc, quod est ferus. Secũdùm placitum uerò: quoniã natura, nominũ nullũ est, sed quãdo fit nota. quoniã designant & illiterati soni, ut ferarũ: quorum nihil nomen est.

Declaratio definitionis nominis.

Non homo uerò non est nomẽ. at uerò nec positum nomen est: quo illud oportet appellare, neq; enim oratio, neq; enim negatio est: sed sit nomẽ infinitũ, quoniã similiter in quolibet est, & qđ est, et qđ nõ est. Catonis autẽ, & Catoni, & quæcunq; talia sunt, non sunt nomina, sed casus nominis, ratio autem eius est, alia tamen sunt secũdùm seipsa: quoniã cùm est, uel fuit, uel erit, neq; uerum, neq; falsum, est nomen uerò semper: ut Catonis est, uel non est. nondũ enim aliquis neq; uerũ dicit, neq; falsum.

De verbo.

CAPVT III.

Quid uerbũ

VErbum autem, est quod consignificat tempus, cuius nulla pars significat extra: & est semper eorũ, quæ de altero prædicantur, nota. Dico autem quoniam consignificat tempus, ut sanitas quidem nomen est, sanatur uerò uerbum: consignificat enim nunc esse, & semper eorum,

quæ

quæ de altero dicuntur nota eſt, ut eorum quæ de ſubiecto, uel in ſubiecto ſunt. Non ſanatur uerò, non ægrotat, non uerbum dico. Conſignificat enim tempus, & ſemper de aliquo eſt. Differentiæ autem huic, nomen poſitum non eſt, ſed infinitum uerbum ſit: quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & quod eſt, & quod non eſt. Similiter autem & ſanabitur, & ſanabatur, non uerbum eſt, ſed caſus uerbi. Differunt autem à uerbo, quòd hoc quidem præſens conſignificat tempus, illa uerò id quod circuncirca eſt. Ipſa igitur ſecundùm ſe dicta uerba, nomina ſunt, & ſignificãt aliquid: conſtituit enim qui dicit intellectum, & qui audit, quieſcit: ſed ſi eſt, uel non eſt, nondum ſignificat, neque enim ſignum eſt rei, eſſe, uel non eſſe, nec ſi hoc ipſum, eſt, purum dixeris: ipſum enim nihil eſt, conſignificat autem compoſitionem quandam, quam ſine compoſitis non eſt intelligere.

De oratione.

CAPVT IIII.

Oratio autem eſt uox ſignificatiua, cuius partium aliquid ſignificatiuum eſt ſeparatum: ut dictio, ſed non ut affirmatio, uel negatio. Dico autem, ut homo aliquid ſignificat, ſed non quoniam eſt, aut non eſt: ſed erit affirmatio, uel negatio, ſi quid addatur. Sed non hominis ſyllaba una, neq; enim in eo quod eſt ſorex, rex ſignificat, ſed uox nũc eſt ſolùm. In duplicibus uerò ſignificat quidẽ aliquid, ſed non ſecundùm ſe, quemadmodũ dictum eſt. Eſt autem oratio omnis quidem ſignfiicatiua, non ſicut inſtrumentum, ſed, quemadmodum dictum eſt, ſecundùm placitum. Enuntiatiua uerò non omnis, ſed in qua uerũ, uel falſum eſt, non autem in omnibus ineſt: ut deprecatio, Orationis definitio.

oratio quidem est, sed neq; uera, neq; falsa. Caeterae igitur relinquãtur: rhetoricae enim, uel poëticae conuenientior est consideratio: enuntiatiua uerò praesentis est speculationis. Est autem una prima oratio enuntiatiua, affirmatio, deinde

Conclusio, *negatio: aliae uerò omnes cõiunctione unae. Necesse est autem omnẽ enunciatiuã orationẽ, ex uerbo esse, uel ex casu uerbi. Etenim hominis ratio (si nõ addatur, aut est, aut fuit, aut erit, aut aliquid huiusmodi) nondũ oratio enuntiatiua est. Quare autẽ unũ qddã est, & nõ multa, animal gressibile bipes (non enim eò quòd propinquae partes dicũtur, una erit) est certè alterius hoc tractare negocij. Est aũt una oratio enuntiatiua, quae unũ significát, uel coniunctione una. Plures autẽ, quae plura, & nõ unũ, uel incõiunctè. Nomen igitur, & uerbũ, dictio sit solũ: quoniam nõ est dicere sic aliquid significãtem, uoce enuntiare, uel aliquo interrogante, uel non, uerùm ipso proferente. Harũ autẽ haec quidem simplex est enuntiatio. Vt aliquid de aliquo, uel aliquid ab aliquo. haec autẽ ex his coniuncta uelut oratio quaedã iam cõposita. Est autem simplex enuntiatio: uox significatiua de eo, quod est aliquid, uel non est, quẽadmodum tempora diuisa sunt. Affirmatio uerò est enũtiatio alicuius de aliquo. Negatio uerò enuntiatio alicuius ab aliquo. Quoniam autem enuntiare est, & quod est, non esse: & quod nõ est, esse: & quod est, esse: & quod non est, nõ esse: & circa ea quae extra praesens tempus sunt. Similiter, omne utique cõtingit quod quis affirmauerit, negare: & quod quis negauerit, affirmare. Quare manifestum est quoniã omni affirmationi, opposita est negatio: & omni negationi, affirmatio. Et sit hoc cõtradictio, affirmatio & negatio opposita. Dico autẽ opponi, eiusdem de*

eodem:

eodem:non autem æquiuocè,& quæcunque cætera talium contra sophisticas determinauimus importunitates.

De subiectis,& prædicatis enũtiationum.

CAPVT V.

Voniam autẽ sunt hæc quidem rerũ uniuersalia,illa uerò singularia. Dico *autem uniuersale, quod in pluribus prædicari natum est:singulare uerò quod nõ:ut homo quidẽ uniuersale est:Callias uerò eorum, quæ sunt singularia.Necesse est autem enuntiare cùm inest aliquid,aut nõ:aliquãdo quidẽ alicui eorũ,quæ uniuersalia sunt,aliquando autẽ,quæ singularia sunt. Si ergo in uniuersali uniuersaliter enuntiet quis,quoniã est:aut non est: contrariæ enũtiationes erũt.Dico autẽ in uniuersali enuntiare uniuersaliter : ut omnis homo albus est, nullus homo albus est.Quãdo autẽ in uniuersalibus nõ uniuersaliter,nõ sunt cõtrariæ,Quæ autem significantur,est esse aliquando cõtraria.Dico autem non uniuersaliter enũtiare in ijs,quæ uniuersalia sunt:ut est albus homo,nõ est albus homo: cùm enim uniuersale sit homo,nõ uniuersaliter utitur enuntiatione.Omnis nanq;,non uniuersale significat,sed quoniam uniuersaliter. In eo uerò quòd uniuersale prædicatur,id quod est uniuersaliter prædicari non est uerũ :* Nulla *enim affirmatio uera erit,in qua cùm uniuersale sit prædicatũ, uniuersaliter prædicatur:ut est omnis homo,omne animal.* De oppositionibus, & enũtiationum legibus. Contrariæ, Regula uniuersalis.

Opponi *autẽ affirmationẽ negationi dico cõtradictoriè,quæ uniuersaliter significat eidem quoniã nõ uniuersaliter : ut omnis homo albus est,non omnis homo albus est: nullus homo albus est,aliquis homo albus est.Cõtrariè uerò uniuersalem affirmationem, & uniuersalem negationem: ut omnis homo iustus est,nullus homo iustus est.* Contradictoriæ. Contrariæ.

De regulis oppositorum.
CAPVT VI.

Contrarię nũquàm simul veræ.

Quocirca has quidẽ impoßibile est simul esse ueras. His uerò oppositas,cõtingit aliquãdo in eodẽ simul esse ueras:ut nõ omnis homo albus est,& aliquis homo albus est. *Quæcunq; igitur contradictiones uniuersaliũ sunt uniuersaliter,necesse est alterã esse ueram, uel falsam: & quæcũque in singularibus sunt:ut est Socrates albus,nõ est Socrates albus.* *Quæcũque autẽ in uniuersalibus nõ uniuersaliter,nõ semper hæc quidẽ uera est, illa uerò falsa est.* *Simul enim uerũ est dicere quoniam est homo albus,& quoniã nõ est homo albus:& est homo pulcher,& nõ est homo pulcher.Si enim turpis est,non est pulcher: & si fit aliquid,non est.Videbitur autem subitò incõueniens esse,iccirco quoniam uidetur significare hæc, non est homo albus,simul & hæc,nullus homo est albus.*

Hæc autem neq; idem significat,neq; simul necessariò.

Manifestum est autem quoniam una negatio unius affirmationis est:hoc enim idem oportet negare negationem, quod affirmatio affirmauit,& de eodem,uel de aliquo singularium,uel de aliquo uniuersalium ut uniuersaliter,uel ut non uniuersaliter:dico autem ut est Socrates albus,non est Socrates albus.Si autem aliud aliquid de eodem, uel de alio idem,non est opposita,sed erit ab ea diuersa. *Huic uerò quæ est,omnis homo albus est,cõtradictio est illa,quæ est, nõ oĩs homo albus est.illi uerò quæ est,aliquis homo albus est,illa quæ est,nullus homo albus est.illi autem quæ est,est homo albus:illa quæ est,non est homo albus.* *Quoniam igitur una affirmatio uni negationi opponitur contradictoriè: & quæ sunt hæ,dictum est, & quoniam contrariæ*

Epilogus.

traria alia, & quæ sunt illæ, dictum est: & quoniam non omnis uera uel falsa cōtradictio, & quare, & quando uera, uel falsa.

De affirmatione & negatione vna.

CAPVT VII.

VNa autem affirmatio, & negatio est, quæ unum de uno significat, uel cùm sit uniuersale uniuersaliter, uel non similiter: ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus. Nullus homo albus est, aliquis homo albus est, si album unū significat. Sin uerò duobus unum nomen positum est, ex quibus non est unum, non est una affirmatio, neque una negatio: ut si quis ponat hoc nomen tunica homini, & equo: quòd tunica alba est, hæc non est una affirmatio, nec una negatio. Nihil enim differt hoc quàm dicere, quoniam est homo equus, albus. Hoc autē nihil differt, quàm dicere, est homo albus, & est equus albus. Si ergo hæ multa significant, & sunt plures: manifestum est quoniam & prima uel multa, uel nihil significat: neque enim est aliquis, homo equus. Definitio.

Quare nec in his necesse est hanc contradictionem ueram, illam uerò falsam esse. Corollariū.

De futuris contingentibus.

CAPVT VIII.

IN ijs ergo quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse est affirmationem, uel negationem ueram esse, uel falsam. In uniuersalibus quidem uniuersaliter, semper hāc quidē ueram, illam uerò falsam esse, & in his quæ singularia sunt (quēadmodū dictū est) in ijs uerò quæ in uniuersalibus nō uniuersaliter dicuntur, non necesse est. dictum est autem & de his. In singularibus uerò, & futuris, non similiter. Regula 1 Regula 2

Nam

Nam si omnis affirmatio, & negatio uera, uel falsa est: & omne necesse est esse, uel non esse: quare si hic dicat futurũ esse aliquid, ille uerò nõ futurũ dicat hoc ipsum: manifestũ est quoniã necesse est uerũ dicere alterũ ipsorũ, si oĩs affirmatio, uel negatio uera, uel falsa est: utraq; enim non erunt simul in talibus. Nam si uerũ est dicere, quoniam album, uel non albũ: necesse est esse albũ, uel non albũ. Et si est album, uel nõ album: uerũ erat affirmare, uel negare, Et si non est, falsum dicit: & si falsum dicit, nõ est: quare necesse est aut affirmationem, aut negationem uerã esse, uel falsam. Nihil igitur neque est, neq; fit, nec à fortuna, nec utrũlibet, neque erit, neq; non erit: sed ex necessitate omnia, & nõ utrunlibet. Aut enim qui dicit, uerus est: aut qui negat. Similiter enim uel fieret, uel nõ fieret: utrũlibet enim nihil magis sic, uel nõ sic se habet, uel habebit. Amplius autem, si est album nunc, uerũ erat dicere prius, quoniã erit albũ. Quare semper fuit uerũ dicere quodlibet eorũ quæ facta sunt, quoniã est, uel erit. Si autẽ semper uerũ fuit dicere, quoniã est, uel erit: non potest hoc non esse, uel non futurũ esse. Quod aũt non potest nõ fieri, impoßibile est non fieri. Et quod impoßibile est nõ fieri, necesse est fieri. Omnia igitur, quæ futura sunt, necesse est fieri. Nihil igitur utrunlibet neq; à fortuna erit: nã si à fortuna, non ex neceßitate. At uerò nec quoniam neutrũ uerũ est, dicere cõtingit: ut quoniã neque erit, neque nõ erit. Primùm enim cùm sit affirmatio falsa: negatio nõ uera erit. Et cũ hæc falsa sit, cõtingit affirmationem nõ uerã esse. Ad hæc si uerũ sit dicere quoniã albũ est, & magnum: oportet esse utrunque. Si uerò erit cras, oportet fore cras. Si autẽ neq; erit, neq; non erit cras, non erit utrunlibet: ut est nauale bellũ. oportet enim neq; fieri

nauale

naualе bellũ, neq; non fieri. Quæ ergo cõtingunt incõuenientia hæc sunt, & huiuſmodi alia: ſi omnis affirmationis, & negationis, uel in ijs, quæ in uniuerſalibus dicuntur. ut uniuerſaliter, uel in ijs, quæ ſunt ſingularia, neceſſe eſt oppoſitarũ hãc quidẽ uerã eſſe, illã uerò falſam. Nihil autẽ utrunlibet eſſe in ijs, quæ fiunt: ſed omnia eſſe, & fieri ex neceßitate. Quare neq; cõſultare oportebit, neq; negotiari: quoniã ſi hoc quidẽ facimus, erit hoc: ſi uerò nõ hoc, nõ erit hoc. Nihil enim prohibet, & in annũ decies milleſimum, hunc quidẽ dicere hoc futurũ eſſe: illum uerò non dicere. Quare ex neceßitate erit: quodlibet eorũ uerũ erat dicere tunc. At uerò nec hoc differt, ſi aliqui dixerint contradictionem, uel nõ dixerint. Manifeſtũ enim quòd ſic ſe habẽt res, etiam ſi nõ hic quidẽ affirmauerit quid, ille uerò negauerit. Non enim propter negare, uel affirmare, erit, uel non erit, nec in decies milleſimũ annũ, magis quàm in quantolibet tempore. Quare ſi in omni tẽpore ſic ſe habebat, alterum uerè diceretur: neceſſe erat hoc fieri. Et unũquodq; eorũ quæ fiũt, ſic ſe habebat, ut ex neceßitate fieret. Si enim uerè dixit quis quoniã erit, non poteſt nõ fieri. Et quod factum eſt, uerũ erat dicere ſemper, quoniã erit. Si quidẽ hæc impoßibilia ſunt: uidemus enim eſſe futurorũ principium, & ab eo quod conſultamus, atq; aliquid agimus, & quoniã eſt omnino in ijs, quæ nõ ſemper actu ſunt, eſſe poßibile, et non eſſe ſimiliter: in quibus utrunq; contingit, & eſſe, & non eſſe. Quare & fieri, & non fieri, & multa nobis manifeſta ſunt ſic ſe habentia: ut quoniã hanc ueſtem poßibile eſt incidi, & non incidetur, ſed prius exteretur. Similiter aũt & nõ incidi poßibile eſt: nõ enim eſſet eã prius exteri, niſi poßibile eſſet nõ incidi: quare quòd in alijs generationibus,

nibus, quæ secūdùm huiuſmodi potētiā dicūtur. Manifeſtū igitur eſt, quoniā nō oīa ex neceßitate uel ſunt, uel fiūt. Sed alia quidē utrūlibet: & nihil magis uel affirmatio, uel negatio uera. Alia uerò magis qdē in pluribus alterū: ſed cōtingit fieri & alterum, alterū uerò minimè. Igitur eſſe quod eſt, quādo eſt, & nō eſſe quod nō eſt, quādo non eſt, neceſſe eſt: ſed nō omne qd' eſt, neceſſe eſt eſſe, nec quod nō eſt, neceſſe eſt nō eſſe. Nō enim idē eſt, omne quod eſt, neceſſariò eſſe, quando eſt: & ſimpliciter ex neceßitate eſſe. Similiter autē & in eo quod nō eſt. Et in cōtradictione eadē ratio eſt. Eſſe quidē, uel non eſſe omne neceſſe eſt: & futurū eſſe, uel nō. nō tamē diuidentē, dicere alterū neceſſariū. Dico aūt ut neceſſe eſt futurū eſſe bellū nauale cras, uel nō futurū eſſe. Sed nō futurū eſſe cras bellū nauale, neceſſe eſt, uel nō futurū eſſe: futurū autē eſſe uel nō eſſe, neceſſe eſt.

Concluſio. *Quare cùm ſimiliter orationes ueræ ſint, quēadmodū & res: manifeſtū eſt quoniā quæcunq; ſic ſe habēt, ut utrūlibet ſint, & cōtraria cōtingant, neceſſe eſt ſimiliter ſe habere & cōtradictionē: quod cōtingit in ijs, quæ nō ſemper ſunt, uel nō ſemper nō ſunt. Horū enim neceſſe eſt alterā partem contradictionis uerā eſſe, uel falſam: non tamē hanc, uel illam, ſed utrūlibet: & magis quidē ueram alterā, nō tamē iam uerā, uel falſam. Quare manifeſtū eſt quoniā nō eſt neceſſe oīs affirmatiōis, uel negatiōis oppoſitarū: hāc qdē uerā, illā aūt falſam eſſe: nō enim quēadmodū in ijs, quæ ſunt ſic, ſe habent & in ijs, quæ nō ſunt qdē, poßibilibus tamē eſſe, uel nō eſſe, uel quēadmodū dictū eſt.*

PRIMI LIBRI PERI HERMEnias Ariſtotelis

FINIS.

Peri Hermenias

ARISTOTELIS

LIBER SECVNDVS.

De enunciationibus infinitis.

CAPVT I.

VONIAN *autem est aliquid de aliquo affirmatio significans: hoc autem uel nomen est, uel innominatum: unum autem oportet esse, & de uno id quod est in affirmatione (nomẽ autem dictum est, & innominatum prius: non homo enim nomen quidem non dico, sed nomen infinitum, unum enim significat aliquo modo, infinitum nomẽ: quemadmodum & non sanatur, non uerbum, sed infinitum uerbum) erit omnis affirmatio, & negatio uel ex nomine, & uerbo, uel ex infinito nomine, & uerbo.* Præter uerbũ autem nulla affirmatio, uel negatio est. Est enim, uel fuit, uel erit, uel fit, uel quæcunque alia huiusmodi uerba, ex ijs sunt, quæ posita sunt: consignificant enim tempus. Quare prima est affirmatio & negatio, est homo, non est homo: deinde est non homo, non est non homo. Rursus est omnis homo, non est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis nõ homo. Et in ijs (quæ extrinsecus) temporibus eadem ratio est. Quando autem, est, tertium adiacens prædicatur:

Conclusio.

Est, secundũ adiacens est, cũ præter ipsum aliud prædicatum nõ est: vt homo est. Tertiũ adiacẽs est, cùm præter ipsum aliud apponitur, vt homo est animal.

catur: dupliciter dicuntur oppositiones. Dico autem, ut est iustus homo. est tertium: dico adiacere nomen, uel uerbum in affirmatione. Quare ob idipsum quatuor erunt illæ, quarum duæ quidem ad affirmationem & negationem se habebunt secundùm consequẽtiam ut priuationes: duæ uerò minimè. Dico autem quoniam est, aut iusto adiacebit, aut iniusto: quare etiam negatio: quatuor igitur erunt. Intelligimus uerò quod dicitur ex ijs, quæ subscripta sunt.

Simplices.

A. antecedẽs A Homo iustus est. C Homo iustus non est.

Priuatoriæ.

C. Cõsequẽs C Homo iniustus non est. A Homo iniustus est.

Infinitæ.

C Homo non iustus non est. A Homo non iustus est.

Vniuersales & particulares affirmationes & negationes.

Simplices.

A Omnis homo est iustus. C Non omnis hõ est iustus.

Infinitæ.

C Non omnis homo est non iustus. A Omnis homo est non iustus. Est iustus homo: huius negatio est, nõ est iustus homo. Est non iustus homo: huius negatio est, non est non iustus homo. Est enim hoc in loco, & nõ est: iusto & non iusto adiacet. Hæc igitur quemadmodum in resolutiuis dictum est, sic sunt disposita. Similiter autem se habebunt etsi uniuersalis nominis fit affirmatio: ut omnis est homo iustus: negatio, non omnis est homo iustus, omnis est homo non iustus: non omnis est homo non iustus. Sed

Regula 1. non similiter angulares ueras esse contingit. Contingit autem aliquãdo: hæ igitur duæ oppositæ sunt. Aliæ autem

duæ

duæ ad non homo, quasi subiectum aliquod additum: ut est iustus non homo, non est iustus non homo, est non iustus non homo, non est non iustus non homo. Plures au*tem his non erunt oppositiones. Hæ autem extra illas, ipsæ secundùm se erunt, ut nomine utentes eo quod est non homo. In quibus uerò est non conuenit, ut in eo quod est sanum esse, & ambulare: in ijs idem facit sic positum, ac si est adderetur: ut est, sanus est omnis homo, non sanus est omnis homo: sanus est omnis non homo, non sanus est omnis non homo.* Non *enim dicendum est, non omnis homo, sed non negationem ad id quod est homo addendum est: omnis enim non uniuersale significat, sed quoniam uniuersaliter. Manifestum est autem ex eo, quod est sanatur homo, non sanatur homo: sanatur non homo, non sanatur non homo. Hæc enim ab illis differunt, eò quòd uniuersaliter non sunt: quare omnis, uel nullus nihil aliud consignificat quàm uniuersaliter de nomine uel affirmationem, uel negationem: ergo & reliqua eadem oportet apponi. Quoniam uerò contraria est negatio ei, quæ est, omne est animal iustum, illa, quæ significat, quoniam nullum est animal iustum, hæ quidem manifestum est quoniam nunquam erunt neque ueræ simul, neque in eodem. His uerò oppositæ, erunt aliquando: ut, non omne animal iustum est, & est aliquod animal iustum. sequuntur uerò & hæ, eam quidem quæ est, omnis est homo non iustus, hæc, nullus homo est iustus: illam uerò quæ est, aliquis est homo iustus, opposita, quoniam non omnis homo est non iustus, necesse est enim aliquem esse. Manifestum est autem etiam quoniam in singularibus si uerum*

Regula 4

Regula 5

Regula 6

est interrogatum negare, quoniam & affirmare uerum est: ut, putas'ne Socrates sapiens est? non. Socrates igitur est non sapiens. In uniuersalibus uerò non est uera, quæ similiter dicitur, uera autem negatio est: ut, putas'ne omnis homo sapiens est? non omnis igitur homo non sapiens est: hoc enim falsum est, sed non igitur omnis homo sapiens est, uerum est. Hæc enim opposita est, illa uerò contraria. Dubium. *Illæ uerò secundùm infinita contra iacentes nomina & uerba (ut in eo quod est non homo, uel non iustus) quasi negationes sine nomine & uerbo esse uidebuntur, sed non sunt. Semper enim uel ueram, uel falsam esse necesse est negationem. qui uerò non homo dixit, nihil magis quàm qui dixit homo, sed etiam minus, uerus uel falsus fuit, si non aliquid addatur.* Regula 7 *Significat autem, est omnis non homo iustus, nulli aliarum idem, nec huc opposita, quæ est, non est omnis non homo iustus: ea uerò quæ est, omnis non iustus non homo est: illi quæ est, nullus est iustus non homo, idem significat. Transposita uerò nomina, & uerba idem significant: ut est albus homo: & est homo albus. Nam si hoc non est, eiusdem multæ erunt negationes: sed ostensum est quoniam una unius est. Eius enim quæ est, est albus homo: negatio est, non est albus homo: eius autem quæ est, est homo albus, si non eadem est ei, quæ est, est albus homo: erit negatio, uel ea quæ est, non est non homo albus: uel ea quæ est, non est homo albus. Sed altera quidem est negatio eius, quæ est, est non homo albus: altera uerò eius quæ est, est albus homo. quare erunt duæ unius. Quoniam igitur transposito nomine & uerbo eadem fit affirmatio, & negatio, manifestum est.*

De

De coniunctis, & diuisis enunciationibus.

CAPVT II.

AT uerò unum de pluribus, uel plura de uno affirmare, uel negare, nisi sit unum aliquid, quod ex pluribus significatur, non est affirmatio, uel negatio una. Dico autem unum: non si unum nomen positum sit, non sit autem unum aliquid ex illis: ut homo est fortasse & animal, & bipes, & mansuetum, sed ex his unum fit: ex albo autem, & homine, & ambulare non est unum. Quare nec si unum aliquid de his affirmet aliquis, erit affirmatio una, sed uox quidem una, affirmationes uerò multæ: nec si de uno ista, sed similiter plures. Si ergo dialectica interrogatio responsionis est petitio, uel propositionis, uel alterius partis contradictionis, propositio uerò contradictionis est unius pars: non erit una responsio ad hæc, neque enim interrogatio una, nec si sit uera. Dictum est autē de his in Topicis. Simul autem manifestū est, quoniā nec hoc ipsum, quid est, dialectica interrogatio est: oportet enim datum esse ex interrogatione eligere, utram uelit contradictionis partem enunciare: sed oportet interrogantem determinare: utrum hoc sit homo, an non hoc. Conclusio 1

Quoniam uerò hæc quidem prædicantur composita, ut unum omne prædicatum fiat, eorum quæ extrà prædicantur: alia uerò non, quæ est differentia? De homine enim uerum est dicere & extrà animal, & extrà bipes: & hæc ut unum, & hominem, & album, & hæc ut unum: sed non si citharœdus est: & bonus, etiam citharœdus bonus. Si enim quoniam utrunq; uerum, esse oportet simul utrunq;: multa inconuenientia erunt. De homine enim & ho= Quæstio 1 Conclusio 2

Σκυτεύς ponitur Græcè, quod cerdonē, & sutorē significat, non citharœdum.

minem uerum est dicere: & album, quare & omne. rursus si album ipsum, & omne. quare erit homo albus, albus. & hoc in infinitum. Et rursus musicus albus ambulans: & hæc eadem frequenter implicita. Amplius: Si Socrates, Socrates est, & homo: & Socrates, Socrates homo: & si homo & bipes, erit homo bipes. Quoniam igitur si quis simpliciter dicat complexiones fieri, multa accidit dicere incouenientia manifestum est. Quemadmodum autem ponendum est, nunc dicimus.

Regula 1

Eorum igitur, quæ prædicātur, & de quibus prædicari accidit, quæcunque secundùm accidens dicuntur uel eodem, uel alterum de altero: hæc non erunt unum: ut homo albus est, & musicus: sed non est unum album, & musicum: accidentia enim sunt utraque eidem. Nec si album, musicum uerum est dicere, tamen non erit album musicum unum aliquid: secundùm accidens enim album musicum: quare non erit album musicum unum aliquid. quocircà nec citharœdus bonum simpliciter, sed animal bipes: non enim secundùm accidens.

Regula 2

Amplius: Nec quæcunque insunt in altero: quare neque album frequenter, neque homo, homo animal est uel bipes: insunt enim in homine animal, & bipes.

Conclusio 3

Verum est autem dicere de aliquo & simpliciter: ut aliquem hominem, hominem, aut aliquem album hominem, hominem album: non autem semper.

Regula 3

Sed quando in adiecto quidem aliquid oppositorū inest, quod consequitur contradictio, non uerum sed falsum est: ut hominem mortuum, hominem dicere. Quando autem non inest, uerum.

Quæstio 2

An etiam quando inest, semper non uerum est: quandò uerò non inest, non semper uerum est? ut Homerus est aliquid, ut poëta: ne ergo est, an non?

secun

secundùm accidens enim prædicatur est, de Homero*(quoniam enim est poëta) sed non secundùm se prædicatur de* Homero*, ipsum est.* Q*uare in quibuscunque prædicationibus neque contrarietas inest, si definitiones pro nominibus dicantur, & secundùm se prædicantur, & non secundùm accidens, & in his aliquid, & simpliciter uerum erit dicere.* Q*uod autem non est, quoniam opinabile est, non est uerum dicere esse aliquid.* O*pinio enim eius est, non quoniam est, sed quoniam non est.* Regula 4

De enunciationibus modorum, poßibilis, contingentis, impoßibilis, & necessarij,

CAPVT III.

H*Is uerò determinatis, perspiciendum est quemadmodum sese habent negationes, & affirmationes ad seinuicem: eæ scilicet quæ sunt de poßibili esse, & nõ poßibili: & de contingenti, & non contingenti, & de impoßibili & neceßario. Habent enim aliquas dubitationes: nam si eorum, quæ complectuntur, illæ sunt sibijnuicẽ oppositæ contradictiones, quæcunq; secundùm esse, & nõ esse disponuntur: ut eius, quæ est esse hominem, negatio est non esse hominem, non ea, quæ est, esse non hominem: & eius, quæ est, esse album hominem: ea quæ est, non esse album hominem, sed non ea que est esse non album hominem: si enim de omni aut affirmatio, aut negatio est, lignum erit uerum dicere eße non album hominem, quod si hoc modo & in quibuscunque esse non additur, idem faciet quod pro, esse, dicitur: ut eius quæ est, homo ambulat, non hæc, ambulat non homo, negatio erit, sed hæc, non ambulat homo: nihil enim differt dicere, hominem ambulare, uel hominem am-*

 bulantem

bulantem esse: quare si hoc modo ubique, & eius quæ est possibile esse, negatio erit, possibile non esse, sed non ea quæ est, non possibile esse. Videtur autem idem posse, & esse, & non esse. omne enim quod est possibile diuidi, uel ambulare, & nõ ambulare, & nõ diuidi possibile est. Ratio autem est, quoniam omne quod sic possibile est, nõ semper in actu est: quare inerit ipsi etiam negatio. Potest igitur & non ambulare, quod est ambulabile: & non uideri, quod est uisibile. At uerò impossibile est de eodem oppositas ueras esse enunciationes: non igitur eius quæ possibile est esse, negatio est hæc, possibile est non esse. Contingit enim ex his, aut idem affirmare, & negare simul de eodem: aut non secundùm esse, uel non esse, quæ apponuntur, fieri affirmationes & negationes. Si ergo illud impossibile est, hoc erit magis eligendum. Est igitur negatio eius, quæ est, possibile esse: ea quæ est, non possibile esse, sed non ea quæ est, possibile non esse. Eadem quoque ratio est, & in eo quod est, contingens esse: etenim negatio eius est, non contingens esse: & in alijs quoque simili modo, ut in necessario, & impossibili. Fiunt enim quemadmodum in illis esse, & non esse appositiones: subiectæ uerò res, hoc quidem album, illud uerò homo, eodem quoque modo hoc in loco esse quidem & non esse ut subiectum fit: posse uerò, & contingere appositiones determinantes (quemadmodum in illis esse, & non esse) ueritatem, & falsitatem. Similiter hæ in eo quod est esse possibile, & esse non possibile: eius uerò quæ est, possibile est non esse, negatio est: non ea quæ est, non possibile est esse, sed ea quæ est, non possibile est non esse: & eius quæ est, possibile est esse: non ea quæ est, possibile est non

non

non esse, sed ea quæ est, non poßibile est esse. Quare & sequi sese inuicem uidebuntur, poßibile est esse, & poßibile est non esse: idem enim poßibile est esse, & non esse. Non enim contradictiones sunt sibijnuicem huiusmodi, poßibile est esse, & poßibile est non esse. sed poßibile est esse, & non poßibile est esse, nunquam simul in eodem ueræ sunt, opponuntur enim, neque ea quæ est poßibile non esse, & non poßibile non esse, nunquam simul in eodem ueræ sunt. Similiter autem & eius quæ est, necessarium est esse: negatio non est ea, quæ est, necessarium non esse, sed ea quæ est, non necessarium est esse. eius uerò quæ est, necessarium est non esse: ea quæ est, non necessarium non esse, & eius quæ est, impoßibile esse: non est ea quæ est, impoßibile non esse, sed hæc, non impoßibile esse. eius uerò quæ est, impoßibile non esse: ea quæ est, non impoßibile non esse. Vniuersaliter uerò (quemadmodum dictum est) esse quidem, & non esse oportet ponere queadmodum subiecta: negationem uerò, & affirmationem hæc facientem, adesse, & non esse apponere. & has oportet putare esse appositas dictiones, poßibile, & non poßibile: contingens, non contingens: impoßibile, non impoßibile: necessarium, et non necessarium: uerum, non uerum. Consequentiæ uerò secundùm rationem fiunt cùm ita ponuntur: illam enim quæ est, poßibile esse, sequitur ea quæ est, contingit esse, & hæc illi conuertitur: & non impoßibile esse, & non necessarium esse: illa uerò quæ est, poßibile non esse, & contingens non esse, ea quæ est, non necesse non esse, & non impoßibile nõ esse: illã autem quæ est, nõ poßibile esse, & nõ con-

tingens esse, ea quæ est, impoßibile esse, & necesse non esse: illam uerò quæ est, non poßibile non esse, & non contingens non esse, ea quæ est, impoßibile est non esse, & necessarium est esse. Consideretur autem ex subscriptione quemadmodum dicimus.

Prima descriptio consequentium.

I	III
Poßibile esse Contingens esse, Non impoßibile esse Non necessarium esse	Non poßibile esse Non contingens non esse, Impoßibile esse Necessarium non esse.
Poßibile non esse Contingens non esse Non impoßibile non esse Non necessarium non esse	Non poßibile non esse Non contingens non esse, Impoßibile non esse Necessarium esse
II	IIII

Conclusio 3 Hæ igitur impoßibile, & non impoßibile, eam quæ est, contingens, & poßibile, & non contingens, & non poßibile sequuntur quidem contradictoriè: sed conuersim. Eam enim quæ est, poßibile esse: negatio impoßibilis sequitur, negationem uerò affirmatio: nam illam, non poßibile esse, ea quæ est, impoßibile esse: affirmatio enim est, impoßibile esse: non impoßibile uerò negatio. Conclusio 4 Necessarium uerò quemadmodum se habet considerandum est. Manifestum est enim quoniam non eodem modo, sed contrariè sequuntur: contradictoriæ autem sunt extrà: non enim est negatio eius quæ est, necesse non esse, ea quæ est, non necesse est esse: contingit enim ueras esse utrasque in eodem,

eodem. Quod enim est necessarium non esse, non est necessarium esse. Caussa autem huius est, cur non sequitur similiter cæteris: quoniam contrariæ, impoßibile esse, necessariò redditur idem ualens: nam quod impoßibile est esse, necesse est hoc, non quidem esse, sed potius non esse. Quod uerò impoßibile est non esse, hoc necessarium est esse: quare si illa similiter sequuntur poßibile, & non poßibile: hæc econtrariò, quoniam non significant idem, necessarium & impoßibile, sed (quemadmodum dictum est) conuersim. At certè impoßibile est sic poni contradictiones necessarij. Conclusio 5 *Nam quod est necessarium esse, poßibile est esse: nam si non, negatio consequetur: necesse enim est aut affirmare, aut negare: quare si non est poßibile esse, impoßibile est esse: igitur impoßibile est esse, quod necesse est esse, quod est inconueniens. At uerò illam quæ est, poßibile esse: non impoßibile esse, sequitur.*

Hanc uerò ea, quæ est, non necessarium esse: quare contingit quod est necessarium esse, non necessarium esse: quod est conueniens. At uerò neque necessarium esse, sequitur eam quæ est, impoßibile esse: neque ea quæ est, necessarium non esse. Conclusio 6 *Illi enim utraque contingit accidere: harum autem utralibet uera fuerit, non erunt illa uera, simul enim poßibile est esse, & non esse. Si uerò necesse est esse, uel non esse, non erit utrunque poßibile: relinquitur ergo non necessarium non esse, sequi eam quæ est, poßibile esse. Hæc enim uera est, & de necesse esse. hæc enim fit contradictio eius quæ sequitur illam, quæ est non poßibile esse: illam enim sequitur ea quæ est impoßibile esse, & necesse est non esse: cuius negatio est, non est necesse non esse.* Conclusio 7 *Sequuntur igitur & hæ contradictiones secun-* Corollariũ.

 dùm

dùm prædictum modum, & nihil impoßibile contingit sic positis.

Secunda descriptio.

I	III
Poßibile esse	*Non poßibile esse*
Contingens esse,	*Non contingens esse,*
Non impoßibile esse	*Impoßibile esse*
Non necessarium non esse	*Necessarium non esse.*
Poßibile non esse	*Non poßibile non esse*
Contingens non esse	*Non contingens non esse,*
Non impoßibile non esse	*Impoßibile non esse*
Non necessarium non esse	*Necessarium esse*
II	IIII

Dubitabit autem aliquis, si illam quæ est, necessarium esse, ea quæ est, poßibile esse, sequitur. Nam si non sequitur, contradictio sequetur, quæ est non poßibile esse. Et si quis hanc non esse dicat contradictionem: necesse est dicere poßibile non esse: sed utræque falsæ sunt de necesse esse. At uerò rursus idem uidetur esse poßibile incidi, & non incidi: & esse, & nõ eße: quare erit necesse esse, contingens non esse, hoc autem falsum est. Manifestum est autem quoniam non omne poßibile uel esse, uel ambulare, etiam opposita posse: sed est in quibus non sit uerum, & primum quidem in ijs, quæ non secundùm rationem possunt: ut ignis calefactiuus est: & habet uim irrationalem. quæ igitur secundùm rationem potestates sunt, eædem plurium etiam contrariorũ sunt: irrationales uerò non omnes:

sed

ſed (quemadmodum dictum eſt) ignem non eſt poßibile
calefacere,&,non:neq; quæcunq; alia ſemper agunt : alia
uerò poſſunt & ſecundùm irrationales poteſtates ſimul
oppoſita ſuſcipere. Sed hoc huius gratia dictum eſt, quo-
niam non omnis poteſtas oppoſitorum ſuſceptiua eſt,neq;
quæcunque ſecundùm eandem ſpeciem dicuntur. Quæ- Concluſio 8
dam uerò poteſtates æquiuocæ ſunt: poßibile enim nõ ſim-
pliciter dicitur,ſed hoc quidem quoniam uerum eſt,quod
in actu eſt : ut poßibile eſt ambulare, quoniam ambulat
iam : & omnino poßibile eſt eſſe : quoniam iam eſt in actu
quod dicitur eſſe poßibile. Illud uerò quoniam erit actu,
ut poßibile eſt ambulare,quoniam ambulauit.& hæc qui-
dem in ſolis mobilibus eſt poteſtas,illa uerò & in immobi-
libus : utrumq; uerò uerum eſt dicere poßibile ambulare,
uel eſſe:& quod ambulat,& agit,& ambulabile eſt. Sic Concluſio 9
igitur poßibile non eſt uerum de neceſſario ſimpliciter di-
cere : alterum autem uerum eſt. quare, quoniam partem
uniuerſale ſequitur,illud quod ex neceßitate, conſequetur
poſſe eſſe,ſed non omne. Et eſt quidem fortaſſe Concluſio 10
principium quod neceſſarium eſt,& quod
non neceßarium eſt omnium uel
eſſe, uel non eſſe : & alia
quemadmodum ho-
rum conſe-
quentia conſiderare
oportet.

Tertia

Tertia deſcriptio.

I	III
Neceſſarium eſſe	*Non neceſſarium eſſe*
Non poßibile non eſſe	*Poßibile non eſſe*
Non contingens non eſſe	*Contingens non eſſe*
Impoßibile non eſſe	*Non impoßibile non eſſe.*
Neceſſarium non eſſe	*Non neceſſarium non eſſe*
Non poßibile eſſe	*Poßibile eſſe.*
Non contingens eſſe	*Contingens eſſe*
Impoßibile eſſe	*Non impoßibile eſſe.*
II	IIII

Manifeſtum eſt autem ex his quæ dicta ſunt, quoniam quod ex neceßitate eſt, ſecundùm actum eſt: quare ſi priora ſunt ſempiterna, et quæ actu ſunt, poteſtate priora ſunt. & hæc quidem ſine poteſtate actu ſunt, ut primæ ſubſtantiæ: alia uerò cum poteſtate, quæ natura priora ſunt, tempore poſteriora. alia uerò nunquàm actus ſunt, ſed poteſtates ſolùm.

Quæ magis aptæ enunciationes contrariæ dicantur.

CAPVT IIII.

Quæſtio. Politianus cũ alijs multis hoc caput non eſſe Ariſt. putauit, quòd litera nimiùm implexa ſit, difficilisq; intellectu.

VTrum autem contraria eſt affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, & oratio orationi, quæ dicit quoniam omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, nullus homo iuſtus eſt: aut omnis homo iuſtus eſt, ei quæ eſt, omnis homo iniuſtus eſt: ut eſt, Callias iuſtus: non eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt: quæ harum contraria eſt?

est? ¶ Nam si ea, quæ sunt in uoce, sequuntur ea, quæ sunt in anima: illic autem contraria est opinio. contrarij (ut quoniam omnis homo iustus est, ei quæ est, omnis homo iniustus est) etiam in ijs quæ sunt in uoce affirmationibus necesse est similiter sese habere: quòd si neque illic contrarij opinio contraria est, nec affirmatio affirmationi erit contraria, sed ea quæ dicta est negatio. Quare considerandum est, quæ opinio falsa opinioni ueræ contraria est: utrum negationis: an certè ea, quæ contrarium opinatur. Dico autem hoc modo: est quædam opinio uera boni, quoniam bonum est: alia autem, quoniam non bonum est, falsa: alia uerò quoniam malum, similiter falsa: quæ harum contraria ueræ? & si est una, secundùm quam contraria. Nam arbitrari contrarias opiniones definiri, eò quòd contrariorum sunt, falsum est. Boni enim quoniam bonum est, & mali quoniam malum est, eadem fortasse opinio est etiam uera, siue plures, siue una sit. sunt autem ista contraria: sed non eò quod contrariorum sint, contraria sunt, sed magis quòd contrariè. Si ergo est boni quidem, quoniam est bonum, opinio, alia autem quoniam non bonum est: est uerò quoniam aliquid aliud est quod non est, neque esse potest. aliarum quidem nulla ponenda est: neque quæcunque esse quod non est opinantur, neque quæcunque non esse quod est: infinitæ enim utræque sunt, & quæ non esse opinantur quod non est, & quæ non esse quod est. Sed in quibus fallacia est, hæ autem sunt ex ijs, ex quibus sunt generationes: ex oppositis uerò generationes, quare etiam fallaciæ. Si ergo quod bonum est, & bonum, & non malum est, & hoc quidem secundùm se, illud uerò secudùm accidens (accidit

Conclusio 1

Conclusio. 2

Ista contraria Opiniones contrariæ.

Conclusio. 3

Sed magis quod contrariè: cõtrariè aduerbium.

(accidit enim ei non malum esse) magis autem in unoquoque uera est, quæ secundùm se est, etiam falsa, si quidem & uera: ergo ea quæ est, quoniam nō est, bonum quod bonum est, eius quæ secundùm se est, falsa est. Illa uerò quæ est quoniam malum est, eius quæ secundùm accidens. quare magis erit falsa de bono, ea quæ est negationis opinio, quàm ea quæ est contrarij. Falsus autem est maximè, qui circa singula habet contrariam opinionem, contraria enim est eorum, quæ plurimum circa idem differunt. Si igitur harum contraria est altera, magis uerò negationis est contraria: manifestum est quoniam hæc erit contraria. Illa uerò quæ est, quoniam malum est quod bonum est: implicita est. Etenim quoniam non bonum est, necesse est fortè ipsum eundem opinari. Amplius. Si etiam in alijs similiter oportet se habere, & hoc modo uidebitur bene esse dictum. Aut enim ubique ea quæ est contradictionis, aut nusquàm: quibus uerò non sunt contraria, de illis quidem falsa, ea quæ est, est ueræ opposita. ut qui hominem non putat esse hominem, falsus est. Si igitur hæ contrariæ sunt, etiam & aliæ, quæ sunt contradictionis. Amplius. Similiter se habet opinio boni, quoniam bonum est: & non boni, quoniam non bonum est: & præter has, boni quoniam non bonum est: & non boni, quoniam bonum est. Illi ergo quæ non boni quoniam non bonum, ueræ opinioni: quæ est contraria? Non enim *ea, qua dicit quoniam malum est: simul enim aliquando erit uera: nunquam autem uera ueræ contraria est. est enim quoddam non bonum malū, quare contingit simul esse ueras. At uerò nec illa quæ est, quoniā non malum. uera enim & hæc, simul enim & hæc erūt.* Relinquitur *igitur ei quæ est, non boni, quoniam non bonum est,*

contraria ea quæ est, non boni quoniam bonum est, falsa enim hæc, quare & ea quæ est boni, quoniam non bonum est: ei quæ est boni, quoniam bonum est. Manifestum ergo est quoniam nihil interest: nec si uniuersaliter ponamus affirmationem: uniuersalis enim negatio contraria erit: ut opinioni quæ opinatur, quoniam omne quod est bonum, bonum est: ea quæ est quoniam nihil eorũ quæ bona sunt, bonum est: nam ea quæ est boni, quoniam bonum, si uniuersaliter sit bonum, eadem est ei quæ opinatur, quoniam quicquid bonum est, quod bonum est. hoc autem nihil differt ab eo quod est: quoniam omne quod est bonum, bonum est. similiter autem & in non bono. Quare si in opinione sic se habet, & sunt hæ quæ sunt in uoce affirmationes, & negationes, notæ earum quæ sunt in anima: manifestum est quoniam affirmationi contraria quidem negatio est, quæ de eodem uniuersaliter: ut ei quæ est quoniam omne bonũ, bonum est: uel quoniã omnis homo bonus: ea quæ est quoniam nullum, uel nullus. Contradictoriæ autem quæ est quoniam non omne, aut nõ omnis.

Manifestum est autem, quoniam & ueram ueræ non contingit esse contrariam: neq; opinionem, neq; cõtradictionem. cõtrariæ enim circa idem opposita sunt. Circa eadẽ autẽ cõtingit uerum dicere eundem: simul autem non contingit eidem ineße contraria.

Secundi libri Peri Hermenias Aristotelis
FINIS.

Priorum

ANALYTICORVM

Aristotelis Philosophi celeberrimi Peripateticorum principis

LIBRI DVO,

Boëthio Seuerino interprete.

Adnotatiunculæ marginales congruis adiectæ locis, nuperrimeq; multa fuere suo nitori restituta.

LVGDVNI,

Apud Theobaldum Paganum.

M. D. XLVI.

IN ANALYTICA PRIORA ANGELI POLITIANI

ARGVMENTVM.

ER priores iam Resolutorios decurramus. Praecepta igitur de demonstratione daturus Aristoteles, ipsam prioribus libris ratiocinationem, quoniã cõmunior, edocet: propositionẽ faciens, quae aliquid aut confirmet, aut neget de aliquo, Sed uel uniuersalem esse ait, uel particularem, uel indefinitam, tum aliud demõstratiuã propositionem, atq; aliud dialecticam, quoniã sumat illa propositionẽ cõtradictionis alteram. Haec ipsius cõtradictiõis interrogationẽ, si quaeras illius optionem quòd uerisimile uideatur: si respondeas. terminũ quo propositio resoluatur sed eũ uel subijci, uel praedicari, uel affirmari, uel negari. In qua oratione quępiã statuãtur, undè aliud necessariò efficiatur, propterea quòd illa sint, eã ꝓprie ratiocinationem dici, quae si necessaria ꝓtinus appareat, esse perfectã: sin ad id uno aut pluribus indigeat, quae necessaria quidẽ terminis fiãt, licet ex propositionibus nõ sumantur, imperfectã. Quòd si nihil accipere de subiecto possis, de quo nõ alterũ dicatur, esse illud in altero toto, dici; alterũ de omni. Sed & de nullo eadẽ ratio est. Retro agi propositiones, incolumi sensu, siue absolutae, siue necessariae sint, quoties uel uniuersales negẽt, uel particulares affirment. ad affirmantis uerò uniuersales recurrere eiusdem tantùm ordinis particulares. Namque particulares negent, minimè esse retrogradas, nisi cum propriae cõtingunt: ubi particulatim magis, quàm in uniuersum remeant. Perfecta ratiocinatio in prima duntaxat è figuris tribus deprahenditur, quoties in toto medio sit ultimus terminus, in primo uel toto uel nullo sit medius, sed in

medio ultimus, affirmans ubique: nec in uniuerſum modò, ſed & per partes. Ita modi quatuor emergunt, omnibus problematis idonei. Mediũ uero illud appello, quod ipſum in altero cum ſit, in ipſo alterũ medio quoque loco recipitur. Extrema, cum quod ipſum eſt in altero, tum illud in quo eſt alterũ. In figura ſecunda mediũ illud eſt, quod de utroq; dicitur: extrema, de quibus mediũ. ſed maius, quod propiũs: ipſum minus, quod longius. nec in medio mediũ, ſed in capite, nec perfecta ibi ratiocinatio. Siue autẽ bis uniuerſale, ſiue ſemel ſit, hoc eſt in maiore tantũ propoſitiõe; negare alterã cõuenit. Vnde modi exiſtũt quatuor, reiectis cæteris. quorũ duo priores ad primæ ſecũdum. tertius ad tertiũ retroacta propoſitione altera, ſed nõ utralibet reuocãtur. quartus impoßibili perficitur, nec unquã quod colligitur aſſeuerat. At quoties eidẽ uel utrunq; omne, uel maius nullum minus omne, uel maius aliquod minus omne, uel item contrà, uel maius non omne minus omne, uel maius nullũ minus aliquod, figura hæc poſtrema: modiq; ſex imperfecti; particulatim colligentes: primus, tertius, quartus, ad primæ tertiũ: ſecũdus ac ſextus ad eiuſdẽ quartum, propoſitione altera ceßim redeunte perducendi; nã quintus impoßibili ſe perficit. Hic mediũ poſtremo quaſi gradu ſubſiſtit, ac de illo tàm maius, quod longius abeſt, quàm etiam minus extremum prædicatur, quod adhæreſcit. Reliqua omnia coniugata reijcito, niſi ſi maior ait, minor negat, ſed utraq; in uniuerſum. Nam ſi ambæ in figura prima retro eunt, in ſecũda minor, in tertia maior, ritè quidẽ, ſed nõ quod uoles ratiocinabere. Abſolutis neceſſaria cõgruũt: licet hîc expoſitione perficiatur, quæ illic impoßibili. Quod ſi neceſſaria miſceas abſolutis, neceſſariũ colliges, quoties maior neceſſaria fuerit. At in ſecunda, quoties uniuerſalis neceſſariò deneget: in tertia uerò: quoties in affirmãtibus utriſque uniuerſalibus, utrauis neceſſaria proponatur: aut ſi altera neget, ipſa quæ neget: aut ſi particularis altera ſit, ipſa quæ particularis non ſit. Sed & contingens hoc loco excutitur, quod neceſſariũ non ſit, at ſi eſſe tamen concedatur, nihil impoßibile conſequatur. Quare omnes propoſitiones recurrere, quæ

figuram habeant in contrapositis affirmantem. Sed contingens modo in his uersari, quæ sæpius usu ueniant necessitate repulsa, modo in ijs, quæ susquedeque se habeant. Conuerti oppositas utrobique propositiones: sed illic quòd suapte natura sit, ad illud quo necessariò nõ sit. Hic autẽ, quod susquedeque uocamus, à quo demõstratio excluditur. utrisq; igitur cõtingẽtibus, sẽp in figura prima cõtingenter colliges, ubi iugationes quas diximus obtinueris. sed & cùm negẽt utraq;, cùm neget & minor tantùm (quod licet) ad affirmandũ cõpellas, cõtingenter efficier quod uoles. Ita si cõtingẽtibus absoluta pmisceas, maiorq; cõtingẽs, minor absoluta sit, & cõtingẽter colligas, & perfectè. nã minor cõtingens nõ imperfectè modo, sed impropriè cõtingens efficiet. Hic illud tractatur. si necesse est hoc esse, cùm illud est: & cùm possibile hoc est, necessario & illud fore possibile, quod ab hoc emanat: posito falso, quod impossibile nõ sit, etiam quod indè fit nõ esse impossibile, sed falsum. Quòd si maius interuallũ contingat, & uniuersale sit, minus absolutũ ponas: & particulare colliges quidẽ, modo particulare affirmet: sin autẽ particulari contingat, imperfectè cõcludes. at si neget, cõuersione: sin uerò affirmet, impossibili pficitur. Necessariũ uerò cõtingenti pèrindè se misceas, ut absolutũ, tantùm illud uariat. quod ubi propositio negatur absoluta, cõtingẽs euenit cõclusio. necessaria uerò quæ negat, & cõtingens colligit, & quod nõ absolutè sit. Porrò in secũda nihil euenit ex cõtingẽtibus. quo loco illud acerrimè tuetur Aristoteles, uniuersalẽ cõtingentẽ, quæ neget, nusquã recurrere. At si neget cõtingens, affirmet absoluta, nimirùm colligit, quẽadmodũ & si neget utraq; sed trãsmutanda contingens. Lex eadẽ & necessariò, fitq; conclusio semper latè accepti contingentis, quoties uniuersalis necessariò perneget. In tertia cõtingentes duæ colligunt, si terminos ritè adiugent. Nã uel sibi ipsæ cõstant, uel conuertendo restituũtur. uerũ si altera absoluta sit, altera cõtingat, nimirũ cõtinget & quod efficitur. Quòd si necessaria & cõtingens cõmittantur, ubi termini asserũt, cõtingit quod efficitur, At si tantùm necessaria ꝑpositio affirmet, cõ-

tinget

tinget ut nō sit: sin uerò neget, non modò ut nō sit cōtinget, sed & prorsus nō erit. Et quoniā ex impoßibili argumētatio pars cōditionalis est, iure illud ostēditur, ad has omnino formas & eam redigi, quoniam robur ipsius ratiocinādo tutamur. Deniq; illud quoq; facilius expugnari: quæ rarius colligūtur, ægrius defendi: sed & expugnare se inuicē, quæ particularia, quæq; uniuersalia sunt: defendi ab uniuersalibus tantūmodò particularia, prorsusquē esse facilius oppugnare, quàm tueri. Agamus & de propositionū copia. De nullo singularia dicūtur, nisi ex accidenti. De summis generibus opinione reiecta nihil dicitur. Cōstet oportet quid sit de quo agitur, quæ finitio, quod eius ꝓpriū, quid sequatur, quid ue præcedat, quid indè abhorreat, quæ ut quid sint, quæ propria, quæ accidentia, quæ opinione, quæ uero. sumendū quod rem, nō quod hanc rem sequatur: sed adijciēda particularis nota, ne fallat indefinitū. Totū sumendū, quod præit, nō quod sequitur. sumptis quibus cōpræhēditur subiectū, superuacuo sumpseris quæ in uniuersum sequantur. sume autē quæ speciem propriè consequātur, quæque sint ut plurimùm, nec autē quæ succedunt omnibus. Sume quæ cōmuniora, sed & mediū inspice, siue demōstras, siue colligis impoßibili, uenari potes ex diagrāmate sex illos quasi limites, quibus aut affirmes, aut neges. Nonnihil sibi & diuisio colligit. ea est imbecilla ratiocinatio. Sed noscenda omniū disciplinarū principia, ut ubiquaq; ratiocineris. Vt autē resoluas, propositiōes captandæ, uidendūq; utra in toto, utra in parte. sarciendū quod desit, reijciendum quod inane sit. Nec esse statim ratiocinationē credendū, quod necessariū sit. Propositiones ad terminos redigendæ. nā figuras inde singulas odorabere. Discernēda terminorū similitudo, notæ addēdæ, ne discrimē exiguum fallat. Cauendū à terminis perperā expositis, spectādus & habitus & quod ex habitu. Nō semper terminis imponenda nomina. Termini sic statuēdi, ut primi nominū situs, propositiones casibus uariendæ. Quod duplicatur, iuxta maiorē ponendum uariādi termini. Cùm quid in plenū colligis, & aliquatenus: nomē pro nomine, sermonē pro sermone, alterū capiendū pro al-

tero, dũmodò idẽ ualeãt. Cæterũ pro sermone in terminis nomina capiẽdá. Discrimen articuli, notæque uniuersalis peruidendum: nec extimiscendũ continuò, si quid ex terminis efficiatur. sic nos illis utimur, ut Geometra literis, ut sensibus discipulus. Resoluendũ quidq; ad ratiocinationẽ suã, nõ ad aliã pariter cõcludentem. Finitionis partes in terminis, non integra finitio sumenda. Ad hypotheticas quòd resoluamus nõ est, ex alijs figuris redigere, ad alias licuerit. Nõ est hoc, & est nõ hoc, diuersum significant. quare illud uidendũ, ne in contradictionibus offendas. In secũdo Priorũ libro quædã quasi adulterina tractãtur, quæ ueritatem plerũq; ementiũtur, quocirca dicẽda breuibus. Plura semel colligi, ut particularia uniuersalibus. ex ueris falsa nã contrá uideri quàm esse potius: præsertim si nõ prorsus falsa maior. Id in figuris oĩbus. Recurrere demõstrationẽ recurrentibus terminis, uersa in ꝓpositionẽ cõclusione: sed recurrente cõclusione manere alterã ꝓpositionẽ, cùm tollatur altera. Posita cõclusiõis cõtradictione, atq; altera adsumpta ꝓpositione, tolli alterã impoßibili, quod eisdẽ peragi terminis quibus & iusta demõstratio. Ex cõtradicẽtibus quoq; ratiocinationem cludi. Iam illa, quid principij petitio, quid non, ex hoc sequẽs, quod falsæ rationis discerniculum, quo pacto nec ratiocinando capiamur, nec refellamur, nec falsò cõuictos credamus, recursusq; illi etiã alterni extremorum ac medij, tum inductio, exemplum, auocatio, obiectio, signum, uerisimile, cõmentum, signorũq; in physiognomico problemate exercitatio, reliquum sibi huius uoluminis ascisćunt.

SYLLOGISMORVM DIVERSITAS AC numerus, ex Nicephoro.

VONIAM syllogismus omnis ex duabus saltem propositionibus conflatur, maioreque & minore, maiore toties posita quoties propositionum annumeratio, toties autem ipsi minore annexa: ita quingentis septuaginta sex maioribus propositionibus cũ minoribus multiplicatis, euenit totos syllogisticos & à syllogisticos modos congregari in myriadas triginta tres, & mille septingentos septuaginta sex. Ex modorum autem mixtura duodecies rursus totidem colliguntur. Vel enim maiore propositione necessaria posita, minore uerò uel contingente uel impossibili: uel maiore existente, minore uerò necessaria, uel contingente uel impossibili: uel maiore cõtingente, minore necessaria, uel existente uel impossibili: uel maiore impossibili, minore autẽ necessaria uel existente, uel contingente: duodecies multiplicantur omnes prædicti, ut simul omnes immixti & mixti in myriadas tricenas nonaginta octo & mille tricenos duodecim perueniant absoluendi. Nam si trinam dicimus esse materiam necessariam, contingentẽ, et impossibilem: contingentẽ certè Arist. in duo diuisit, in euenientem & futuram: & euenientem quidem existentem nominat, futuram uerò propriè contingentem. Ex harũ autem quattuor mixtura per cõiugationes, syllogismos in mixtionibus exponit. Cùm itaq; trinæ sint figuræ, et in unaquaque figura tot sint texti syllogismi, triplicati enumeratorum omnes fiunt, ut omnino sin numero quidem myriades mille centũ nonaginta quatuor, ac tria milia nongenti triginta sex, syllogistici pariterq; à syllogisti. In prima quidem figura myriades sexagintasex, & ter mille quingentaduo syllogismi: In secun-

da ſimiliter totidem: In tertia myriades centum denæ ac quinæ nongenti ac uiginti:ac ſimul omnes Syllogiſtici myriades ducentæ quadraginta tres,& ter mille uiginti quatuor. Reliqui autem â ſyllogiſti myriades octingintæ quinqnaginta una nõgenti duodecim:ut ſit ad a ſyllogiſtos ratio ſyllogiſticorũ modorum in prima ac ſecunda figura ſub quinta multiplicatione, in tertia autẽ ſub duplicatione terquinquiẽs.& cætera. Plura uide apud Nicephorum.

Annotationes.

Nota quòd græca hæc dictio ὅτι quæ latinæ & quòd & quoniam referre poteſt in ueteri translatione fere ſemper nulla intelligentiæ ipſius literæ habita ratione;in quoniam translata fuit. Nos uerò diligentius græcæ literæ intellectum animaduertẽtes, ut res ipſa poſtulabat,& in ꝙ & in quoniã ipſam trãſtulimus. Aduertas etiã quòd dictio hæc græca καθόλου in ueteri trãſlatione ferê ſemper in hanc latinã uniuerſale,translata fuit,cùm tamen & uniuerſale & uniuerſaliter poßit ſignificare uniuerſale quidem cum rei naturam,ut ſi hominem dicimus uniuerſalem naturam ſignificamus, uniuuerſaliter uerò cùm id quòd latini ſignum diſtribuẽns appellarunt ,ut ſi omne aut nullum dicimus uniuerſaliter propoſitionem proferimus , quam rem in libro Perihermen .in 2. Secti initio docuit Ariſtoteles. Nos itaquẽ Ariſtotelis doctrinam inſequentes & in uniuerſale & in uniuerſaliter ut conueniens fuit ipſam tranſtulimus.

Errabat pariter uetus translatio dictiones has ἐν μέρει τ κατὰ μέρος in hanc particularẽ uertens, cùm tamen non particularem,ſed in parte uel ſecundùm partẽ uel particulariter importent ſignificantia diſtribuentia propoſitionem,nõ autem naturam aliquam denotantia.

DE PROPOSITIONE, Termino, & Syllogiſmo.

CAPVT I.

RIMVM *dicendum circa quid, & de quo eſt intentio, quoniā circa demōſtrationē, & de diſciplina demōſtratiua eſt. Deinde determinandū quid Propoſitio, et quid Terminus, quid Syllogiſmus, quis perfectus, et quis imperfectus. Poſteà uerò quid eſt in toto eſſe, uel nō eſſe hoc in illo: & quid dicimus de omni, aut de nullo prædicari. Propoſitio ergo eſt oratio affirmatiua, uel negatiua alicuius de aliquo. Hæc autē aut uniuerſalis, aut particularis, aut indefinita. Dico aūt uniuerſalē quidē, cùm aliqd omni, aut nulli ineſſe: Particularē uerò, cùm alicui,* aut nō alicui, aut nō omni ineſſe: Indefinitā autē, cùm quid ineſſe, uel non ineſſe ſignificat, ſine uniuerſali, uel particulari: ut cōtrariorū eandē eſſe diſciplinā: aut uoluptatē nō eſſe bonū. Differt autē demōſtratiua ꝓpoſitio à dialectica: quoniā demōſtratiua quidē ſumptio alterius partis cōtradictiōis eſt. Nō enim interrogat, ſed ſumit, qui demōſtrat. Dialectica uerò interrogatio cōtradictionis eſt. Nihil autē refert ut fiat ex utraq; ſyllogiſmus: nam & qui demonſtrat, & qui interrogat, ſyllogizat: ſumens aliquid de aliquo eſſe, uel non eſſe. Quare erit ſyllogiſtica quidem propoſitio: ſimpliciter affirmatio uel negatio alicuius de aliquo ſecūdum dictū modū. Demōſtratiua uerò ſi uera ſit, & per primas propoſitiones ſumpta. Dialectica autē percōtanti, quidē interrogatio cōtradictionis eſt, ſyllogiſanti*

* ἢ μὴ τινὶ, inquit Ariſto. aut non alicui, ſic & plerunq; alias: vbi negādi nota particularitatis notæ præpoſita, relinquit particularē. Nam non aliqs apud Ariſtot. nō efficit tantundem ac nullus, ſed vt aliquis non.

uerò, sumptio apparẽtis, & probabilis, quemadmodum in Topicis dictũ est. Quid est ergo ꝓpositio, & quid differt syllogistica à demõstratiua & dialectica, diligentius quidẽ in sequẽtibus dicetur. Ad præsentẽ uerò utilitatẽ, sufficienter nobis determinata sint, quæ nũc dicta sunt. Terminum autẽ uoco, in quem resoluitur ꝓpositio: ut prædicatũ, & de quo prædicatur, uel apposito, uel separato esse, uel non esse. Syllogismus est oratio, in qua quibusdã positis, aliud quiddã ab his, quæ posita sunt, ex necessitate accidit, eò quòd hæc sunt. Dico aũt eò quòd hæc sunt: ꝓpter hæc accidere. Propter hæc uerò accidere, est nullius extrinsecus termini indigere, ut fiat necessariũ. Perfectũ uerò uoco syllogismum, qui nullius alius indiget, præter ea quæ sumpta sunt, ut appareat necessariũ. Imperfectũ uerò, qui indiget aut unius, aut pluriũ, quæ sunt quidem necessaria per subiectos terminos: nõ autẽ sumpta sunt ꝑ ꝓpositiões. In toto aũt esse alterũ in altero: & de omni prædicari alterũ de altero idẽ est. Dicimus autẽ de omni prædicari: quãdo nihil est sumere subiecti, de quo nõ dicatur alterũ: et de nullo similiter.

Syllogism' ex Græco est, nostri ratiocinationem appellant, collectionem tamẽ pluriũ ad ratiocinandum designare uidetur. συλλογὴ, enim collectio congregatioq; dicitur.

De cõuersione absolutarũ propositionũ.

CAPVT II.

Qvoniam autẽ omnis propositio est, aut de inesse, aut ex necessitate inesse, aut cõtingere inesse. Harum autẽ, hæ quidẽ affirmatiuæ: illæ autẽ negatiuæ secundùm unãquãq; appellationẽ. Rursus autẽ affirmatiuarũ, & negatiuarũ, aliæ sunt uniuersales, aliæ particulares, aliæ indefinitæ. Vniuersalẽ quidẽ priuatiuã de eo quod est inesse, necesse est in terminis conuerti. Vt si nulla uoluptas est bonũ, * neq; bonũ nullũ, erit uoluptas. prædicatiuã autẽ cõuerti quidẽ necessariũ est: nõ tamẽ uniuersaliter, sed in parte:

Neque bonũ nullum, superflua est negã.

Vniuersalis. Hec proprius terminis affirmativa in parte. part ... propriis terminis. sed negativa nullo modo. nec in necessariis ...

in parte: ut, si omnis uoluptas est bonum: & bonū aliquod uoluptas. Particularē autē affirmatiuā quidē cōuerti necesse est particulariter. Nā si uoluptas aliqua bonū: & bonum aliquod erit uoluptas. Priuatiuā uerò nō est necessarium. Nō enim si homo nō inest alicui animali, et animal nō inest alicui homini. Primū ergo sit priuatiua uniuersalis, a b, ꝑpositio: si ergo nulli b inest a: neq; a, nulli inerit b. nā si alicui inest ut c: nō uerū erit nullū b esse a. nā c eorū quæ sunt b aliquod est. Si uerò omni b inest a: & b alicui a inest: nā si nulli, neq; a, nulli b inerit, sed positū erat, omni inesse. Similiter aūt & si particularis est ꝑpositio: nā si inest a alicui b: & b alicui eorū quæ sunt a necesse est inesse: si enim nulli: nec a, nulli inerit b. Si autē a, alicui eorum quæ sunt b, nō inest: nō necesse est et b, alicui a non inesse: ut si b quidem sit animal, a uerò homo: homo enim nō omni animali, animal uerò omni homini inest.

tio, neque negantq; due negationes frequenter apud Grecos.

De conuersione propositionū de modo. CAPVT III.

Eodē aūt modo se habebit in necessarijs ꝑpositiōibus: nā uniuersalis qdē priuatiua uniuersaliter cōuertitur. Affirmatiuarū aūt utraq;, particulariter. Nā si necesse est a, nulli b inesse, necesse est & b nulli a inesse: si enim alicui cōtingit: & a, alicui b cōtinget. Si autē ex necessitate a, omni uel alicui b, inest: et b, alicui a necesse est inesse. nā si nō ex necessitate inest, neq; a, alicui b ex necessitate inerit.

Particularis uerò priuatiua nō cōuertitur, ꝑpter eadē causam, ꝑpter quā et suprà diximus. In cōtingētibus uerò quoniā multipliciter dicitur cōtingere, nā & necessariū, et nō necessariū, & possibile cōtingere dicimus. In affirmatiuis qdē, similiter se habebit secūdum cōuersionē in omnibus.

Modi contingentis tres, necessarium, non necessariū, possibile.

necessarius prout quemadmodum inexistentes.

Multipliciter dicitur contingere

bus. Nā si a, omni, aut alicui b cōtingit: & b, alicui a cōtingit: si enim nulli, nec a ulli b, ostensum est enim hoc prius.

In negatiuis uerò nō similiter: sed quæcunq; quidē cōtingere dicuntur, ex eo quòd ex necessitate non insunt, uel in eo quòd nō ex necessitate insunt similiter. Vt si quis dicat hominē cōtingere nō esse equū, aut albū nulli tunicæ inesse. Horū enim hoc quidē ex necessitate inest, illud uerò nō ex necessitate inest, & similiter cōuertitur propositio. Nā si cōtingit nulli homini equū inesse, et hominē cōtingit nulli equo inesse: & si albū cōtingit nulli tunicæ, & tunica contingit nulli albo: si enim alicui necessario, & album tunicæ alicui inerit ex necessitate: hoc enim ostēsum est prius. Similiter autē et in particulari negatiua. Quæcunq; uerò ut in pluribus, et in eo quòd nata sunt dicūtur cōtingere*, secūdùm quē modū determinamus cōtingēs: nō similiter se habebat in priuatiuis cōuersiōibus. Sed et uniuersalis quidē priuatiua propositio nō cōuertitur: particularis uerò cōuertitur. Hoc autē erit manifestū quando de cōtingenti dicemus. Nūc autem nobis tantū sit cū iis quæ dicta sunt, manifestū quoniam cōtingere nulli, aut alicui nō inesse affirmatiuā habet figurā: nā & cōtingit ipsi est similiter ordinatur. Est autē, quibuscunq; adiacēs prædicatur, affirmationē semper facit, & omnino: ut, est nō bonū: uel, est nō albū: uel simpliciter, est nō hoc. Ostendetur autem & boc per sequentia: secundum conuersiones autem, similiter se babebunt in aliis.*

* Hoc sequēs nō respicit, sed præcedens.

* De cōtingenti illo secundo modo, præsertim hoc in libro determinabit syllogismos.

Sicut in ex[…]

Contingere nulli et alicui nō inesse habet figuram affirmationis. et est notādū.

De modis syllogisticis, & asyllogistis absolutis primæ figuræ.

CAPVT IIII.

His uerò determinatis, dicemus, iam per quæ, & quando, & quomodo fit omnis syllogismus: posteà uerò dicendum

Hec si medius terminus ad nullū extremos respectū habet, nō est syllogismus · ut [...] linea Medicin[...] x, vide Arist. in fine primi capitis diffiniens.

dicendũ de demõstratione. Prius enim de syllogismo dicendum, quàm de demõstratione, eò quòd uniuersalior est syllogismus: nã demõstratio quidẽ syllogismus quidã est, syllogismus uerò nõ omnis, demõstratio. Quando igitur tres termini sic se habent adinuicẽ, ut & postremus sit in toto medio, & medius in toto primo uel sit, uel nõ sit: necesse est extremitatem perfectũ esse syllogismũ. Voco autẽ mediũ quod & ipsum in alio, & aliud in ipso est, quod & positione medium est. Extrema uerò quod & ipsum in alio, & in quo aliud est. Si enim a de omni b, & b de omni c, necesse est a de omni c prædicari. Prius enim dictũ est quomodo de omni dicimus. Similiter autẽ & si a, de nullo b, b autẽ de omni c: quoniã a, nulli c inerit. Si autẽ primũ qdẽ omni medio cõsequẽs est, mediũ uerò nulli postremo: nõ erit syllogismus extremitatum. Nihil enim necessarium accidit, eo quòd hæc sunt: nã & omni, et nulli cõtingit primũ postremo inesse: quare neq; particulare, neq; uniuersale fit necessariũ. Cùm autẽ nihil est necessariũ, per hæc nõ erit syllogismus. Termini uerò eius quod est omni inesse, animal, homo, equus: eius uerò quod est nulli, animal, homo, lapis. Quãdo uerò nec primum medio, nec mediũ postremo ulli inest, nec sic erit syllogismus. Termini uerò ut inesse, sciẽtia, linea, medicina: aut nõ inesse, scientia, linea, unitas. Vniuersalibus igitur existẽtibus terminis, manifestum est in hac figura quãdo erit, & quãdo nõ erit syllogismus: & quoniã cùm est syllogismus, necessariũ est terminos sic se habere, ut diximus: & si sic se habẽt manifestũ quoniã erit syllogismus. Si autẽ hic quidẽ terminorũ uniuersaliter, alius uerò particulariter ad aliũ, quãdo uniuersale quidem ponitur ad maiorẽ extremitatẽ uel prædicatiuũ, uel priuatiuum,

Exemplũ, animal inest omni homini. homo nulli equo inest. ergo animal omni equo inest.
Animal de omni homine. homo de nullo lapide. ergo animal de nullo lapide. Animal inest omni homini nec animal inest

Due sunt conditiones syll. in prima figura ut maior universalis sit, et minor affirmativa. Maior extremitas est, que in conclusione predicatur. Minor vero que subjicitur. Due sunt utiles ex affirmativis maior et minor negativa affirmativa. et alia maior universalis negativa. et Minor affirmativa. Si maior de medio predicet et medium non insit minori non est syllogismus. Item [illegible] conditione, quod minor debet esse affirmativa, deinde est [illegible] et format [illegible] sequitur ex positis.

tiuum, particulare uerò ad minorē prædicatiuū necesse est syllogismū esse perfectū. Quando uerò ad minorē uel quolibet modo aliter se habeant termini: impoßibile est. Dico autē maiorē extremitatē quidē in qua mediū est: minorem uerò, quæ sub medio est. Insit enim a quidē, omni b: b autē alicui c: ergo si est de omni prædicari, quod in principio dictū est, necesse est a, alicui c inesse. Et si a quidem, nulli b inest: b uerò, alicui c: necesse est a, alicui c nō inesse: determinatū est enim & de nullo, quomodo dicimus, quare erit syllogismus perfectus. Similiter autē & si indefinitū sit b c prædicatiuū: nā idē erit syllogismus indefinito, & particulari sumpto. Si autē ad minorē extremitatē uniuersale ponatur uel prædicatiuū, uel priuatiuū: nō erit syllogismus neq; cum affirmatiua, neq; negatiua, neq; indefinita, neq; particularis sit: ut si a quidē, alicui b inest, uel nō inest: b autem, omni c inest. Termini ut inesse: bonū, habitus, prudētia: ubi nō inesse, bonū, habitus, indisciplina. Rursū si b q̄dē, nulli c: a uerò, alicui b inest, uel nō inest, uel nō oī inest, nec sic erit syllogismus. Termini omni inesse, albū, equus, cygnus: nulli inesse, albū, equus, coruus, idē autē & si a b indefinitū sit. Nec quādo ad maiorē extremitatē quidē uniuersale ponatur uel prædicatiuū, uel priuatiuū, ad minorē uerò particulare priuatiuū: nō erit syllogismus uel indefinito, uel particulari sumpto. Velut si a q̄dē, omni b inest: b autē alicui c non inest, uel nō omni inest. Cui enim alicui nō inest mediū, hoc omne & nullū sequatur primū. Ponatur enim termini, animal, homo, albū: deinde & de quibus albis nō prædicatur homo, sumantur, cygnus, & nix: ergo animal de uno * quidē omni prædicatur, de altero * uerò nullo: quare nō erit syllogismus. Rursum a quidem, nulli b insit, b autē alicui c non

* Albo, scilicet cygno.
* Albo, scilicet niue.

*non in sit: & sint termini, inanimatum, homo, albũ, deinde sumantur alba, de quibus nõ prædicatur homo, cygnus & nix: nam inanimatũ de hoc * quidẽ omni prædicatur, de illo * uerò nullo. Amplius: Quoniã indefinitũ est alicui eorũ quæ sunt c, nõ inesse b: uerum est autem & nulli inest, & si non omni, quoniã alicui nõ inest: sumptis autẽ his terminis uelut nulli inesse, nõ fit syllogismus (hoc enim dictũ est prius) manifestũ ergo est, quoniã in eo quòd sic se habent termini non erit syllogismus, esset enim & in his. Similiter autem ostendetur: & si uniuersale ponatur priuatiuũ. Neque enim si ambo interualla particularia prædicatiuè, uel priuatiuè dicantur, aut hoc quidẽ prædicatiuũ, illud uerò priuatiuum: uel hoc quidẽ indefinitũ, illud uerò definitum, uel ambo indefinita, non* erit syllogismus nullo modo. Termini uerò cõmunes omniũ: animal, albũ, equus: animal, albũ, lapis. Manifestũ est igitur ex ijs quæ dicta sunt, quoniã si sit syllogismus in hac figura particularis, quoniã necesse est terminos sic se habere ut diximus. Aliter enim sic se habentibus, nullo fit. Palàm autẽ quoniã omnes, qui in hac sunt syllogismi, perfecti sunt. Oẽs enim perficiũtur per ea, quæ ex principio sumũtur. Et quoniã omnia ꝓblemata ostendũtur per hãc figurã. Etenim omni, & nulli: alicui, & non alicui inesse. Voco autẽ huiusmodi figuram, primam.*

* Albo, scilicet de niue.

* Scilicet cygno.

* Hic negatio superfluit.

De syllogismis absolutis in secũda figura.

CAPVT V.

QVando uerò idẽ huic omni quidem, illi uerò nulli inest, uel utiq; omni, uel nulli, figurã quidẽ huiusmodi uoco secundam. Medium autem in hac dico, quod de utraq; prædicatur. Extremitates uerò de quibus dicitur hoc. Maiorem quidem extremitatem, quæ

quando medius terminus inest maiori uniuersali, et minori uniuersali negatiuæ.

iuxta

iuxta mediũ posita est. Minorem uerò, quæ longius sita est à medio. Ponitur autẽ mediũ foras quidẽ extremitatũ, primum uerò positione. Perfectus igitur* nõ erit syllogismus nullo modo in hac figura: poßibile uerò erit & uniuersalibus, & nõ uniuersalibus existentibus terminis. Vniuersalibus igitur terminis erit syllogismus, quãdo medium huic quidem omni, illi uerò nulli inerit, etsi ad utrumuis sit priuatiuũ, aliter uerò nullo modo. Prædicetur enim m de n quidẽ nullo, de x uerò omni: quoniã igitur cõuertitur priuatiua, nulli m inerit n, at m omni x supponebatur, quare n, nulli x inerit: hoc enim ostensum est prius. Rursum si m, n quidẽ omni inest, x uerò nulli, neq; * n, x nulli inerit. Nã si m, nulli x, neq; x, nulli m inerit: at uerò m, omni n inerat, quare x, nulli inerit. Facta est enim rursum prima figura. Quoniã autem conuertitur priuatiuũ, neq; n, ulli x inerit: quare erit idẽ syllogismus: est autẽ ostẽdere hæc & ad impoßibile ducẽtes. Quoniã ergo fit syllogismus sic se habẽtibus terminis manifestũ, sed nõ pfectus: nõ enim solùm ex ijs, quæ ab initio sumpta sunt, sed ex alijs perficitur necessariũ. Si autẽ m, de omni n & x prædicetur, nõ erit syllogismus. Termini inesse, substãtia, animal, ratio: nõ inesse, substantia, animal, lapis: mediũ, substantia. Nec quando de n, nec de x nullo, prædicatur m. Termini inesse, linea, animal, homo: nõ inesse, linea, animal, lapis. Manifestũ ergo quoniã si sit syllogismus ex uniuersalibus terminis, necesse est terminos sic se habere, ut in principio diximus. aliter enim se habẽtibus terminis nõ fit cõclusio necessaria. Si autẽ ad alterũ sit uniuersaliter mediũ, quãdo ad maius quidẽ fuerit uniuersaliter uel prædicatiuè, uel priuatiuè, ad minus autem & particulariter, & opposita uniuersali (dico autẽ opposita, si

* Abundat negatio.

* Hic quoque negatio abundat.

sitæ, si uniuersale quidem priuatiuũ, particulare prædicatiuũ: uel si uniuersale prædicatiuũ, particulare priuatiuũ) necesse est syllogismũ fieri priuatiuũ particulariter. Nã si m, nulli quidẽ n, x autẽ alicui inest, necesse est n, alicui x nõ inesse. Quoniã enim conuertitur priuatiuũ, nulli m, inerit n: m uerò supponebatur, alicui x inesse: quare n alicui eorũ quæ sunt x non inerit. Fit enim syllogismus per primã figuram. Rursus si n quidẽ omni m, x uerò alicui nõ inest, necesse est n, alicui x nõ inesse. Nã si x omni, inest n, prædicatur autẽ & m de omni n: necesse est m omni x inesse: supponebatur autẽ alicui non inesse. Et si m, n omni quidẽ inest, x autẽ nõ omni: erit syllogismus, quoniã nõ omni x, inest n, demõstratio autẽ eadẽ. Si autẽ de x quidẽ omni, de n uerò nõ omni prædicatur m, nõ erit syllogismus. Termini inesse, animal, substantia, coruus. Non inesse, animal, albũ, coruus. Nec quãdo de x quidẽ ullo, de n uerò aliquo. Termini inesse, animal, substantia, lapis. Nõ inesse, animal, substantia, scientia. Quãdo igitur oppositũ est uniuersale particulari, dictum est quãdo erit, & quãdo non erit syllogismus.

Quando autẽ similis figuræ fuerint propositiones, aut ambæ priuatiuæ, uel affirmatiuæ, nullo modo erit syllogismus. Sint enim primùm priuatiuæ, & uniuersale ponatur ad maiorẽ extremitatẽ: ut m, n quidẽ nulli, x autẽ alicui non insit, contingit ergo & omni, & nulli x, inesse n. Termini quidẽ nulli inesse, nigrũ, nix, animal. Omni uerò inesse: non est sumere, si m, alicui quidẽ x, inest, alicui autẽ non. Nã si omni x inest n: & m, nulli n, etiã m, nulli x inerit: sed positũ erat alicui inesse, nõ igitur sic sumere cõtingit terminos. Ex indefinito autẽ ostẽdendũ est. Quoniã enim uerũ est m, non inesse alicui x, & si nulli inest: nulli uerò cum insit, nõ erit

syllogismus, manifestũ quoniam neq; nunc erit. Rursum *si prædicatiuæ, & uniuersale ponatur similiter: ut m, omni quidẽ n, x autẽ alicui insit: cõtingit ergo & omni, & nulli x, inesse.* Termini *nulli inesse, albũ, cygnus, lapis.* Omni *uerò non erit sumere terminos: propter eandẽ causam quam & prius: sed ex indefinito mõstrandũ est.* Si *autẽ uniuersale ad minorẽ extremitatẽ est, & m, x quidẽ nulli, n uerò alicui nõ inest: cõtingit n, & omni, & nulli x inesse.* Termini *inesse, albũ, animal, coruus.* Nõ *inesse, album, lapis, coruus.* Simili*ter autẽ & si prædicatiuæ fuerint propositiones.* Termini *nõ inesse, albũ, animal, nix.* Inesse, *albũ, animal, cygnus.* Ma*nifestũ est igitur quoniã si similis figuræ sint propositiones, & hæc quidẽ uniuersalis, illa uerò particularis: quoniã nullo modo fit syllogismus.* Sed *nec si alicui, utriq; inest, uel nõ inest, uel huic qdẽ inest, illi uerò nõ, uel neutri omni, uel indefinitæ.* Termini *autẽ cõmunes omniũ, albũ, animal, homo. albũ, animal, inanimatum.* Manifestũ *est igitur ex prædictis quoniã si sic se habent termini adinuicẽ, ut dictũ est, fit syllogismus ex necessitate: & si fit syllogismus, necesse est terminos sic se habere.* Palàm *autẽ & quoniã omnes imperfecti sunt, qui in hac figura sunt syllogismi: omnes enim perficiũtur assumptis quibusdã, quæ uel insunt terminis ex necessitate, uel ponuntur uelut hypotheses, ut quãdo per impossibile ostendimus.* Et *quoniam non fit affirmatiuus syllogismus per hanc figuram, sed omnes priuatiui, & uniuersales, & particulares.*

De syllogismis absolutis tertiæ figuræ.

CAPVT VI.

Caput hoc definitiones tres continet, tres

S*I autẽ eidem hoc quidẽ omni, illud uerò nulli inest, uel ambo omni, uel nulli: figurã qdẽ huiusmodi uoco tertiã.*

Medium

*Medium autem in hac dico, quo de ambo prædicamus: Extremitates uerò, quæ prædicātur. Maiorē autem extremitatē, quæ lōgius est medio: minorē uerò, quæ propius. Ponitur autē mediū fòras quidem extremitatū, ultimū uerò positione est. Perfectus igitur nō fit syllogismus, nec in hac figura: poßibilis uerò erit & uniuersaliter, & nō uniuersaliter terminis exiſtētibus ad mediū. Vniuersaliter quidē quādo & p & r, inerūt omni s, quoniā alicui r inerit p ex neceßitate: nā quoniā cōuertitur prædicatiua, inerit s, alicui r, quare quoniā p, ineſt omni s, & s, alicui r, necesse est p, alicui r inesse. Fit enim syllogismus per primā figuram. Est autē & per impoßibile, & expositione * facere demōstrationē. si enim ambo omni s, insunt: si sumatur aliquod eorū quæ sunt s, ut n: huic & p & r inerūt ex neceſſitate, quare alicui r, inerit p. Et si r, omni quidē s, p autem nulli s, ineſt, erit syllogismus: quoniam p, alicui r nō inerit ex neceßitate. Nā idē modus erit demōstrationis, cōuersa r, s propositione. Ostēdetur autē & per impoßibile, quēadmodū in prioribus. Si autē insit r, s quidē nulli, p uerò omni s, nō erit syllogismus. Termini inesse, animal, equus, homo: nō inesse, animal, inanimatū, homo: neq; quādo ambo de nullo s, dicuntur, non erit syllogismus. Termini inesse, animal, equus, inanimatū: nō inesse, homo, equus, inanimatum: mediū, inanimatū. Manifestū est igitur & in hac figura & quādo erit, & quādo nō erit syllogismus ex uniuersalibus terminis. Quādo enim ambo termini sunt prædicatiui, erit syllogismus: quoniā ineſt alicui extremitas extremitati: quādo uerò priuatiui, non erit syllogismus: quādo autem hic quidem priuatiuus: ille uerò affirmatiuus, si maior quidē fuerit priuatiuus, alter uerò affirmatiuus, erit*

cōclusiones, & corollaria tria.

* Id est syllogismo expositorio.

syllogismus, quoniã alicui nõ inest extremitas extremitati. Si autẽ ecõuerso, nõ erit. Si autẽ hic quidẽ sit uniuersaliter ad mediũ, alter uerò particulariter, si uterq; sit prædicatiuus, necesse est fieri syllogismũ, & si alteruter sit uniuersalis terminorũ: nam si r, omni s, insit, p uerò alicui s: necesse est & p, alicui r inesse, nam quoniam conuertitur affirmatiua inerit s, alicui p: quare quoniã r omni s inest, s autem alicui p, & r, alicui p, inerit, quare & p, alicui r. Rursum si r, alicui s, p uerò, omni s insit, necesse est & p, alicui r inesse: nam idem modus demõstrationis. Est autem demõstrare & per impoßibile, & expositione, quẽadmodum in prioribus. Si autẽ unus quidẽ sit prædicatiuus, alius uerò priuatiuus, uniuersaliter autẽ prædicatiuus, quãdo minor quidẽ fuerit prædicatiuus, erit syllogismus: nam si r, omni s, p uerò, alicui s nõ inest, necesse est p, alicui r non inesse: si enim p, omni r, & r, omni s, & p, omni s inerit, sed non inerat. Mõstratur autem & sine deductione: si sumatur aliquid eorũ quæ sunt s, cui p nõ inest. Quãdo uerò maior fuerit prædicatiuus, nõ erit syllogismus: ut si p, insit omni s: r autẽ, alicui s nõ insit. Termini uerò omni inesse, animatum, homo, animal. Nulli uerò, non est sumere terminos: si r, inest alicui quidẽ s, alicui autẽ non. Si enim omni s inest p: r aũt alicui s: et p inerit alicui r, sed positũ erat nulli r inesse. sed quẽadmodũ in prioribus, dicẽdũ est: nam cũ indefinitum est alicui nõ inesse, & quòd nulli inest uerũ est dicere alicui non inesse, nulli uerò cùm inesset non erat syllogismus: manifestũ ergo est, quoniã nõ erit syllogismus. Si autem priuatiuus sit uniuersalis terminus, quando maior quidem priuatiuus fuerit, minor autẽ prædicatiuus, erit syllogismus. Si enim p, nulli s, r autẽ alicui inest s: & p alicui

p alicui r non inerit. Rursum enim prima erit figura, r ſ propositione cõuersa. Quãdo autẽ minor fuerit priuatiuus: nõ erit syllogismus. Termini inesse animal, homo, ferum. Nõ inesse, animal, scientia, ferũ: mediũ in utrisq; ferũ.

Nec quãdo ambo priuatiui ponũtur: est autẽ unus qdẽ uniuersalis, alter uerò particularis. Termini inesse, quando minor est uniuersalis ad medium, animal, homo, ferũ. Non inesse, animal, scientia, ferũ. Quãdo autẽ maior, non inesse quidẽ: coruus, nix, albũ. Inesse uerò nõ est sumere si r, alicui quidẽ inest ſ, alicui autẽ non inest. Si enim p, omni r insit, r autẽ alicui ſ: & p, inerit alicui ſ. Positũ est autẽ nulli, sed ex indefinito, mõstrandũ est. Neq; si uterq; alicui medio inest, uel nõ inest, uel unus quidẽ inest, alter uerò nõ inest, uel hic quidem alicui, ille uerò nõ omni, uel indefinitè, nullo modo erit syllogismus. Termini autẽ cõmunes omniũ, animal, homo, albũ. animal, inanimatũ, albũ. Manifestũ est igitur, & in hac figura, quãdo erit, & quãdo nõ erit syllogismus: & quoniã habentibus se terminis, ut dictum est, fit syllogismus ex necessitate: & si fit syllogismus, necesse est terminos sic se habere. Manifestũ est etiã, quia omnes imperfecti sunt in hac figura syllogismi: omnes enim perficiũtur quibusdã assumptis. Et quoniã syllogisare uniuersale per hãc figurã nõ erit, neq; priuatiuũ, neq; affirmatiuũ.

De tribus figuris, & indirectis syllogismis adinuicem.

CAPVT VII.

Palàm autẽ & quoniã in omnibus figuris quãdo nõ fit syllogismus. Cùm prædicatiui qdẽ, uel priuatiui sunt utriq; termini, et particulares: nihil omnino fit necessariũ. Cùm autẽ prædicatiuus, & priuatiuus, & uniuersali- ter

Continet hoc caput corollaria quinque tres figuras respicientia.

ter sumptus priuatiuus, semper fit syllogismus minoris extremitatis ad maiorē: ut si a quidē, omni b uel alicui, b autē, nulli c, cōuersis enim propositionibus, necesse est c, alicui a nō inesse. Similiter autē & in alijs figuris, semper enim fit per cōuersionē syllogismus. Palàm etiā quoniā indefinitū pro prædicatiuo particulari positū, eundē faciat syllogismū in omnibus figuris. Manifestū autē & quoniā omnes imperfecti syllogismi, perficiūtur per primā figurā. Aut enim ostensiuè, aut per impoßibile clauduntur omnes. utrinq; autē fit prima figura. Et ostensiuè quidē perfectis, quoniā per cōuersionē claudebātur omnes: cōuersio autem primā faciebat figuram: per impoßibile uerò demōstratis, quoniā posito falso syllogismus fit per primā figurā. Vt in postrema figura, si a & b, omni c insunt, quoniā a, alicui b inest, nam si nulli, & b, omni c: nulli c, inerit a: sed inerat omni. Similiter autē in alijs. Est etiā reducere oēs syllogismos ad uniuersales syllogismos primæ figuræ. Nā qui sunt in secūda figura, manifestū quoniam per illos perficiūtur, uerū nō similiter omnes: sed uniuersales quidē priuatiua cōuersa, particulariū autē utraq; per ad impoßibile reductionem. Qui uerò in prima sunt particulares, perficiūtur quidem per se. Est autē & per secundā figurā ostēdere ad impoßibile ducentes: ut si a, omni b, & b, alicui c: quoniam a, alicui c inerit. Si enim nulli, b aūt omni: nulli c, inerit b. Hoc enim scimus per secundā figurā. Similiter autē & in priuatiuo erit demōstratio, si enim a, nulli b, & b, alicui c inest, a alicui c nō inerit: nā si a, omni c, b autē nulli inest: nulli c, inerit b. Hæc autē fuit media figura: quare, quoniā q in media sunt syllogismi, oēs reducūtur in primæ figuræ uniuersales syllogismos: qu i uerò particulares sunt in prima, ad

eos qui sunt in media: manifestũ est quoniã & particulares reducentur ad eos, qui in prima figura sunt, uniuersales syllogismos: q uerò sunt in tertia, cùm uniuersales sint qdẽ termini: statim pficiũtur p illos syllogismos. Si aũt particulares, sumũtur p particulares syllogismos primæ figuræ: sed hi reducti sunt ad illos: quare et tertiæ figuræ particulares. Manifestũ ergo quoniã oẽs reducẽtur in primæ figuræ uniuersales syllogismos. Igitur syllogismi inesse, uel non inesse ostendẽtes, dictũ est quomodo se habẽt, et ad eos q̃ ex eadẽ sunt figura, & ad inuicẽ, & ad eos qui ex alijs sunt figuris.

De syllogismis ex necessario in tribus figuris.

CAPVT VIII.

Quoniam autem diuersum est inesse, & ex necessitate inesse, & contingere inesse (nã multa insunt quidẽ, non tamen ex necessitate, alia uerò neq; ex necessitate, neq; insunt omnino, cõtingit autẽ inesse) manifestum quoniã et syllogismus in unoquoq; horũ diuersus est, & nõ similiter habẽtibus se terminis: sed hic quidẽ ex necessarijs, ille uerò ex ijs quæ simpliciter insunt, ille autẽ ex cõtingentibus. Ergo in necessarijs quidẽ ferè similiter se habet, & in ijs quæ insunt. Similiter enim positis terminis, & in ijs quæ insunt, & in ijs quæ ex necessitate insunt, uel non insunt, & erit, & nõ erit syllogismus. Verùm distabit in eo quod adiacet terminis ex necessitate inesse, uel nõ inesse: nã & priuatiuũ similiter cõuertitur, et in toto esse, et de omni similiter aßignabimus. Ergo in alijs qdẽ eodẽ modo ostẽdetur per cõuersionẽ. quoniã cõclusio necessaria, quomodo in eo quod est inesse. In media aũt figura quãdo fuerit uniuersalis affirmatiua, particularis uerò priuatiua, & rursum in tertia quãdo uniuersalis qdẽ prædicatiua, particularis uerò

De syllogismis de necessario caput hoc conclusiones duas habet, & corol larium vnum.

priuatiua, non similiter erit demonstratio: sed necesse est exponentes, cui alicui utrunq; nõ inest, de hoc facere syllogismum erit enim necessarius in hoc, si autem de exposito est necessarius: erit & de illo aliquo. nam hoc quod est expositum, ipsum quidẽ illud aliquid est. Fit autem uterque *syllogismus in propria figura.*

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in prima figura.

CAPVT IX.

Accidit autẽ quãdoq; & altera propositiõe necessaria, necessariũ fieri syllogismũ: uerum nõ utralibet, sed quæ ad maiorẽ extremitatẽ est, ut si a quidẽ, b ex necessitate sumpũ est inesse, uel nõ inesse: b autẽ, c inesse tãtùm: sic enim sumptis propositionibus ex necessitate a inerit c, uel non inerit, nã quoniã omni b, ex necessitate inest, uel nõ inest a, c autẽ aliquid eorũ quæ sunt b est, manifestũ quoniã & c ex necessitate erit alterũ horũ. Si autẽ *a b quidẽ nõ necessaria, b c autẽ necessaria, non erit cõclusio necessaria. Nã si est: accidit a, alicui b inesse ex necessitate, per primã, & tertiã figurã: hoc autẽ falsum: cõtingit enim tale esse b, cui possibile est a nulli inesse.* Amplius aũt *& ex terminis manifestũ, quoniã nõ erit cõclusio necessaria: ut si a quidem sit motus, b autẽ sit anima, in quo autẽ c homo: nanq; homo animal est ex necessitate, mouetur autẽ animal nõ ex necessitate, quare nec homo. Similiter autẽ & si priuatiua sit a b. Nã eadẽ demõstratio.* In particularibus *autẽ syllogismis, si uniuersalis quidẽ est necessaria, & cõclusio erit necessaria: si autẽ particularis, non necessaria, siue priuatiua, siue prædicatiua fuerit uniuersalis propositio. Si autem primò uniuersalis necessaria, & a quidem, omni b insit ex necessitate,*

necessitate, b autē alicui c insit solùm: necesse est ergo a alicui c inesse ex necessitate: nā c sub b est, b autē omni a inerat ex necessitate. Similiter autem & si priuatiuus syllogismus sit: nam eadē erit demōstratio. Si autē particularis est necessaria, nō erit cōclusio necessaria: nihil enim impossibile euenit: quēadmodū nec in uniuersalibus syllogismis: similiter autē & in priuatiuis. Termini: motus, animal, album.

De mixtis ex vna necessaria, & altera absoluta in secunda figura.

CAPVT X.

IN secūda autē figura si priuatiua quidē propositio uniuersalis sit, & necessaria: cōclusio erit necessaria. Si autem prædicatiua, nō necessaria. Sit enim primum priuatiua necessaria: & a, b quidē nulli cōtingat, c autē insit tantùm: quoniā ergo conuertitur priuatiua, & b, nulli a cōtingit: a autē, omni c inest, quare nulli c cōtingit b: nā c sub a est. Similiter autē & si ad c ponatur priuatiuū: nā si a, c nulli cōtingit, & c, nulli a poterit inesse. a autem, omni b inest. quare nulli eorū quæ sunt b, cōtingit c: fit enim prima figura rursum. ergo neq; b, ipsi c, * cōuertitur enim similiter.

Si autē prædicatiua ꝓpositio est necessaria, nō erit conclusio necessaria: insit enim a, omni b ex necessitate, c autē nulli insit tantū: cōuersa ergo priuatiua, fit prima figura. Ostensum est autē in prima, quoniā cùm nō est necessaria, quæ ad maiorem est priuatiua, nec cōclusio erit necessaria: quare nec in his erit ex necessitate. Amplius autē si cōclusio est necessaria, accidit c, alicui a non inesse ex necessitate: si enim b, nulli c inest ex necessitate, neq; c, ulli b inerit ex necessitate: b aūt, alicui a necesse est inesse, si qdē & a, omni b ex necessitate inerat: quare c, necesse est alicui a nō inesse:

* Hic quoq; altera negatio ꝰ nū superflua, subaudiēdūq;, inesse cōtingit.

ſed nihil prohibet a huiuſmodi accipere: cui omni, c cõtingat ineſſe. Amplius & ſi terminos ponentes ſit oſtendere, quoniã cõcluſio nõ eſt neceſſaria ſimpliciter. & his exiſtẽtibus, neceſſariũ, ut ſit a animal, b uerò homo, c autẽ albũ, & ſimiliter ꝓpoſitiones ſumptæ ſint: cõtingit enim animal nulli albo ineſſe: nõ inerit ergo nec homo ulli albo. ſed non ex neceßitate. cõtingit enim hominẽ fieri albũ, nõ tamẽ donec animal nulli albo inſit: quare cùm hæc ſint, neceſſaria erit cõcluſio: ſimpliciter autẽ nõ neceſſaria. Similiter aũt ſe habebit et in particularibus ſyllogiſmis quãdo priuatiua quidẽ ꝓpoſitio, & uniuerſalis fuerit, & neceſſaria: & cõcluſio erit neceſſaria. Quãdo autẽ prædicatiua uniuerſalis fuerit neceſſaria, priuatiua uerò particularis nõ neceſſaria: nõ erit cõcluſio neceſſaria. Sit enim primũ priuatiua, et uniuerſalis neceſſaria, & a, b quidẽ nulli cõtingat ineſſe, c aũt alicui inſit: quoniã ergo conuertitur priuatiua, & b, nulli a cõtinget ineſſe, a aũt, alicui c ineſt: quare ex neceßitate alicui eorũ quæ ſunt c, nõ inerit b. Rurſum ſit prædicatiua, & uniuerſalis, & neceſſaria, & ponatur ad b quidẽ prædicatiuũ: ſi ergo a, omni b ex neceßitate ineſt, c autem alicui nõ ineſt: quoniã nõ inerit b, alicui c manifeſtũ, ſed nõ ex neceßitate. Nã ijdẽ termini erũt ad demõſtrationẽ, qui in uniuerſalibus ſyllogiſmis: ſed nec ſi priuatiua neceſſaria eſt particulariter ſumpta, erit concluſio neceſſaria. Nam per eoſdem terminos demonſtratio eſt.

De ſyllogiſmis mixtis ex altera neceſſaria, & altera abſoluta in tertia figura.

CAPVT XI.

IN poſtrema autẽ figura terminis quidẽ uniuerſalibus ad mediũ, & prædicatiuis utriſq; ꝓpoſitiõibus, ſi utralibet ſit

sit necessaria, & cõclusio erit necessaria. Si aũt hæc qdẽ sit priuatiua, illa uerò prædicatiua, quãdo priuatiua qdẽ fuerit necessaria, et cõclusio erit necessaria: quãdo aũt prædicatiua, nõ erit necessaria. Sint enim primũ utræq; prædicatiuæ ꝓpositiones, & a & b omni c insint, necessaria aũt sit a c: quoniã ergo b, omni c inest, & c, alicui b inerit, eo quòd cõuertitur uniuersalis particulariter. Quare si a, inest omni c ex necessitate, & c alicui b: & a alicui b necessariũ inesse: nã b, sub c est. Fit igitur prima figura. Similiter aũt ostẽdetur: et si b c est necessaria, cõuertitur enim c, alicui a, quare si omni c inest b ex necessitate, & a alicui b inerit ex necessitate. Rursum sit a c qdẽ priuatiua, b c uerò affirmatiua, necessaria aũt priuatiua: quoniã ergo cõuertitur affirmatiua, erit c, alicui b, a aũt, nulli c ex necessitate, neq; a, alicui b inerit ex necessitate: nã b sub c est. Si aũt prædicatiua sit necessaria: nõ erit cõclusio necessaria. Sit enim b c prædicatiua, & necessaria, a c autẽ priuatiua, & nõ necessaria: quoniã ergo cõuertitur affirmatiua, inerit & c, alicui b ex necessitate. quare si a quidẽ, nulli eorũ quæ sunt c inest, c autẽ alicui eorũ, quæ sunt b, et a alicui eorũ quæ sunt b nõ inerit: sed nõ ex necessitate. Ostẽsũ est enim in prima figura quoniã priuatiua ꝓpositiõe nõ necessaria, nec cõclusio erit necessaria. Amplius aũt & ꝑ terminos sit manifestũ: sit enim a qdẽ bonũ, in quo b, animal, c autẽ equus: ergo bonũ quidẽ cõtingit nulli equo inesse, animal uerò necesse est oĩ equo inesse: sed nõ necesse est aliquod animal, non esse bonũ, siqdẽ cõtingit omne esse bonũ. aut si nõ hoc possibile: sed uigilare, uel dormire terminũ ponẽdũ. omne enim animal susceptibile est horum. si igitur termini uniuersaliter ad medium sint: dictum est, quando erit conclusio necessaria.

Si autẽ

Si autẽ hic quidẽ uniuersalis, ille uerò particularis, prædicatiuus uterq;: quando uniuersalis fuerit necessarius, & cõclusio erit necessaria. Demonstratio autẽ eadem quæ & prius: cõuertitur enim & particularis affirmatiua. si ergo necesse est b, omni c inesse, a autẽ sub c est: necesse est b, alicui a inesse. si autẽ b, alicui a: & a, alicui b inesse necessariũ, cõuertitur enim. Similiter autẽ & si a c, sit necessaria uniuersalis: nã b, sub c est. Si autẽ particularis est necessaria, nõ erit cõclusio necessaria. Sit enim b c particularis, & necessaria: a autẽ insit omni c, nõ tamen ex necessitate: cõuersa ergo b c prima fit figura, & uniuersalis quidẽ ppositio nõ necessaria, particularis autẽ necessaria: quãdo autẽ sic se habebant propositiones, non erat cõclusio necessaria, quare nec in his. Amplius autẽ & ex terminis manifestũ. Sit enim a quidẽ uigilatio, b autẽ bipes, in quo aũt c, animal ergo b, alicui c necesse est inesse: a autẽ omni c cõtingit, & a nõ necessariò b: nõ enim necesse est aliquẽ bipedẽ dormire, uel uigilare. Similiter autẽ per eosdẽ terminos ostendetur etiã si a c, sit particularis, & necessaria. Si autem hic quidẽ terminorũ sit prædicatiuus, ille priuatiuus, & necessarius: quãdo uniuersalis fuerit priuatiuus, & necessarius, & conclusio erit necessaria. Si enim a, nulli c ex necessitate cõtingit, b aũt, alicui c inest: necesse est a, alicui b nõ inesse: quãdo autẽ affirmatiua necessaria ponetur uel uniuersalis, uel particularis, uel priuatiua particularis: nõ erit cõclusio necessaria. Nã alia quidẽ eadẽ quæ et in prioribus dicemus. Termini autẽ cùm uniuersalis quidẽ affirmatiua est necessaria, uigilatio, animal, homo, mediũ, homo: cùm autẽ particularis prædicatiua necessaria, uigilatio, animal, albũ: animal enim necesse est alicui albo inesse, uigilatio autẽ cõtingit

git nulli: & nõ necesse est alicui animali non inesse uigilationẽ. Quãdo autẽ priuatiua particularis est necessaria: bipes, motus, animal, mediũ, animal. Manifestũ igitur quoniam * inesse quidẽ nõ est syllogismus, si utraq; ꝓpositiones nõ sunt in eo quod est inesse: necessarij uerò est, & altera solùm existente necessaria. In utrisq; autẽ & affirmatiuis, & priuatiuis existentibus syllogismis, necesse est alterã propositionẽ similẽ esse cõclusioni. dico aũt similẽ, si inesse qdẽ, existentẽ: si aũt necessaria, necessariã. Quare & hoc palàm, quoniã nõ erit cõclusio neq; necessaria, neq; inesse: non sumpta uel necessaria, uel quæ inesse significet propositione. Igitur de necessario quomodo fit, & quam differentiam habeat ad inesse, sufficienter penè dictum est.

* Inesse hic genitiui locũ tenet.

De contingenti non necessario.

CAPVT XII.

De cõtingente autem post hæc dicemus: quãdo, & quomodo, & per quæ erit syllogismus. Dico autem contingere, & cõtingens: quo nõ existẽte necessario, posito autẽ inesse, nihil erit propter hoc impossibile. Nã necessariũ æquiuocè cõtingere dicitur. Quoniã autẽ hoc est cõtingens, manifestũ ex affirmationibus, & negationibus oppositis. Nã nõ cõtingit esse, non possibile esse: & impossibile esse, & necesse est nõ esse: uel eadẽ sunt, uel sequuntur seinuicẽ: quare & opposita his cõtingit esse & nõ impossibile esse, & nõ necesse nõ esse: eadẽ erũt, uel sequentia seinuicem. De omni enim affirmatio, uel negatio uera. Erit ergo cõtingẽs necessariũ, & nõ necessariũ cõtingens. Accidit autẽ omnes quæ secũdùm cõtingere sunt propositiones, cõuerti sibijnuicẽ: dico autẽ nõ affirmatiuas negatiuis, sed quæcũq; affirmatiuã habent figurã secũdùm oppositionem:

nem:ut ea quæ est cõtingit esse,ei quæ est cõtingit nõ esse: & ea quæ est cõtingit omni,ei quæ est cõtingit nulli,uel nõ omni: & quæ alicui,ei quæ * nõ alicui:eodẽ autẽ modo & in alijs. Quoniã enim quod est cõtingens,nõ est necessariũ, & quod nõ est necessariũ,possibile est nõ esse:manifestum quoniã si cõtingit a inesse b,cõtingit et nõ inesse: & si omni cõtingit inesse, & omni cõtingit nõ inesse. Similiter aũt & in particularibus affirmationibus:nã eadẽ demõstratio. Sũt autẽ huiusmodi propositiones,prædicatiuæ: nã cõtingere, ei quod est esse,similiter ponitur, quemadmodũ dictũ est prius.* Determinatis aũt his,rursum dicimus quoniã cõtingere duobus modis dicitur. Vno quidẽ quod plerũq; fit, & deficit necessariũ:ut canescere hominem,uel augeri,uel minui,uel omnino quod natũ est esse. Hoc enim nõ cõtinuũ habet necessariũ,eò quòd nõ semper est homo:cùm tamen homo est,aut ex necessitate,aut in pluribus est. Alio autem modo,infinitum quod & sic,& nõ sic possibile:ut animal ambulare,uel ambulãte fieri motũ terræ:uel omnino quod casu fit:nihil enim magis sic natũ est,uel ecõtrario. Conuertitur ergo & secũdùm oppositas propositiones utrũq; cõtingẽs,nõ tamẽ eodẽ modo:sed quod natũ quidẽ est esse, ei quod nõ ex necessitate esse. sic enim cõtingit nõ canescere hominẽ. infinitũ autẽ ei,quod nihil magis sic,uel illo modo. Disciplina autẽ, & syllogismus demõstratiuus,ex infinitis quidẽ nõ est,eo quòd inordinatũ est mediũ:ex ijs uerò quæ nata sunt esse,penè orationes, & cõsiderationes fiũt de sic cõtingẽtibus:ex illis autẽ possibile qdẽ est fieri syllogismũ: nõ tamẽ solet quæri. Hæc ergo definiẽtur magis in sequẽtibus: nũc aũt dicemus,quãdo, & quomodo, & quis erit syllogismus ex cõtingentibus propositionibus. Quoniã autem

* Pro alicui non.

* In secundo Peri hermenias.

contingere hoc huic inesse, dupliciter est accipere: aut enim cui inest hoc, aut cui cõtingit ipsum inesse, nã de quo b, a cõtingere, horũ alterũ significat: aut de quo dicitur b, aut de quo cõtingit dici: de quo autem b, a cõtingere: aut omni b poßibile inesse a, nihil differt. Manifestũ igitur quoniã dupliciter dicetur a, omni b inesse cõtingere. Primum ergo dicemus si de quo c, cõtingit b, & de quo b, cõtingit a: quis erit, & qualis syllogismus: sic enim utraque propositiones sumuntur secũdùm cõtingere: quãdo autẽ de quo b est, contingit a: hæc quidem inesse, illa uerò contingens: quare à similibus figuris incipiendũ quemadmodũ & in alijs.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in prima figura.

CAPVT XIII.

QVando ergo a, cõtingit omni b, & b, omni c, syllogismus erit perfectus, quoniã a, cõtingit omni c inesse. Hoc autẽ manifestũ est ex definitione: nã cõtingere omni inesse sic dicebamus. Similiter autẽ & si a qdẽ, cõtingit nulli b: b autẽ, omni c, quoniã a, cõtingit nulli c. Nã de quo b cõtingit, a nõ cõtingere: hoc erat nullum dimittere sub b cõtingentiũ. Quãdo autẽ a, contingit omni b, b autẽ, nulli c, per sumptas quidẽ ꝓpositiões nullus fit syllogismus: cõuersa autẽ b c secũdùm cõtingere, fit idẽ queãdmodũ & prius: quoniã enim cõtingit b, nulli c inesse, contingit & omni inesse. Hoc autẽ dictũ prius. Quare si b quidẽ, omni c, a autẽ, omni b, rursum idem fit syllogismus.

Similiter autẽ etsi ad utrasq; propositiones negatio ponatur cum cõtingere (dico autẽ ut si a, cõtingit nulli b, & b, nulli c) igitur per sumptas quidẽ propositiones nullus fit syllogismus: cõuersus aũt rursus idẽ erit, qui & prius. Manifestum

nifestum est igitur quoniã negatione posita ad minorẽ extremitatẽ, uel ad utrasq; propositiones, aut nõ fit syllogismus. aut fit quidẽ, sed non perfectus: ex cõuersione enim fit necessariũ. Si autẽ hæc quidẽ ꝓpositionũ uniuersalis, illa uerò particularis sumatur, ad maiorẽ quidẽ extremitatem posita uniuersali, syllogismus erit perfectus. Nam si a, omni b cõtingit, b autẽ alicui c: a, alicui c cõtingit: hoc autẽ manifestũ ex definitione cõtingentis. Rursum si a, cõtingit nulli b: b autẽ, cõtingit alicui c inesse: necesse est a, cõtingere alicui c nõ inesse. Demõstratio autẽ eadem quæ in his.

Si autẽ priuatiua sumatur particularis propositio, uniuersalis autẽ affirmatiua, positione autẽ similiter se habeãt (ut a quidẽ, omni b cõtingat: b autem, alicui c cõtingat nõ inesse) per sumptas quidẽ propositiones nõ fit manifestus syllogismus: cõuersa autẽ particulari, & posito b, alicui c cõtingere inesse, eadẽ erit cõclusio quæ & prius, quemadmodũ in ijs quæ ex principio. Si autẽ quæ ad maiorem extremitatẽ particularis sumatur, quæ ad minorẽ uniuersalis, siue utræq; sumãtur affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue nõ similis figuræ, siue utræq; indefinitæ, uel particulares: nullo modo erit syllogismus. Nihil enim ꝓhibet b trãscendere a, & nõ prædicari de æquis: in quo enim b trãscẽdit a, sumatur c: huic neq; omni, neq; nulli, neq; alicui, neq; non alicui cõtingit a inesse: siquidẽ cõuertuntur secundùm cõtingere ꝓpositiones, & b pluribus cõtingit quàm a inesse. Amplius aũt ex terminis manifestũ est: nã sic se habẽtibus propositionibus, primum postremo & nulli cõtingit, & omni ex necessitate inesse. Termini autem cõmunes omniũ, inesse quidẽ ex necessitate, animal, albũ, homo: nõ cõtingere uerò, animal, albũ, uestis. Manifestũ igitur quoniã hoc modo habenti

habentibus se terminis, nullus fit syllogismus: nam omnis syllogismus uel eius quod est inesse est, uel ex necessitate, uel cõtingere: non est autẽ eius quod est inesse, neq; necessarij, manifestũ quoniã nõ est, nã affirmatiuus interimitur priuatiuo, & priuatiuus affirmatiuo: relinquitur ergo eius quod contingere esse, hoc autem impossibile. Ostensum est enim quoniã sic se habẽtibus terminis, & omni postremo primùm necesse inesse, & nulli cõtingere inesse: quare nõ erit eius quod est cõtingere syllogismus: nam necessariũ nõ erat contingens. Manifestũ autẽ & quoniã cùm uniuersales sunt termini in cõtingẽtibus ꝑpositionibus, semper fit syllogismus in prima figura, siue sint prædicatiui, siue priuatiui. Verùm ex prædicatiuis qdẽ ꝑfectus, ex priuatiuis aũt imꝑfectus. Oportet aũt cõtingere sumere nõ in necessarijs, sed secũdùm dictã definitionẽ: aliquoties autẽ latet huiusmodi.

De syllogismis ex vna absoluta, & altera contingente in prima figura.

CAPVT XIIII.

Si autem hæc quidẽ inesse, illa uerò cõtingere sumatur propositionũ, quãdo quæ ad maiorẽ quidẽ extremitatem cõtingere significauerit, perfecti erũt omnes syllogismi, & cõtingentis secũdùm dictã determinationem: quãdo autẽ quæ ad minorẽ, & imperfecti oẽs, & priuatiui syllogismi nõ cõtingẽtis secũdùm dictã determinationẽ: sed eius quod est nulli, aut nõ omni ex necessitate inesse. Si enim nulli, aut nõ oĩ ex necessitate contingere dicimus, & nulli, & nõ omni inesse. Cõtingat enim a, omni b: b autẽ, omni c põnatur inesse: quoniã igitur sub b est c, a autẽ, cõtingit omni b: manifestũ quoniã & c omni cõtingit a: fit ergo perfectus syllogismus. Similiter aũt & cùm priuatiua est a b propositio,

sitio, b c autẽ affirmatiua, & hæc quidẽ cõtingere, illa uerò inesse sumetur: perfectus erit syllogismus, quoniã a, cõtingit nulli c inesse. Quoniã ergo inesse posito ad minorẽ extremitatem, perfecti syllogismi fiunt: manifestũ. Quòd aũt cõtrariè se habente erũt syllogismi, per impoßibile monstrandũ est: simul aũt erit manifestũ & quoniã imperfecti: nã ostensio nõ ex sumptis ꝓpositionibus. Primum autẽ dicendũ quoniã si cùm est a, necesse est esse b: & cùm possibile est esse a, poßibile erit b, ex neceßitate. Sit enim sic se habentibus rebus ut in quo quidẽ a, poßibile, in quo autẽ b, impoßibile: si ergo aliud poßibile quidem est, cùm poßibile esse, ipsum fiet: hoc uerò impoßibile, quoniã impoßibile, nõ utiq; fiet: simul aũt si a, poßibile, & b, impoßibile: cõtinget fieri præter b. si autẽ fieri, & esse. nã quod fit, quãdo factũ est, est. Oportet aũt accipere nõ solùm in generatione possibile, & impoßibile, sed & in uerũ esse & in quod actu est, & quocunq; modo simpliciter aliter dicitur poßibile: in omnibus enim similiter se habebit. Amplius cùm est a, b esse, nõ tanquã uno aliquo existẽte a, erit b, oportet opinari: nihil enim est ex neceßitate uno aliquo existẽte, sed duobus ad minus, ut quãdo ꝓpositiones sic se habent ut dictũ est, secundùm syllogismũ: nã si c dicitur de d, d autẽ, de e, & c, de e ex neceßitate: & si utrũq; poßibile, & cõclusio erit poßibilis. Quẽadmodũ ergo si quis ponat a qdẽ propositiones, b aũt cõclusionem, accidet nõ solùm a existente necessario, & b simul esse necessariũ, sed etiã poßibili, possibile. Hoc aũt ostenso, manifestũ est quoniã falso posito, & nõ impoßibili, & quod accidit propter positionẽ falsum erit, & nõ impoßibile: ut si a falsum qdẽ est, nõ tamẽ impoßibile: cùm autẽ sit a & b, & b erit falsum quidẽ, nõ

tamen

tamen impoßibile. Nam oſtenſum eſt quoniã cùm eſt a, eſt b, & cùm poßibile eſt a, poßibile eſt b. Poſitũ aũt eſt a poſsibile eſſe, & b erit poßibile: ſi enim impoßibile eſt b, ſimul idem erit poßibile, & impoßibile. Determinatis aũt iјs, inſit a, omni b: b aũt, cõtingat omni c, neceſſe eſt a igitur contingere omni c ineſſe. Nõ enim cõtingat, b aũt omni c ponatur ineſſe: hoc aũt falſum quidẽ, nõ tamen impoßibile: ſi ergo a quidẽ nõ cõtingit omni c, b autem omni c inſit, a non omni b cõtingit. Fit enim ſyllogiſmus per tertiã figurã. Sed poſitũ erat omni c cõtingere ineſſe, neceſſe eſt ergo a, omni c cõtingere. Falſo enim poſito, & nõ impoßibili, q̃d' accidit eſt impoßibile. Poßibile eſt aũt & primã figurã facere impoßibile ponẽtes b ineſſe c: nã ſi b, oĩ c ineſt, a aũt omni b cõtingit, & omni c cõtinget a: ſed poſitũ erat nõ omni poßibile ineſſe. Oportet aũt accipere omni ineſſe nõ ſecundùm tẽpus determinãtes: ut nunc, aut in hoc tẽpore, ſed ſimpliciter (per huiuſmodi enim propoſitiões & ſyllogiſmos facimus) quoniã ſecundùm nũc ſumpta propoſitione, nõ erit ſyllogiſmus: nihil enim fortaſſe prohibet quandoq; & omni mouenti hominẽ ineſſe, ut ſi nihil aliud moueatur: mouens aũt cõtingit omni equo, ſed homo nulli equo contingit. Amplius: Sit primũ quidẽ animal, mediũ uerò mouens, poſtremũ uerò homo: ergo ꝓpoſitiones quidẽ ſimiliter ſe habebũt, cõcluſio uerò erit neceſſaria, nõ cõtingens: ex neceßitate enim homo eſt animal. manifeſtũ igitur quoniã uniuerſale ſumendũ ſimpliciter, & non tẽpore determinantes. Rurſum: Sit priuatiua propoſitio uniuerſalis a b, & ſumatur a quidem nulli b ineſſe, b autem, contingat omni c ineſſe: his igitur poſitis neceſſe eſt a, contingere nulli c ineſſe non enim contingat, b autem, pona-

tur inesse c sicut prius:necesse est igitur a, alicui b inesse. fit enim syllogismus per tertiam figuram.Hoc aũt impossibile:quare cõtingit a, nulli c. posito enim falso, & non impoßibili,impoßibile est quod accidit.Hic ergo syllogismus nõ est cõtingentis secũdùm definitionẽ,sed nulli inesse ex neceßitate.Hæc est cõtradictio factæ hypothesis.Positum est enim ex neceßitate a alicui c inesse:syllogismus autẽ per impoßibile,opposit**æ** est cõtradictionis. Amplius autẽ & ex terminis manifestũ,quoniã non erit cõclusio contingens:sit enim a quidẽ coruus:in quo autem b intelligens,in quo autẽ c homo,nulli ergo b,inest a,nam nullũ intelligẽs, coruus: b autẽ cõtingit omni c, omni enim homini inest intelligere:sed a,ex neceßitate nulli c,nõ igitur cõclusio contingẽs.Sed nec necessaria semper:sit enim a quidẽ mouẽs,b autẽ sciẽtia,in quo aũt c homo:ergo a quidẽ nulli b inerit, b autẽ,omni c cõtingit:& nõ erit cõclusio necessaria:non enim necesse est nullũ hominẽ moueri,sed necesse est aliquẽ: manifestũ igitur quoniã est conclusio eius,quod est nulli ex neceßitate inesse.Sumendũ aũt melius terminos. Si autẽ priuatiuũ ponatur ad maiorẽ extremitatẽ cõtingere significans,ex ipsis quidẽ sumptis ꝓpositiõibus nullus erit syllogismus:cõuersa autẽ secũdùm cõtingens propositione,erit quemadmodũ in prioribus. Insit enim a,omni b,b autẽ cõtingat nulli c:sic ergo habentibus se terminis,nihil erit necessariũ.Si autem cõuertatur b c,& sumatur b cõtingere omni c: fiet syllogismus quẽadmodũ prius,similiter enim habent se termini positione.Eodẽ aũt modo & cùm priuatiua sunt utraq; interualla:si a b quidẽ nõ inesse,b c aũt nulli,cõtingere significat:nã per ea qdẽ quæ sumpta sunt, nullo modo fit necessariũ:cõuersa autẽ secũdùm cõtingens

propoſi

propositione erit syllogismus: sumatur enim a quidē, nulli b inesse, b autē cōtingere nulli c, per hæc quidē nihil necessariū. Si autē sumatur b, omni c cōtingere, quod uerū est, a b autē propositio similiter se habeat, rursus erit idē syllogismus. Si aūt nō inesse ponatur b, omni c, & nō cōtingere non inesse, non erit syllogismus nullo modo, siue priuatiua sit, siue affirmatiua a b propositio. Termini autem cōmunes ex neceßitate quidē inesse, albū, animal, nix. Non cōtingit autē, albū, animal, pix. Manifestum est igitur quoniā cùm uniuersales sunt termini, & hæc quidē propositionū inesse, illa uerò sumitur contingens, quādo quæ ad minorē est extremitatē cōtingere sumitur ꝓpositio, semper fit syllogismus: uerūtamen quandoquidē ex ipsis, quando autē propositione cōuersa, quando uerò utrunq; horū, & ob quā causam, diximus. Si autē hoc quidē uniuersale, illud uerò particulare sumitur interuallorū, quādo ad maiorem quidē extremitatē uniuersale ponitur, & cōtingens siue negatiuū, siue affirmatiuū, particulare aūt affirmatiuū & inesse, erit syllogismus perfectus, quemadmodū & cùm uniuersales sunt termini: demōstratio autem, eadem quæ & prius. Quādo autē uniuersale quidē fuerit ad maiorem extremitatē inesse, & nō cōtingens, alterū uerò particulare, & cōtingēs, siue affirmatiuè, si negatiuè ponātur utræque, siue hæc qdē negatiua, illa uerò affirmatiua, omnino erit syllogismus imperfectus. Verùm hi quidē per impoßibile ostēdūtur, illi uerò per cōuersionē cōtingentis, quēadmodū in prioribus. Erit autē syllogismus per conuersionē, & quādo uniuersalis quidē ad maiorem extremitatē posita significauerit inesse, uel nō inesse: particularis uerò cùm sit priuatiua, sumatur cōtingens: ut si a quidē omni b inest,*

* Vsurpatē hic negatiuum pro priuatiuo, propter affinitatē significatiōis.

 uel

uel nõ inest: b aũt alicui cõtingit nõ inesse: cõuersa enim b c, secũdum cõtingere, fit syllogismus. Quãdo autem nõ inesse sumet particulariter posita propositio, nõ erit syllogismus. Termini inesse, albũ, animal, nix: nõ inesse aũt, albũ, animal, pix. per indefinitũ enim est sumenda demõstratio. Si autem uniuersale quidẽ ponatur ad minorẽ extremitatẽ, particulare aũt ad maiorẽ, siue priuatiuũ, siue affirmatiuũ, siue cõtingens, siue inesse utrũuis: nullo modo erit syllogismus.

Nec cùm particulares, uel indefinitæ ponẽtur ꝓpositiones, siue cõtingere sumptæ, siue inesse, seu permutatim, neq; sic erit syllogismus: demõstratio aũt eadẽ, quæ in prioribus.

Termini autẽ cõmunes inesse qdẽ ex necessitate, animal, albũ, homo: nõ cõtingere uerò, animal, albũ, tunica. Manifestũ est igitur quoniã uniuersali posito ad maiorẽ extremitatẽ semper erit syllogismus, ad minorẽ autẽ nunquam.

Mistio necessarij, & contingentis in prima figura.

CAPVT XV.

Qvando autẽ hæc quidẽ propositionũ ex necessitate inesse, uel non inesse, illa uerò contingere significat, syllogismus quidẽ erit hoc modo habentibus se terminis. Et perfectus, quãdo ad minorẽ extremitatẽ ponetur necessaria. Cõclusio autẽ, si prædicatiui sunt quidẽ termini, contingentis, & non inesse erit, siue uniuersaliter, siue nõ uniuersaliter ponãtur: si autem sint hoc quidẽ affirmatiuũ, illud uerò priuatiuũ, quãdo affirmatiuũ quidẽ fuerit necessariũ, & cõtingentis erit cõclusio, & nõ eius quod est nõ inesse. Quãdo autẽ priuatiuũ necessariũ, & contingentis non esse, & nõ inesse, siue uniuersales, siue nõ uniuersales sint termini. Cõtingere autem in conclusione eo-

Demõstrationes conclusionum.

dem

dem modo accipiendũ est,quo in prioribus.Eius autẽ quod est ex necessitate non inesse,nõ erit syllogismus:aliud enim est nõ ex necessitate inesse,et ex necessitate nõ inesse.Quoniam igitur uniuersalibus affirmatiuis existẽtibus terminis non fit conclusio necessaria,manifestum:insit enim a omni b ex necessitate,b autem contingat omni c,erit igitur syllogismus imperfectus, quoniam a contingit omni c inesse. Quoniã autem imperfectus,ex demõstratione palàm:eodẽ enim modo ostendetur,quo et in prioribus.Rursum a quidem cõtingat omni b inesse:b autẽ omni c insit ex necessitate:erit itaq; syllogismus,quoniã a cõtingat omni c inesse, sed nõ quoniã inest et perfectus quidẽ,sed nõ imperfectus: statim enim perficitur per ex principio propositiones. Si autẽ nõ similis figuræ sint ꝓpositiones,sit primũ priuatiua necessaria,& a quidẽ nulli cõtingat b ex necessitate,b autẽ cõtingat omni c:necesse est igitur a,nulli c inesse. Ponatur enim a inesse aut omni,aut alicui,positũ autẽ est a nulli contingere b:quoniã ergo cõuertitur priuatiua,et b nulli a cõtingit,a autẽ positũ est inesse c aut omni,aut alicui: quare nulli,aut non omni c continget b inesse, sed supponebatur omni ex principio:manifestũ autẽ quoniã & eius quòd est cõtingere nõ inesse fit syllogismus,siquidẽ nõ inesse. Rursum sit affirmatiua quidẽ ꝓpositio necessaria, & a quidẽ, cõtingat nulli b inesse,b autem,insit omni c ex necessitate: ergo fit syllogismus quidem perfectus,sed nõ eius quod est nõ inesse,sed eius quod est cõtingere nõ inesse:nã & ꝓpositio sic sumpta est,quæ ad maiorẽ est extremitatem,& ad impossibile nõ est ducere:nã si ponatur a inesse ulli c,positum est autẽ & a,b cõtingere nulli inesse:nihil accidit per hæc impossibile. Si autẽ ad minorem extremitatẽ ponatur

priuatiuum, quādo cōtingere quidē significauerit: syllogismus erit per cōuersionē quēadmodū in prioribus. Quādo autē nō cōtingere: nō erit ex necessitate, nec quādo utraq; quidē propositio priuatiua, nō est autē cōtingens quod ad minorē est. Termini autē inesse quidē, albū, animal, nix. non inesse quidē, albū, animal, pix. Eodē autem modo se habebit & in particularibus syllogismis. Quādo enim fuerit priuatiua necessaria, & cōclusio erit eius quod est nō inesse: ut si a quidē nulli b cōtingit inesse ex necessitate, b autē alicui c cōtingat inesse: necesse est a alicui eorū quæ sunt c nō inesse. Si enim a omni c inest, nulli aūt cōtingit b, & b nulli a cōtingit inesse; quare si omni c inest a, nulli c cōtingit b: sed positū erat alicui contingere. Quādo autē particularis affirmatiua necessaria fuerit, quæ in priuatiuo est syllogismo, ut b c, aut uniuersalis in affirmatiuo, ut a b: nō erit inesse syllogismus. Demōstratio autē eadē quæ in prioribus. Si aūt uniuersale quidē ponatur ad minorē extremitatē uel affirmatiuū, uel priuatiuū contingens, particulare autē necessariū, nō erit syllogismus. Termini autē inesse quidē ex necessitate, animal, albū, homo: nō cōtingere autem, animal, albū, tunica. Quādo similiter uniuersale quidē est necessariū, particulare autē cōtingens: cùm priuatiuū quidē est uniuersale: inesse quidē termini, animal, albū, coruus: nō inesse, animal, albū, pix: cùm autem affirmatiuū, inesse quidē, animal, albū, cygnus: nō contingere autē, animal, albū, nix. Nec quādo indefinitæ sumūtur propositiones, aut utræque particulares: nō sic erit syllogismus. Termini aūt cōmunes, inesse quidē: animal, albū, homo: nō inesse autē: animal, album, inanimatū. Nā & animal alicui albo, & albū inanimato alicui est necessariū inesse, & non cōtingit inesse, &

Auxesis negationum.

in con

in cõtingenti similiter: quare ad omnia utiles sunt termini. Manifestũ ergo ex ijs quæ dicta sunt, quoniã similiter habẽtibus se terminis, & in eo quod est inesse, & in necessarijs, & fit, & nõ fit syllogismus: uerũtamen secũdùm inesse quidẽ posita priuatiua propositiõe, eius quod est cõtingere erat syllogismus: secũdùm necessariũ aũt priuatiua: & cõtingere, & nõ inesse. Palàm autẽ & quoniã oẽs imperfecti syllogismi, & quomodo perficiũtur per prædictas figuras.

De syllogismis ex ambabus contingentibus in secunda figura.

CAPVT XVI.

IN secunda autẽ figura quãdo cõtingẽtes quidẽ sumũtur utræq; ppositiones, nullus erit syllogismus, siue sint affirmatiuæ, siue priuatiuæ, siue uniuersales, siue particulares. Quãdo autẽ hæc quidẽ inesse, illa uerò contingere significat, affirmatiua quidẽ inesse significãte, nũquàm erit syllogismus: priuatiua uniuersali existẽte, semper. Eodẽ modo et quãdo hæc quidẽ ex necessitate, illa uerò cõtingere assumatur: oportet autẽ & in ijs accipere quod in cõclusionibus est cõtingens: queãdmodũ in prioribus. Primũ igitur ostẽdendũ, quoniã nõ cõuertitur in cõtingenti, priuatiua: ut si a cõtingit nulli b, nõ necesse est & b cõtingere nulli a. Ponatur enim hoc, & cõtingat b nulli a inesse: ergo quoniã cõuertũtur, quæ sunt in eo quod est cõtingere affirmatiões negationibus, & cõtrariæ, & cõtraiacentes, b autem cõtingit nulli a inesse: manifestũ est quoniam & omni a cõtingit b inesse. Hoc aũt falsum est. Nõ enim si hoc huic omni cõtingit, & hoc huic cõtingat necessarium: quare nõ cõuertitur priuatiua. Amplius autẽ nihil prohibet a quidẽ contingere nulli b: b autẽ alicui a ex necessitate nõ inesse: ut albũ quidẽ

contingit

contingit omni homini nõ inesse, nã & inesse: hominẽ aũt, nõ uerũ est dicere quoniã cõtingit nulli albo, pluribus enim ex necessitate nõ inest: necessariũ aũt nõ inerat cõtingens. Sed nec ex impossibili ostẽdetur cõuertens: ut si quis putet, quoniã falsum est b cõtingere nulli a inesse, uerũ nõ cõtingere nulli a: affirmatio enim & negatio: si autẽ hoc uerum, ex necessitate alicui a inesse b: quare & a alicui b inesse: hoc autẽ impossibile. Nõ enim si a non cõtingit ulli b, necesse est a alicui b inesse. Nã non cõtingere nulli, dicitur dupliciter: hoc q̃dẽ si ex necessitate alicui inest, illud uerò si ex necessitate alicui non inest: Nã quod ex necessitate alicui eorũ quæ sunt a nõ inest, nõ est uerũ dicere, quoniã omni cõtingit nõ inesse: quẽadmodũ nec quod alicui inest ex necessitate, quoniã omni cõtingit inesse. Si ergo aliquis putet, quoniã non cõtingit c, omni d inesse: ex necessitate alicui nõ inesse ipsum, falsum sumet, omni enim inest, si cõtingat: sed quoniam quibusdã ex necessitate inest, propter hoc dicimus non omni cõtingere. Quare ei quod est cõtingere omni inesse, & ea quæ est ex necessitate alicui inesse, opponitur: & ea quæ est ex necessitate alicui nõ inesse: similiter autẽ & ei quæ est cõtingere nulli. Palàm ergo quoniã ad sic contingens, & nõ cõtingẽs, ut in principio definiuimus, nõ solùm ex necessitate alicui inesse, sed & ex necessitate alicui nõ inesse sumẽdũ. Hoc aũt sumpto, nihil accidit impossibile: quare nõ fit syllogismus. Manifestũ ergo ex ijs quæ dicta sunt, quoniã nõ cõuertitur priuatiua. Hoc aũt ostẽso ponatur a, b quidẽ cõtingere nulli, c uerò omni: per cõuersionẽ ergo nõ erit syllogismus. Dictũ est enim quoniã nõ cõuertitur huiusmodi propositio. Sed nec per impossibile: nã posito b omni c cõtingere inesse, nihil accidit falsum: cõtinget enim

get enim a, & omni & nulli c inesse. Omnino autem si est syllogismus, palàm quoniã contingens erit, eo quòd neutra propositionũ sumpta est in eo, quod est inesse: & hic uel affirmatiuus, uel priuatiuus: neutro aũt modo poßibile est: affirmatiuo enim posito, ostẽdetur per terminos quoniã nõ contingit inesse: priuatiuo autem, quoniã conclusio non est cõtingens, sed necessaria. Sit enim a quidem albũ, b autem homo, in quo autẽ c, equus: ergo albũ a cõtingit huic quidem omni, illi uerò nulli inesse: sed b neq; inesse cõtingit c, neq; nõ inesse. Quoniã igitur inesse nõ poßibile, est manifestum, nullus enim equus homo: sed neq; contingere non inesse: necesse est enim nullũ equũ hominẽ esse, necessariũ aũt non erat cõtingens: nõ igitur fit syllogismus. Similiter autẽ ostẽdetur, & si ecõuerso ponatur priuatiua, & si utræque affirmatiuè ponantur uel priuatiuè: nã per eosdẽ terminos erit demonstratio. Et quando hæc quidem uniuersalis, illa uerò particularis, uel utræq; particulares, uel indefinitæ, aut quolibet modo aliter contingit permutari propositiones: semper enim erit per eosdem terminos demonstratio. Manifestum ergo quoniam utrisq; propositionibus secundùm contingere positis, nullus fit syllogismus.

Mistio absoluti, & contingentis in secunda figura.

CAPVT XVII.

SI autẽ altera quidẽ inesse, altera uerò contingere significat, prædicatiua quidẽ inesse posita, priuatiua uerò cõtingere, nunquàm erit syllogismus, siue uniuersaliter, siue particulariter sumãtur termini: demonstratio autẽ eadem, & per eosdem terminos. Quando autẽ affirmatiua quidem contingere, priuatiua inesse, erit syllogismus. Sumatur enim

enim a,b q̃dẽ nulli inesse, c uerò omni a cõtingere: cõuersa ergo priuatiua, b inest nulli a, a autẽ omni c cõtingebat: fit ergo syllogismus quoniã b cõtingit nulli c, per primã figuram. Similiter autẽ & si ad c ponatur priuatiua. Si autẽ utræq; sint priuatiuæ, significet autẽ hæc quidẽ nõ inesse, illa uerò cõtingere nõ inesse: per ea quidẽ quæ sumpta sunt nihil accidit necessariũ: cõuersa autem secũdùm cõtingere propositiõe fit syllogismus: quoniã b cõtingit nulli c inesse, quẽadmodũ in prioribus: erit enim rursum prima figura. Si autẽ utræq; ponãtur prædicatiuæ, nõ erit syllogismus. Termini quidẽ inesse: sanitas, equus, homo. Eodẽ autẽ modo se habebit et in particularibus syllogismis. Quãdo aũt erit affirmatiua inesse, siue uniuersaliter, siue particulariter sumpta, nullus erit syllogismus: hoc autẽ similiter, & per eosdẽ terminos demõstratur, quibus & prius. Quando autẽ & priuatiua, erit per cõuersionẽ, quẽadmodũ in prioribus. Rursum si ambo quidẽ interualla priuatiua sumãtur, uniuersaliter autem quod nõ inesse: ex ipsis quidẽ propositionibus non erit necessariũ: cõuersa autem cõtingenti sicut in prioribus, erit syllogismus. Si autem inesse quidem sit priuatiua, particulariter quidem sumpta: non erit syllogismus, neq; prædicatiua, neq; priuatiua existẽte altera propositione. Nec quando utræq; ponuntur indefinitæ, uel affirmatiuæ, uel negatiuæ, aut particulares: demonstratio autem eadem & per eosdem terminos.

Mistio necessarij, & contingentis in secunda figura.

CAPVT XVIII.

S*I autẽ hæc quidẽ propositionũ ex necessitate, illa uerò contingere significat, priuatiua quidem necessaria, erit*

syllogismus nõ solùm quoniã cõtingit nõ inesse,sed et quoniã nõ inest:affirmatiua autẽ nõ erit.Ponatur aũt a b quidẽ nulli inesse ex neceßitate,c aũt omni cõtingere,cõuersa ergo priuatiua,& b nulli a inerit: a autẽ omni c cõtingebat. Fit igitur rursum per primã figurã syllogismus:quoniã b, cõtingit nulli c inesse.Simul autem manifestũ quoniã neq; inest b,nulli c.ponatur enim inesse:ergo si a nulli b contingit,b autẽ inest alicui c,a,alicui c nõ cõtingit:sed omni ponebatur cõtingere.Eodẽ aũt modo ostẽdetur, & si ad c ponatur priuatiuũ.Rursum. Sit prædicatiua qdẽ necessaria, altera aũt priuatiua,& cõtingens:& a b contingat nulli,c autẽ omni insit ex neceßitate : sic ergo habẽtibus se terminis,nullus erit syllogismus:accidit enim b ex neceßitate non inesse c.Sit enim a quidẽ albũ,in quo autẽ b,homo : in quo uerò c,cygnus:ergo albũ cygno qdẽ ex neceßitate inest:homini aũt cõtingit nulli,& homo nulli cygno ex neceßitate. Quoniã igitur eius quod est cõtingere non est syllogismus, manifestũ est : nam ex neceßitate non erat contingens.Sed tamen nõ necessarij:nã necessariũ aut ex utrisq; necessarijs, aut ex priuatiua necessaria cõtingebat. Amplius & poßibile est ijs positis b inesse c.Nihil enim prohibet c quidem sub b esse:a aũt,b quidẽ omni cõtingere:c uerò ex neceßitate inesse:ut sit quidẽ c uigilia,b autẽ animal,in quo autẽ a, motus.Nã uigilãti quidẽ ex neceßitate inest motus:animali autem nulli cõtingit,& omne uigilans animal. Manifestũ ergo quoniã nõ eius quod est nõ inesse:siquidẽ sic se habentibus terminis, necesse est inesse:neq; aũt oppositarũ affirmationũ,quare nullus erit syllogismus.Similiter autẽ ostẽdetur,& ecõuerso posita affirmatiua. Si autẽ similis figuræ sint propositiones,cùm priuatiuæ sint,semper fit syllogismus,

logiſmus,conuerſa ſecundùm cõtingere propoſitione,quẽadmodũ in prioribus.Si ſumatur enim a,b quidẽ ex neceſſitate nõ ineſſe,c autẽ contingere non ineſſe,cõuerſis autem propoſitionibus b quidẽ nulli ineſſe a:a autẽ omni c contingit:fit igitur prima figura:& ſi ad c ponatur priuatiuũ ſimiliter. Si autẽ prædicatiuæ ponãtur,nõ erit ſyllogiſmus: nam eius quod eſt nõ ineſſe,aut eius quod eſt ex neceßitate nõ ineſſe,manifeſtũ quoniã non erit,eo quòd non ſumpta ſit priuatiua propoſitio,neq; in eo quod eſt ineſſe,neq; in eo quod eſt ex neceßitate ineſſe,ſed neq; eius quod eſt contingere non ineſſe:ex neceßitate enim ſic ſe habentibus,b non inerit c:ut ſi a quidẽ ponatur albũ,in quo autem b,cygnus: in quo autem c,homo:neq; oppoſitarũ affirmationũ, quoniam oſtenſum eſt b ex neceßitate non ineſſe c: nõ ergo fit ſyllogiſmus omnino. Similiter autẽ ſe habebit,& in particularibus ſyllogiſmis. Quãdo aũt fuerit priuatiua,& uniuerſalis,& neceſſaria,ſemper erit ſyllogiſmus, & eius quod eſt cõtingere non ineſſe,& eius quod eſt non ineſſe: demõſtratio autem per conuerſionem.Quãdo aũt affirmatiua,nunquam: eodem autem modo oſtendetur quo & in uniuerſalibus,& per eoſdem terminos. Nec quãdo utræq; ſumũtur affirmatiuæ:nã & huius eadem demõſtratio,quæ & prius.Quãdo utræq; quidem priuatiuæ,uniuerſalis aũt, & neceſſaria,quæ nõ ineſſe ſignificat, per ea quidem,quæ ſumpta ſunt,nõ erit neceſſariũ:cõuerſa aũt ſecũdùm contingere propoſitione,erit ſyllogiſmus,quẽadmodũ in prioribus. Si aũt utræq; indefinitæ,uel particulares ſumantur,non erit ſyllogiſmus:demõſtratio aũt eadẽ,& per eoſdem terminos.Manifeſtũ igitur ex prædictis quoniã priuatiua quidẽ uniuerſalis poſita neceſſaria,ſemper fit ſyllogiſmus,

mus, nõ solùm eius, quod est cõtingere nõ inesse, sed & nõ inesse: affirmatiua aũt, nũquã. Et quoniã eodẽ modo se habentibus & in necessarijs, & in ijs quæ insunt: fit et nõ fit syllogismus. Palàm & *quoniã imperfecti oẽs sunt syllogismi, & quoniã omnes perficiũtur per prædictas figuras.*

De syllogismis ex ambabus contingentibus in tertia figura.

CAPVT XIX.

IN *postrema autem figura, & utrisq; cõtingentibus, & altera erit syllogismus. Quãdo ergo cõtingere significãt propositiones: et cõclusio erit cõtingẽs. Et quãdo hæc quidem contingere, illa uerò inesse: similiter erit syllogismus. Quãdo aũt altera ponitur necessaria, si affirmatiua quidẽ, non erit cõclusio, neq; neceßaria, neq; inesse. Si autẽ priuatiua: eius quod est nõ inesse erit syllogismus, quẽadmodum in prioribus. Sumendũ autẽ & in his similiter, quod est in conclusionibus contingens.* * *Sint ergo primum cõtingentes: & a & b contingant omni c inesse: quoniã ergo conuertitur affirmatiua particulariter, b autẽ omni c cõtingit, & c alicui b contingit: quare si a quidẽ omni c cõtingit, c autem alicui b, & a, alicui b contingit: fit enim prima figura. Et si a quidem cõtingit nulli c, inesse, b autẽ omni c contingat: necesse est a alicui b contingere nõ inesse: erit enim rursum prima figura per cõuersionẽ. Si aũt utræq; priuatiuæ ponãtur, ex his quidẽ quæ sumpta sunt nõ erit necessarium: cõuersis autẽ propositionibus erit syllogismus, quẽadmodũ in prioribus. Si enim a & b cõtingunt c nõ inesse, si trãsmutatur cõtingere nõ inesse: rursum erit prima figura per cõuersionem. Si autem hic quidem terminorũ est uniuersalis, ille uerò particularis, eodem modo se habentibus*

* Quia scilicet aliquando pro contingenti nõ necessario, & aliquando pro cõtingenti cõmuni desumitur.

tibus terminis quo inesse: & erit, & non erit syllogismus. Cõtingat enim a q̃dẽ omni c: b autẽ alicui c inesse: erit ergo rursum prima figura particulari ꝑpositione cõuersa: nã si a omni c, c autẽ alicui b, & a alicui b contingit. Et si ad b c ponatur uniuersale. Similiter aũt & si a c quidẽ priuatiua sit, b c aũt affirmatiua: erit unũ rursum prima figura per cõuersionẽ: si aũt utraq; priuatiuæ ponantur, hæc q̃dẽ uniuersaliter, illa uerò particulariter, per ea q̃dẽ quæ sumpta sunt nõ erit syllogismus: cõuersis aũt propositionibus erit, quemadmodũ in prioribus. Quando aũt utraq; indefinitæ, uel particulares sumũtur, nõ erit syllogismus: etenim necesse est a omni b, & nulli inesse. Termini inesse, animal, homo, albũ: nõ inesse, equus, homo, album: medium, album.

Mistio cõtingentis & inesse in tertia figura.

CAPVT XX.

Hoc caput ex xv. c. lucem capit.

SI *autẽ hæc quidẽ propositionũ inesse, illa autẽ cõtingere significet, cõclusio quidẽ erit quoniã cõtingit, & nõ quoniã inest: syllogismus autẽ erit eodẽ modo se habẽtibus terminis, quo & in prioribus. Sint enim primũ prædicatiuæ, & a quidẽ omni c insit: b autẽ omni c cõtingat: cõuersa ergo b c erit prima figura, & cõclusio quoniã cõtingit a alicui b inesse: cùm enim altera ꝑpositionũ in prima figura significabit contingere, & cõclusio erit cõtingens. Similiter autẽ & si b c, quidẽ inesse: a c aũt cõtingit inesse. Et si a c quidẽ priuatiua, b c aũt prædicatiua, insit aũt alterutra utrinq;: cõtingẽs erit cõclusio: fit enim rursum prima figura. Ostensum est aũt quoniã si altera propositio significet cõtingere in prima figura, & cõclusio erit cõtingens. Si aũt cõtingens priuatiua ponatur ad minorẽ extremitatem, uel si utraq; ponatur priuatiua, per ea quidẽ quæ posita*

posita sunt nõ erit syllogismus:cõuersis autẽ erit,quemad=modũ & in prioribus.Si aũt hæc quidem propositionũ sit uniuersalis,illa uerò particularis,utrisq; qdẽ prædicatiuis, aut uniuersali quidẽ priuatiua,particulari aũt affirmatiua, idem modus erit syllogismorũ:oẽs enim claudũtur per pri=mam figurã.Quare manifestũ quoniã eius quod est cõtin=gere,& nõ eius quod est inesse,erit syllogismus.Si aũt affir matiua quidẽ uniuersalis,priuatiua autem particularis,per impoßibile erit demõstratio.Insit enim b quidem omni c,a autẽ cõtingat alicui c nõ inesse,necesse est ergo a alicui b cõtingere nõ inesse:nã si omni b inest a ex neceßitate,b aũt omni c positũ est inesse,a omni c ex neceßitate inerit.Hoc autem ostensum est prius,sed positum est alicui contingere non inesse.Quãdo autẽ indefinitæ,uel particulares sumun=tur utræq;,non erit syllogismus:demonstratio autẽ eadem quæ & in uniuersis,& per eosdem terminos.

Mistio necessarij,& cõtingẽtis in tertia figura.

CAPVT XXI.

SI autẽ est hæc quidẽ propositionũ necessaria,illa uerò cõtingens,si prædicatiui qdẽ sunt termini,semper eius quod est cõtingere erit syllogismus.Quãdo aũt fuerit hic quidẽ prædicatiuus,ille autẽ priuatiuus,si sit affirmatiuus quidẽ necessarius,eius erit quod est cõtingere non inesse:si autẽ priuatiuus,et eius quod est cõtingere nõ inesse,& eius quod est nõ inesse:eius aũt quod est ex neceßitate nõ inesse non erit syllogismus:quemadmodũ & in alijs figuris. Sint ergo prædicatiui termini primùm:& a,c quidẽ omni insit ex neceßitate:b autẽ omni c cõtingat inesse:quoniã ergo a omni c necessariò inest,c autẽ,alicui b cõtingit,& alicui b cõtingens erit,& nõ inerit:sic enim accidit in prima figu=ra.Simi

Hoc caput. c. xvj. quodam modo subla-ternum est.

ra. Similiter autē oſtēdetur, & ſi b c quidē ponatur neceſſaria: a c aūt cōtingens. Rurſum ſit hoc quidē prædicatiuū, illud uerò priuatiuū, neceſſariū aūt prædicatiuū: & a quidē contingat nulli c ineſſe: b autem omni inſit ex neceßitate c: erit ergo rurſum prima figura, & cōcluſio cōtingens, ſed nō ineſſe. Nā priuatiua ꝑpoſitio cōtingere ſignificat. Manifeſtū eſt igitur quoniā cōcluſio erit cōtingens: cùm enim ſic ſe habebāt propoſitiones in prima figura, & concluſio erat cōtingens. Si aūt priuatiua ſit ꝑpoſitio neceſſaria: & cōcluſio erit, quoniā cōtingit alicui nō ineſſe, & quoniā nō ineſſe. Ponatur enim a nō ineſſe, c ex neceßitate: b autem omni c cōtingere, conuerſa ergo b c affirmatiua, prima erit figura, & neceſſaria priuatiua propoſitio. Cùm autē ſic ſe habebāt propoſitiones, accidebat a, & contingere alicui c non ineſſe, & nō ineſſe: quare & a neceſſe eſt alicui b non ineſſe. Quādo autē priuatiuū ponitur ad minorem extremitatem, ſi cōtingens quidē, erit ſyllogiſmus trāſſumpta propoſitione, quēadmodū & prioribus. Si autē neceſſarium: nō erit. Etenim neceſſe eſt omni, & nulli cōtingat ineſſe. Termini omni ineſſe: ſomnus, equus, dormiens homo. Nulli ineſſe, ſomnus, equus, uigilās homo. Similiter autē ſe habebit, & ſi hic quidē terminorū ſit uniuerſalis, ille aūt particularis ad medium: nam ſi utriq; ſint prædicatiui, eius quod eſt cōtingere, & nō eius quod eſt ineſſe, erit ſyllogiſmus. Et quādo hoc quidē priuatiuū ſumetur, illud uerò affirmatiuū, neceſſariū autē affirmatiuū, huius quod eſt contingere. Quādo aūt priuatiuū neceſſariū, & cōcluſio erit quod eſt nō ineſſe: nam idem modus erit demōſtrationis, & cùm uniuerſales & non uniuerſales ſunt termini. Neceſſe eſt enim ꝑ primā figurā perfici ſyllogiſmos: quare in illis, & in

In multis exemplarib⁹ hæc verba, & quo non ineſſe deſunt, in Græco tamen habentur.

& in his necessariũ accidere. Quando autẽ priuatiuũ uniuersaliter sumptũ ponitur ad minorẽ extremitatem, si contingens quidẽ, erit syllogismus per cõuersionẽ: si autem necessariũ sit, nõ erit: ostendetur autẽ eodẽ modo quo & in uniuersalibus, & per eosdẽ terminos. Manifestũ ergo & in hac figura quãdo, & quomodo erit syllogismus, & quãdo eius quod est contingere, & quando eius quod est inesse.

Palàm autem & quoniam omnes imperfecti, & quoniam perficiuntur per primam figuram.

De syllogismo ostensiuo.

CAPVT XXII.

QVoniã igitur qui in his figuris sunt syllogismi, perficiuntur per eos qui in prima figura sunt uniuersales syllogismos, & in hos reducũtur, palàm ex dictis. Quoniã autẽ simpliciter omnis syllogismus sic se habebit, nunc erit manifestũ, cũ ostensus fuerit omnis qui fit, per aliquã harũ figurarũ fieri. Necesse est ergo omnẽ demõstrationẽ, & omnem syllogismũ aut inesse quid, aut non inse mõstrare.

Et hoc aut uniuersaliter, aut particulariter. Amplius aut ostensiuè, aut ex hypothesi. Eius autẽ quod est ex hypothesi, pars est per impoßibile. Primùm ergo dicemus de ostensiuis: his enim ostẽsis, manifestũ erit & de ijs qui ad impoßibile, & omnino de ijs qui ex hypothesi.

Si ergo oporteat a de b syllogizare, uel inesse, uel non inesse: necesse est sumere aliqd de aliquo. Si ergo a sumatur de b, quod ex principio erit sumptũ, si aũt a de c, c autẽ de nullo alio, nec aliud de illo c neq; de a, alterũ, neq; de altero, a: nullus erit syllogismus: nã in eo quod unũ de uno sumitur, nihil accidit ex neceßitate: quare aßumenda est altera ppositio. Si igitur sumatur a de alio, aut aliud de a, aut de c alterum,

rum, esse quidē syllogismū nihil prohibet: ad b autē nō erit per ea quæ sumpta sunt: nec quando c inest alteri, & illud alij, & hoc alteri, nō copuletur autē ad b, nec sic erit ad b syllogismus ipsius a. Omnino enim dicimus quoniā *nullus nunquam erit syllogismus alius de alio, non sumpto aliquo medio, quod ad utrunq; se habet quoquomodo prædicationibus. Nā syllogismus quidē simpliciter ex ꝑpositionibus est. ad hoc aūt syllogismus ex* propositionibus *quæ ad hoc, qui autē est huius ad hoc, per propositiones huius ad hoc. impoßibile est autē ad b sumere propositionem, nihil neq; prædicātes de eo, neq; negantes: aut rursum eius quod est a ad b, nihil cōmune sumētes, sed utriusq; ꝓpria quædā prædicātes, aut negātes: quare sumendū, utriusq; quod copulet prædicationes: si erit huius ad hoc syllogismus,* Ergo *si necesse est aliquod sumere ad utrūq; cōmune, hoc aūt cōtingit tripliciter: aut enim a de c, & c de b prædicantes, aut c de utrisq;, aut utraq; de c: hæ aūt sunt tres dictæ figuræ.* Mani*festū quoniā omnē syllogismū necesse est fieri ꝑ aliquā harum figurarū. Nā eadē ratio est & si per plura copuletur ad b, eadem enim erit figura & in pluribus.* Quoniā *igitur ostensiui terminātur per prædictas figuras, manifestū est.*

Auxesis negationum,

De syllogismo ex hypothesi.

CAPVT XXIII.

QVoniam *autē & qui ad impoßibile, palàm erit per hæc: oēs enim qui per impoßibile cōcludunt, falsum quidē syllogizāt: quod aūt ex principio erat, ex hypothesi demōstrāt, quādo aliquid accidit impoßibile posita contradictione, ut quoniā diameter est asymeter, eò quòd fiūt abūdātia æqualia perfectis, posito symetro: ergo æqualia quidē fieri abūdātia pfectis syllogizāt: aßymetrū*

De syllogismis ex hypothesi, quos cōditionales appellamus, prædicatorijs, intelligit vbique Aristoteles.

autem

autem esse diametrum, ex hypothesi mõstrant, quoniã falsum accidit, ppter cõtradictionẽ. Hoc enim fuit per impossibile syllogizare, ostẽdere aliquid impoßibile, ppter priorem hypothesim. Quare quoniã falsus fit syllogismus ostẽsiuus in his quæ ad impoßibile deducũtur, quod autẽ est ex principio, ex hypothesi mõstratur: ostẽsiuos autẽ diximus prius quoniã p has terminãtur figuras, manifestũ quoniã et per impoßibile syllogismi per has erũt figuras. Similiter aũt & alij oẽs qui sunt ex hypothesi. in omnibus his enim syllogismus qdẽ fit ad transsumptũ: quod autẽ est ex principio, terminatur per cõfeßionẽ, aut per aliquã aliã hypothesin. Si aũt hoc uerũ: necesse est omnẽ demõstrationẽ, & omnẽ syllogismũ fieri per tres prædictas figuras. Hoc autẽ ostenso, palàm quoniã omnis syllogismus perficitur p primam figurã, & reducitur in huius uniuersales syllogismos.

De qualitate, & quantitate terminorum syllogismi.

CAPVT XXIIII.

Amplius autẽ in omnibus oportet aliquẽ terminorũ prædicatiuũ esse & uniuersale: sine uniuersali enim nõ erit syllogismus: aut nõ ad hoc quod positũ est, aut quod ex principio est petet. Ponatur enim musicã uoluptatẽ esse studiosam, si ergo poposcerit uoluptatẽ esse studiosam, nõ addens omnẽ, nõ erit syllogismus: si aũt aliquã uoluptatem esse studiosam: si aliã quidẽ, nihil ad hoc quod positũ est: si autẽ eandẽ, quod ex principio erat, sumit. Magis autem fit manifestũ in figuris: ut quoniã æquicruris æquales sunt anguli, qui sunt ad basim: sint enim in cẽtrũ ductæ a b, si ergo æqualẽ sumpserit a c angulũ ei, qui est b d, nõ omnino petens æquales eos qui sunt semicirculorũ: et rursum c ei, qui est d,

Isocheles, qui Latinè æquicrurus dicitur, est triangulus duorum æqualium laterum.

est d,nō omnē assumens eum qui est incisionis. Amplius, ab æqualibus existentibus totis angulis, æqualibus demptis, æquales esse reliquos, scilicet e f: quod ex principio est petet, nisi sumat ab omnibus æqualibus, æquis demptis, æqualia relinqui. Manifestū igitur quoniam in omni syllogismo oportet uniuersale esse. Et quoniā uniuersale quidē ex omnibus terminis uniuersalibus mōstratur: particulare aūt & sic, & aliter. Quare si conclusio sit uniuersalis, & terminos necesse est uniuersales esse: si aūt uniuersales sint termini, cōtingit cōclusionē nō uniuersalem esse. Palàm etiam quoniā in omni syllogismo aut utranq;, aut alterā propositionem similē necesse est fieri cōclusioni: dico aūt nō solùm in eo quòd affirmatiua sit, uel negatiua, sed in eo quòd necessaria aut inesse, aut cōtingens: cōsiderare autem oportet & alia prædicamēta. Manifestū aūt & simpliciter quādo erit, & quando non erit syllogismus, & quando perfectus: & quoniam si est syllogismus, necessarium est habere terminos secundùm aliquem dictorum modorum.

De numero termiuorum syllogismi.

CAPVT XXV.

Palàm autē & quoniā omnis demōstratio erit per tres terminos, & nō per plures, nisi per alia & alia eadē cōclusio fiat: ut e per a b, & per c d: aut per a b, & a c, & b c: plura enim media eorundē nihil esse prohibet: hæc autem cùm sint, non unus, sed plures sunt syllogismi. Aut rursum, quādo utrūq; a b sumitur per syllogismū, ut a per d e. & rursum b per f g: aut hoc qdē inductione. illud aūt syllogismo: sed & si plures erūt syllogismi, plures enim cōclusiones sunt: ut a b & c. Si igitur nō plures, sed unus (sic autē cōtingit fieri per plura media eandē conclusionē: ut e quidem

quidẽ per a b c d) impoßibile. Sit enim cõclusio ex a b c d: ergo necesse est aliqd eorũ, aliud ad aliud sumptũ esse: hoc quidẽ ut totũ, illud uerò ut pars: hoc enim ostẽsum est prius quoniã si est syllogismus, necesse est sic aliquos se habere terminorũ. Habeat se ergo a sic ad b: est itaq; aliqua ex eis cõclusio: aut ergo e, aut alterũ eorũ quæ sunt c d, aut alterũ aliud quidẽ præter hæc. Et si e quidẽ: ex a b tãtum, erit syllogismus. c d aũt quidẽ se habeãt sic, ut sit hoc quidẽ ut notum, illud uerò ut pars, erit aliquid ex illis aut e, aut aliquid eorũ quæ sunt a b, aut alterũ aliud quidẽ præter hæc. Et si e quidẽ, aut eorũ quæ sunt a b alterũ: aut plures erunt syllogismi, aut (ut cõtingebat) idẽ per plures terminos cõcludi accidit: si autẽ aliud quidẽ præter hæc, plures erũt & incõiuncti syllogismi adinuicem: si autẽ nõ sic se habeat c ad d ut faciat syllogismũ, uanè erũt sumpta, nisi inductiõis aut celationis, aut alicuius alius taliũ gratia. Si autẽ ex a b non e, sed alia quædã fiat cõclusio, ex c d autẽ aut horũ alterũ, aut aliud præter hæc: & plures fiũt syllogismi, & nõ eius quod positũ est, Ponebatur enim eius quod est e esse syllogismũ. Si autẽ nõ fiat ex c d nulla cõclusio, & uanè sumpta esse ea accidit, & non eius quod est ex principio esse syllogismum. Quare manifestum: quoniam omnis demõstratio, & omnis syllogismus, erit per tres terminos solos.

Auxesis negationum.

De numero propositionũ, & prosyllogismis.

CAPVT XXVI.

Hoc autem manifesto: palàm quoniam & ex duabus propositionibus, & non pluribus: nam tres termini, duæ sunt propositiones: nisi assumatur aliquid (quẽadmodum in prioribus dictum est) ad perfectionẽ syllogismorũ. Manifestũ igitur quãdo ut in oratione syllogistica non pa-

*res sunt propositiones, per quas fit conclusio principalis (quasdā enim superiorū cōclusionū necessariū est esse propositiones) hæc oratio aut nō syllogistica est, aut plura necessarijs interrogauit ad positionē. Secūdùm igitur principales ꝓpositiones sumptis syllogismis: omnis syllogismus erit ex ꝓpositionibus quidē perfectis, ex terminis aūt abūdantibus: uno enim plures termini ꝓpositionibus: erūt autē & cōclusiōes dimidietas propositionū. Quando aūt per * prosyllogismos cōcluditur, aut per plura media non continua, ut a b per c d: multitudo qdē terminorū similiter uno superabit propositiones: aut enim extrinsecus, aut medium ponetur intercidens terminus, utrinq; aūt accidit uno minus esse interualla quàm terminos: ꝓpositiones autē æquales sunt interuallis. Nō tamen hæ quidem semper perfectæ erunt, illi uerò abundantes, sed permutatim: quia cùm propositiones quidē sunt perfectæ, abundantes erunt termini: cùm uerò termini perfecti, abundātes erunt propositiones. simul enim termino addito, una additur propositio, undecunq; addatur terminus. Quare quoniā hæ propositiones quidem perfectæ, illi uerò abundātes erāt, necesse est transmutare eadē, additione facta. Cōclusiones autē, nō etiā eundem habebunt ordinem neq; ad terminos, neq; ad propositiones: uno enim termino addito, cōclusiones adiūgētur uno pauciores præ existentibus terminis: ad solum enim ultimū non facit conclusionem, ad alios autem omnes. Vt si eis quæ sunt a b c, adiacet d, statim & conclusiones duæ adiacent, quæ ad a, & ad b: similiter autem & in alijs. Si autem ad medium intercidat: eodem modo: ad unum enim solùm nō faciet syllogismum: quare multò plures conclusiones erūt & terminis, & propositionibus.*

Cùm syllogismi cuiuspiā ꝓpositio, aut assumptio syllogismo colligitur, is syllogismus prosyllogism⁹ & prætratiocinatio nūcupatur.

De pro-

De problematis, hoc eſt propoſitis in vnaquaq; figura facilè, & difficilè conſtruendis & deſtruendis.

CAPVT XXVII.

QVoniā autē habemus ex quibus ſyllogiſmi, & quale in unaquaq; figura, et quot modis mōſtratur: manifeſtū nobis eſt, & quæ propoſitio facilè, & quæ difficilè argumentabilis eſt. Nā quæ in pluribus figuris, & per plures caſus cōcluditur, facilis: quæ autē in paucis, & per pauciores, difficilius argumētabilis. Ergo *affirmatiua quidē uniuerſalis per primā tantum figurā mōſtratur, & per hanc * ſimpliciter.* Priuatiua *uerò & per primam, et per mediā: per primā quidē ſimpliciter, per mediā autē dupliciter.* Particularis *aūt affirmatiua per primā, & per poſtremā: ſimpliciter quidē per primā, tripliciter autē per poſtremā.* Priuatiua *uerò particularis in omnibus figuris mōſtratur: uerùm in prima quidē ſemel, in media autē, & poſtrema, in illa quidē dupliciter, in hac uerò tripliciter. Manifeſtū ergo quoniā uniuerſalē affirmatiuā conſtruere quidē difficillimū, deſtruere autē facillimū: omnino autē eſt interimēti quidē, uniuerſalia quàm particularia facilius.* Etenim *ſi nulli, & ſi alicui nō inſit, interemptū eſt. horū aūt alicui q̄dē nō, in omnibus figuris mōſtratur: nulli autē in duabus.* Eodē *autē modo & in priuatiuis: etenim ſi omni, & ſi alicui: interēptū eſt quod ex principio.* Hoc *aūt fit in duabus figuris.* In *particularibus aūt ſimpliciter: aut omni, aut nulli oſtēdentē ineſſe.* Cōſtruenti *autē, facilius eſt particularia: nam in pluribus figuris, & per plures modos.* Omnino *aūt nō oportet latere, quoniā deſtruere quidē per ſe inuicem eſt, & uniuerſalia p particularia, & hæc p uni-*

Simpliciter, hoc eſt vnicè, quod Græcè dicitur. μοναχῶς.

uersalia: cõstruere autẽ non est per particularia, uniuersalia: per illa uerò, hæc est. Nam si omni, & alicui. Simul autẽ manifestum, quoniã destruere quàm cõstruere facilius. Quomodo ergo fit omnis syllogismus, & per quot terminos, & propositiones, & quomodo habẽtes se adinuicem, amplius aũt quæ propositio in unaquaq; figura, & quæ in pluribus, quæ in paucioribus monstratur: palã ex his quæ dicta sunt.

De abundantia propositionum.

CAPVT XXVIII.

QVomodo autem idonei erimus semper syllogizare ad propositũ, & per quã uiã sumemus circa unũquodq; principia, nunc dicendum. Nõ enim solùm fortasse oportet generationem considerare syllogismorum: sed & potestatem habere faciendi. Omniũ igitur quæ sunt, hæc quidem sunt talia, ut de nullo alio prædicentur uerè uniuersaliter: ut Cleon, & Callias, & quod singulare, & sensibile: de his autẽ alia: nam & homo, & animal uterq; horum est. Illa uerò & ipsa quidem de alijs prædicantur: de illis autem alia prius nõ prædicãtur: alia aũt & ipsa de alijs, & de his alia, ut homo de Callia, & de homine animal. Quoniã ergo quædam eorum quæ sunt, de nullo nata sunt dici, palàm: nam sensibilium penè unumquodq; est huiusmodi, ut de nullo prædicetur, nisi ut secundùm accidens: dicimus enim quandoq; album illud Socratẽ esse, & hoc ueniens Calliam. Quoniã autẽ in sursum pergẽtibus statur quãdoq;, rursum dicemus: nunc aũt sit hoc positũ: de ijs ergo prædicatum aliquod nõ est demonstrare nisi secũdùm opinionẽ, sed hæc de alijs, neq; singularia de alijs, sed alia de ipsis. Quæ autem in medio sunt, manifestum quoniam utrũq; contingit: nam & hæc de alijs, & alia de his dicuntur: & penè rationes, & considerationes

rationes sunt maximè de his. Oportet ergo propositiones circa unũquodq; horũ sic sumere supponentem, ipsum primũ & definitiones, & quæcũq; propria sunt rei: dēinde post hoc quæcunq; sequuntur rem. Et rursum quæ res sequitur, & quæcũq; nõ cõtingunt ipsi inesse: quibus autē ipsa nõ cõtingit, nõ sumēdũ, eò quòd cõuertitur priuatiua.

Diuidendũ autē est & eorũ quæ sequuntur, quæcunq; in eo quod quid est, & quæcunq; ut propria, & quæcunq; ut accidētia prædicãtur: & horũ quæ secundùm opinionē, & quæ secũdùm ueritatē. Quãtò enim pluriũ taliũ abũdauerit quis, citius inueniet cõclusionē: quãtò autē ueriorum, magis demõstrabit. Oportet autē eligere nõ quæ sequũtur aliquã, sed quæcunq; totã rem sequũtur: ut nõ quod aliquem hominē, sed quod omnē hominē sequitur: per uniuersales enim ꝑpositiones fit syllogismus. Cùm autē est indefinitũ, incertũ si uniuersalis est propositio: cùm uerò definitũ, manifestũ. Similiter autē eligendũ & quæ ipsum sequitur totũ, ꝑpter dictã causam. Ipsum aũt quod sequitur, nõ est sumēdũ totũ sequi: dico ut hominē omne animal: aut musicã, omnē disciplinã, sed simpliciter solùm sequi, quēadmodũ & prætēdimus: etenim innutile alterũ, & impoßibile: ut omnē hominē esse omne animal, uel iustitiã, omne bonum: sed cui cõsequēs est, in illo omni esse dicitur. Quando aũt ab aliquo cõtinetur subiectũ, cuius cõsequētia oportet sumere: quæ uniuersale qdē sequũtur, uel nõ sequũtur: non eligēdũ in his, sumpta enim sunt in illis: quæcũq; enim animal, & hoiem, sequũtur, & quæcũq; nõ animali insunt, similiter. Quæ autē in unoquoq; sunt propria, sumēdũ: sunt enim quædã speciei ꝑpria præter genus: necesse est enim diuersis speciebus ꝑpria quædã inesse. Neq; autē uniuersale

eligendum

eligendũ ijs quæ ſequitur quod cõtinetur:ut animal ijs quæ ſequitur homo:neceſſe eſt enim ſi hominẽ ſeq̃tur animal,et hæc omnia ſequi:cõueniẽtiora aũt hæc hominis electioni. Sumẽdũ autẽ & quæ plerũq; ſequũtur ea quæ cõſequũtur:nã & ꝓblematibus quæ plerũq;:& ſyllogiſmus ex ꝓpoſitionibus,quæ plerũq; aut omnibus,aut aliquibus.ſimilis enim eſt uniuſcuiuſq; concluſio , principijs. Amplius quæ omnibus ſequẽtia ſunt,nõ eligẽdũ:nõ erit ſyllogiſmus ex ipſis:ob quã autẽ cauſam,in ſequẽtibus erit manifeſtũ.

Medij ſyllogiſmorũ inueniendi regulæ.

CAPVT XXIX.

Conſtruere ergo uolentibus aliq̃d de aliquo toto,eius q̃dẽ quod cõſtruitur inſpiciẽdum ad ſubiecta de q̃bus ipſum dicitur:de quo autẽ oportet prædicari,quæcũq; hoc ſequũtur.Si enim aliquod horũ ſit idẽ,alterũ alteri neceſſe eſt ineſſe. Si aũt nõ quoniã omni,ſed quoniã alicui,quæ ſeq̃tur utrũq;:ſi enim aliquod horũ idẽ fuerit,neceſſe eſt alicui ineſſe. Quãdo aũt nulli oporteat ineſſe,cui q̃dẽ oportet non ineſſe,ad ſequẽtia ſubiecti:quod aũt oportet nõ ineſſe,inſpiciendũ ad ea quæ nõ cõtingunt illi adeſſe.Aut cõuerſim cui q̃dẽ oportet nõ ineſſe,ad ea quæ nõ cõtingũt eidem adeſſe:quod uerò nõ ineſſe:inſpiciẽdũ ad ſequẽtia. Nã ſi hæc ſint eadẽ utrorũq;,nulli cõtingit alteri alterũ ineſſe: fit enim quãdoq; q̃dẽ in prima figura ſyllogiſmus,quãdoq; aũt in media. Si aũt alicui nõ ineſſe,cui q̃dẽ oportet non ineſſe,quæ cõſeq̃tur:quod uerò nõ ineſſe,quæ nõ poßibile eſt illi ineſſe.Si enim aliquid horũ ſit idẽ : neceſſe eſt alicui nõ ineſſe. Magis autem fortaſſe erit ſic,unũquodq; eorũ quæ dicta ſunt manifeſtũ.Sint enim ſequẽtia q̃dẽ a,in q̃bus b:quæ autẽ ipſum ſeq̃tur,in q̃bus c:quæ autẽ nõ cõtingunt

ei ineſſe

ei inesse, in quibus d: rursum autē ipsi e quæ quidē insunt: in quibus f: quæ aūt ipsum sequitur, in quibus g: quæ autē nō cōtingunt eidē inesse, in quibus h. Si ergo eidem aliquid eorū quæ sunt e, alicui eorū quæ sunt f: necesse est a, omni e inesse: nā f quidē, omni e, e autē omni a, quare omni e inest. Si autē e & g idē, necesse est alicui e inesse a: nā id quod est e, a: id uerò quod est g, e, omne cōsequitur. Si autē f & d sint idem: nulli e inerit ex prosyllogismo: quoniam enim cōuertitur priuatiua, & f ei quod est d idem, nulli f inerit a: f autem omni e. Rursus si b & h idem: nulli e inerit a: nā b, a quidem omni: ei autem in quo e, nulli inerit. Idē enim erat ei quod est h, b: h autem nulli e inerat. Si autem g & d idē, a alicui e nō inerit: nā ei quod est g, nō inerit a, quoniā neq; d: g autē sub e est, quare alicui e nō inerit. Si autē g & h idē, cōuersus erit syllogismus: nā g, inerit omni a, nā h ei quod est a: e autem ei quod est h, idem enim erat ei quod est g: a aūt ei quod est e, omni quidē nō necessariū est inesse, alicui autē necessariū: eò quòd cōuertatur uniuersale prædicatiuū in particulare. Manifestum ergo quoniā ad prædicta perspiciendū utrinq; in unaquaq; quæstione: per hæc enim oēs syllogismi. Oportet autem & sequentiū, & quibus sequitur singulū, ad prima & uniuersalia maximè inspicere: ut equidem magis ad k f, quàm ad f solùm: a autē ad k e magis, quàm ad e solū. Si enim ei quod est k f inest a, & ei quod est f inest, & ipsi e: si uerò hoc nō sequitur a, poßibile est id quod est f sequi. Similiter autē & in quibus idē sequitur, cōsiderādū: nā si primis, & ijs quæ sub ipsis sunt, sequitur: si autē nō his, & ijs quæ sub ipsis sunt, poßibile. Palàm autem quoniā per tres terminos, & duas propositiones cōsideratio, & per prædictas figuras syllogismi

gismi omnes: monstratur enim omni quidem e inesse a, quã do eorum quæ sunt c f, idem quiddã sumitur: hoc autem erit mediũ, extremitates autem a & e: fit enim prima figura. Alicui autem, quando c & g sumitur idẽ: hoc autẽ postrema figura, medium enim fit g. Nulli uerò, quãdo d & f idem: sic autem & prima figura, & media: prima quidem, quoniam nulli f inest a: siquidẽ cõuertitur priuatiua: f autem, omni e. Media aũt quoniã d a quidẽ nulli: e autẽ omni inest. Alicui autẽ nõ inesse, quãdo d & g idem fuerit: hæc autẽ postrema figura: nam a quidem nulli g inerit, e uerò omni g: manifestũ igitur est quoniam per prædictas figuras omnes syllogismi. Et quoniam non eligendum quæcunq; omnibus sequũtur, eò quòd nullus fiat syllogismus ex ipsis: nam construere quidẽ non omnino erat ex sequentibus: priuare autem non contingit per ea, quæ omnibus sequuntur: oportet enim huic quidẽ inesse, illi uerò non inesse. Manifestum autem quoniam, & aliæ considerationes quæ secundùm electiones, inutiles ad faciendum syllogismum. Vt si sequentia utrunque eadem sint, aut quæ sequitur a, & quæ non contingit e inesse: aut rursum quæcunq; non poßibile est utrique inesse. non enim fit syllogismus per hæc. Nam si sequẽtia sint eadem, ut b & f, media fit figura prædicatiuas habens utrasque ꝓpositiones. Si autem ea quæ sequitur a, & quæ non contingit e, ut c, & h, prima erit figura priuatiuã habẽs propositionẽ ad minorem extremitatem. Si aũt quæcũq; non contingunt utriq; ut d & h: priuatiuæ utræq; propositiones erunt, uel in prima figura, uel in media. sic aũt nullo modo erit syllogismus. Palàm aũt & quæ eadem, sumendũ secundùm considerationẽ, & non quæ diuersa, uel cõtraria: primum quidem quoniam medij gratia, inspectio: medium autem non diuersum, sed idẽ

oportet

oportet sumere. Deinde & in quibus accidit fieri syllogismum quòd sumantur contraria, aut non contingentia eidem inesse, in prædictos omnia reducuntur modos. Vt si b & f sint contraria, aut non cõtingant eidem inesse: erit enim his sumptis syllogismus, quoniã nulli inest a, sed nõ ex ipsis, sed ex prædicto modo: nam b, a quidem omni, e autẽ nulli inerit: quare necesse est b, idem esse alicui eorum, quæ sunt h. Rursum si b & g nõ possint eidẽ adesse, erit quoniã alicui e non inerit a: nam & sic media erit figura: nam b a quidẽ omni, g uerò nulli inerit. quare necesse est g idem esse alicui eorum quæ sunt d: nam non contingere g & b eidem inesse nihil differt, aut g alicui d idem esse. omnia enim sumpta sunt in d, quæ non contingunt a inesse. Manifestum ergo quoniam ex istis quidem inspectionibus nullus fit syllogismus: & si b & f sint contraria, idem esse b, alicui h, & syllogismum semper fieri per hæc. Accidit ergo sic inspiciẽtibus considerare uiã aliam necessariam, eò quòd quandoque latet identitas horũ quæ sunt b & h.

De syllogismis assertorijs, ad impossibile, & reliquis, qui ex hypothesi.

CAPVT XXX.

EOdem aũt modo se habẽt & qui ad impossibile deducunt syllogismi, ostensiuis: nã & ipsi fiunt per ea quæ sequũtur, & quibus sequitur utrũq;. Et eadẽ cõsideratio in utrisq;: nã quod monstratur ostensiuè, et per impossibile est syllogizare, & per eosdem terminos, & quod per impossibile, & ostensiuè. Vt quoniã a, nulli e inest: ponatur enim alicui inesse: ergo quoniã b omni a, a aũt, alicui e, & b alicui e inerit: sed nulli inerat. Rursum quoniã alicui inest a: si enim nulli e inest a, e autẽ omni g, nulli g inerit a, sed omni inerat.

Similiter

Propositũ dicitur præcipua conclusio.

Similiter aũt eſt in alijs ꝓpoſitis: ſemper enim erit in omnibus per impoßibile oſtẽſio, ex ſequẽtibus, & quibus ſequitur utrũq;. Et in unoquoq; propoſito: eadẽ conſideratio & oſtẽſiuè uolẽti ſyllogizare, & ad impoßibile ducere: nã ex eiſdẽ terminis utræq; demonſtrationes. Vt ſi oſtenſum eſt nulli e ineſſe a: quoniã accidit & b alicui e ineſſe, quod eſt impoßibile. Si ſumptũ ſit e qdẽ nulli b, a aũt omni b ineſſe, manifeſtũ eſt enim quoniã nulli e inerit a. Rurſum ſi oſtenſiuè ſyllogizatũ ſit a, ineſſe nulli e: ſuppoſitis ineſſe per impoßibile mõſtrabitur nulli ineſſe. ſimiliter autẽ & in alijs. In omnibus enim neceſſe eſt ijs qui per impoßibile cõmunẽ aliquẽ ſumere terminũ aliũ a ſubiectis, ad quẽ erit mẽdacij ſyllogiſmus: quare cõuerſa ea ꝓpoſitiõe, altera autẽ ſimiliter ſe habẽte, oſtenſiuus erit ſyllogiſmus p eoſdẽ terminos. Differt aũt oſtenſiuus ab eo, qui ad impoßibile: quoniã in oſtẽſiuo ſecũdum ueritatẽ ambe propoſitiones ponũtur: in eo autẽ qui ad impoßibile, falſa una. hæc uerò erũt magis manifeſta p ſequẽtia, quãdo de impoßibili dicemus: nũc aũt tantũ nobis ſit manifeſtũ, quoniã ad hæc perſpiciẽdum, & oſtẽſiuè uolẽtibus ſyllogizare, & ad impoßibile deducere.

Syllogiſmus mendacij dicitur ſyllogiſm⁹ ad impoſsibile, quod falſum cõcludit.

In alijs autem ſyllogiſmis quicũq; ſunt ex hypotheſi, ut quicũq; ſecũdum trãſſumptionẽ. aut ſecundum qualitatẽ in ſubiectis, nõ in prioribus: ſed in trãſſumptis erit cõſideratio, modus aũt inſpectionis idem: cõſiderare aũt oportet, et diuidere quot modis ſunt ex hypotheſi: monſtratur ergo unũquodq; ꝓpoſitorũ ſit. Eſt aũt & alio modo quædã ſyllogizare horũ, ut uniuerſalia per particularẽ inſpectionem ex hypotheſi. Si enim c & g eadẽ ſint, ſolùm g aũt ſumatur e ineſſe, omni e inerit a: & rurſum ſi g & d eadẽ, ſolũ aũt de g prædicetur e, quoniã nulli e inerit a: manifeſtum ergo

quoniam

quoniã sic inspiciendũ. Eodem autem modo & in necessarijs, & in cõtingentibus: nã eadẽ cõsideratio, & per eosdẽ terminos erit, eodemq; ordine & cõtingẽtis, & inesse syllogismus. Sumendum autem & in contingentibus & quæ non insunt, poßibilia autem inesse. Ostẽsum est enim quoniam & per hæc fit contingentis syllogismus. similiter autem se habebit & in alijs prædicationibus.

Quòd omnium scientiarũ syllogismi superioribus præceptis efficiantur.
CAPVT XXXI.

MAnifestũ ergo ex prædictis quoniã non solùm poßibile est per hanc uiã fieri oẽs syllogismos, sed etiã quoniã per aliã impoßibile. Omnis enim syllogismus ostensus est quoniã per aliquã prædictarũ figurarũ fit: has autẽ non cõtingit per alia cõstitui: quàm per sequentia, & quæ sequitur unũquodq;. ex his enim propositiones, & medij sumptio: quare nec syllogismũ poßibile est fieri per alia.

Ergo methodus quidẽ de omnibus eadẽ est: & circa philosophiam, & circa artẽ & quãlibet disciplinam. Oportet enim quæ insunt, & quibus insunt circa unũquodq; colligere, & his quàm plurimis abũdare, & hoc per tres terminos cõsiderare: destruentẽ quidẽ sic, cõstruentem uerò sic: & secũdùm ueritatem quidẽ, ex ijs quæ secundùm ueritatẽ scripta sunt inesse: ad dialecticos aũt syllogismos, ex ꝓpositionibus quæ sunt secũdùm opinionẽ. Principia aũt syllogismorum uniuersaliter quidẽ dicta sunt: & quomodo se habeant, & quomodo oportet inquirere ea: quatenus non aspiciamus ad omnia quæ dicũtur, neq; eadẽ cõstruẽtes, & destruẽtes, neq; cõstruentes de omni, aut de aliquo, destruẽtes ab omnibus, aut ab aliquibus, sed ad pauciora, & deter-

Principia syllogismorũ, termini, propositiones, figuræ.

minata. Secūdùm singulum autem eorum quæ sunt eligere: ut de bono, aut disciplina. Propria aūt in unaquaq; sunt plurima, quare principia qdē quæ sunt circa unūquodq;, experimēto est crescere, dico autem ut astrologicā quidem experientiam, astrologicæ disciplinæ: sumptis enim sufficienter apparētibus, sic inuentæ sunt astrologicæ demōstrationes. Similiter autē & circa quālibet aliam se habet & artem, & disciplinam. Quare si sumantur quæ insunt circa unūquodq;, nostrum erit iam demōstrationes promptè declarare: si enim nihil secundùm historiam omittatur eorum quæ subtiliter, & uerè insunt rebus, habebimus de omni (cuius quidem non est demōstratio) hanc inuenire, & demonstrare: cuius autem non nata est demōstratio, hoc facere manifestum. Vniuersaliter ergo quo oportet modo propositiones eligere, penè dictum est: per diligentiam autem pertransiuimus in eo negotio, quod circa dialecticam est.

De diuisione, & eius syllogismo.

CAPVT XXXII.

Qvoniā autē diuisio per genera, parua quædā particula est dictæ methodi, facile uidere: est enim diuisio uelut infirmus syllogismus: nā quod oporteat quidē ostendere petitur, syllogizatur uerò semper aliquid superiorū. Primum autē idem hoc latuit omnes utentes ea, & suadere conati sunt quoniā esset poßibile de substantia demonstrationē fieri, & de eo quod est quid: quare neq; quoniā cōtingebat syllogizare eos qui diuidūt, intellexerūt: neq; quoniā cōtingebat sic: quemadmodū diximus. Ergo in demōstrationibus quidē cùm oporteat quid syllogizare: oportet medium, per quod fit syllogismus minus semper esse, & nō uniuersaliter de prima extremitate. Diuisio

uiſio autem contrariũ uult.nã uniuerſalius ſumit mediũ.Sit enim animal quidẽ in quo a,mortale autẽ in quo b,& immortale in quo c,homo uerò cuius terminũ oportet ſumere in quo d.omne ergo animal accipit aut mortale,aut immortale:hoc aũt eſt quicquid erat a,omne eſſe aut b aut c. Rurſus hominẽ ſemper,qui diuidit,ponit animal eſſe,quare de d ſumit a eſſe:ergo ſyllogiſmus quidẽ eſt quoniam d, aut b,aut c omne erit:quare hominẽ aut mortalem,aut immortalẽ oportet ſumere:nã mortale quidẽ, aut immortale eſſe neceſſariũ eſt animal:mortale autem nõ neceſſariũ eſt: ſed petitur. Hoc autẽ erat quod oportebat ſyllogizare.Et rurſus qui ponit a qdẽ animal mortale,in quo autẽ b pedes habẽs,in quo aũt c,non habẽs pedes,hominẽ uerò d:ſimiliter ſumit a qdẽ,aut in b aut in c eſſe.oẽ enim animal mortale aut pedes habẽs,aut pedes nõ habẽs eſt:de d autẽ,a. nã hominẽ,animal mortale ſumpſit eſſe: quare habens pedes, uel nõ habẽs pedes eſſe animal,neceſſe eſt hominem:pedes aũt habẽs nõ neceſſe eſt,ſed ſumit:hoc aũt erat quod oportebat rurſum oſtẽdere.Et ad hũc modũ ſemp diuidentibus, uniuerſale qdẽ accidit eis mediũ ſumere: de quo oporteat oſtẽdere & differẽtias,& extremitates.in fine autẽ quoniã hoc eſt homo,aut qcqd erat quod quæritur,nihil dicũt manifeſtũ,quare neceſſariũ eſt eſſe: etenim aliam uiam faciũt omnẽ:nõ qdẽ cõtingẽtes idoneitates,opinãtes eſſe. Manifeſtũ eſt aũt quoniã neq; deſtruere hac uia eſt, neque de accidente aliquid, aut de proprio ſyllogizare,neque de genere,neq; de quibus ignoretur utrum hoc modo,aut illo ſic habet: ut putas ne diameter eſt ſymeter,uel aſymeter? ſi enim ſumat quoniam omnis longitudo eſt ſymetros, uel aſymetros, diameter autem longitudo, ſyllogizatum eſt

quoniã symeter, uel asymeter est diameter. Si autẽ sumetur incõmensurabile, quod oportebat syllogizare sumetur, nõ ergo est ostẽdere: nã uia quidẽ hæc: per hãc autem non est ostendere symetrũ, uel asymetrũ: in quo a, lõgitudo: b autẽ symeter, aut asymeter: diameter c. Manifestũ est igitur quoniam neque ad omnem cõsiderationem congruit inquisitionis modus, neq; in quibus maximè uidetur cõuenire, in his est utilis. Ex quibus ergo demõstrationes fiunt, & quomodo, & ad quæ perspiciendum secundùm unumquodque propositum, manifestum ex dictis.

De resolutiõe syllogismorũ in propositiones.

CAPVT XXXIII.

QVomodo autẽ reducemus syllogismos in prædictas figuras, dicendũ erit post hæc: restat enim cõsideratio hæc, si enim & generationẽ syllogismorũ inspiciamus, & inueniẽdi habeamus potestatẽ: amplius aũt factos reducamus in prædictas figuras, finem habebit quod ex principio propositũ est: accidet etiã simul quæ prædicta sunt cõfirmari, & manifestiora esse, quoniã sic se habent, per ea quæ nũc dicẽda sunt. Oportet enim omne quod uerũ est, ipsum sibijpsi manifestũ* esse omnino. Primùm ergo oportet tentare duas propositiones accipere syllogismi, facilius enim in maiora diuidere quàm in minora: maiora aũt cõpositiora sunt, quàm ea ex quibus componũtur. Deinde considerare: utra in toto, & utra in parte. Et si non ambæ sumptæ sint, eũ qui ponit alterã. Aliquoties enim uniuersalẽ protendẽtes, eã quæ in hac est nõ sumũt, neq; scribentes, neq; interrogãtes: aut has quidẽ ꝑtendũt, per quas autẽ hæc cõcludũtur, omittũt: alia uerò uanè interrogãt. Cõsiderandũ aũt si quid superfluũ sumptũ sit, & si quid necessarium

* In græco est ὁμολογούμενον, quod cõfessum, siue cõsentiens significat.

cessarium omissum: & hoc quidē ponendū, illud uerò auferendū, donec ueniat quis ad duas ꝓpositiones: sine his enim, nō est reducere sic interrogatas orationes. In aliquibus ergo facilè est uidere quod minus est: aliqui uerò latent, & uidētur quidē syllogizare, eò quòd necessariū quid accidit ex ijs quæ posita sunt. Vt si sumatur, nō substātia interēpta substantiā nō interimi, ex qbus autē est, interēptis, & quod ex eis est corrūpi. His enim positis, neceßariū est substātiæ partē esse substantiā: non tamen syllogizatū est per ea quæ sumpta sunt, sed desunt propositiones. Rursum si cùm est homo, necesse est esse animal: & cùm est animal, substantiam: & cùm est homo, necesse est esse substantiā: sed nondum syllogizatum est: nō enim se habent proposisiones ut diximus. Fallimur autē in talibus, eò quòd necessariū quiddam accidat ex his quæ posita sunt, quoniam & syllogismus, necessarium est: in plus autem est necessarium, quàm syllogismus: nam omnis syllogismus, necessarium: necessarium autem non omne, syllogismus. Quare non (si quid accidat positis quibusdam) statim tentandum est reducere, sed primùm sumendum est duas propositiones.

De resolutione in terminos.

CAPVT XXXIIII.

DEinde sic diuidendū in terminos. Mediū aūt ponendum terminorum, qui in utrisq; ꝓpositionibus dicitur: necesse est enim mediū in utrisq; esse in omnibus figuris. Si ergo subijciatur, & prædicetur medium: aut ipsum quidē prædicetur, aliud uerò de illo abnegetur, prima erit figura. Si autē & prædicetur, & negetur ab aliquo, media erit figura: si uerò alia de illo prædicentur, aut hoc quidem prædicetur, illud uerò ab illo negetur, postrema. sic enim se

habuit in postrema figura mediū. similiter autem etsi non uniuersales sint ꝓpositiones, nā est eadē determinatio medij. Manifestū igitur quoniā in qua oratione nō dicitur idē frequenter, nō fit syllogismus: nō enim sumptū est medium. Quoniā aūt habemus quod ꝓpositorū in unaquaq; figura clauditur, & in qua uniuersale, & in qua particulare, manifestū est quoniā nō ad oēs figuras perspiciēdū, sed in unoquoq; proposito ad propriam. Quæcunq; uerò in pluribus concluduntur, medij positione cognoscimus figuram.

De necessario, & thesi terminorum.

CAPVT XXXV.

FRequenter ergo falli accidit circa syllogismos propter necessariū, quemadmodum dictum est prius: aliquoties autem propter similitudinē positionis terminorū: quod nō oportet latere nos. Vt si a de b dicitur, & b de c: uidebitur enim sic se habentibus terminis esse syllogismus: nō fit autē neque necessariū quicquam, neque syllogismus. Sit enim in quo a, semper esse, in quo autem b, intelligibilis Aristomenes: in quo autem c, Aristomenes: uerum est autem a inesse b, semper enim est intelligibilis Aristomenes: sed & b de c. nam Aristomenes est intelligibilis Aristomenes: a autem nō inest c, corruptibilis est enim Aristomenes: non igitur fiebat syllogismus sic se habētibus terminis, sed oportebat uniuersaliter a b sumi ꝓpositionem: hoc uerò falsum quod putabat, oēm intelligibilē Aristomenē semp esse: cùm Aristomenes sit corruptibilis. Rursum sit in quo qdē c, Micalus: in quo aūt b, musicus Micalus, in quo autē a, corrūpi cras. Verū est ergo b de c prædicari: nā Micalus, est musicus Micalus: sed et a de b: corrūpetur enim cras musicus Micalus: a aūt de c falsum: hoc autem idem est priori: nō enim

Aristomenes & Micalus auditores fuere Platonis.

uerum

uerũ est uniuersaliter, Micalus musicus quoniã corrũpetur cras. Hoc aũt nõ sumpto non erat syllogismus. Hæc ergo fallacia fit in eo quòd penè: ut enim nihil differens dicere hoc huic inesse, aut hoc huic omni inesse: concedimus.

De ecthesi terminorum.

CAPVT XXXVI.

Frequenter autem mentiri euenit: eò quòd nõ bene exponũtur secũdùm propositionem termini. ut si a quidem sit sanitas, b autẽ ægritudo, c uerò homo uerũ est enim dicere quoniam a, nulli b cõtingit inesse: nulli enim ægritudini sanitas inest: & rursum quoniã b, inest omni c: omnis enim homo susceptibilis est ægritudinis: uidebitur ergo accidere nulli homini cõtingere sanitatẽ inesse. Huius autem causa est, quòd nõ bene exponũtur termini secũdùm locutionem, quoniã transsumptis quæ ijs sunt secũdùm habitudines: nõ erit syllogismus. Vt si pro sanitate quidẽ ponatur sanum, pro ægritudine autẽ ægrum: nõ enim uerũ est dicere quoniam non contingit ægrotanti inesse sanum esse: hoc autem non sumpto, non fit syllogismus, nisi contingentis. Hoc autem non impoßibile, cõtingit enim nulli homini inesse sanitatem. Rursum in media figura similiter erit falsum. Nam sanitatem ægritudini quidem nulli, homini uerò omni contingit inesse: quare nulli hominni ægritudo. In tertia autem figura secundùm contingere accidit falsum: etenim sanitatẽ, & ægritudinem, & disciplinam, & ignorantiam, & omnino contraria, omni eidem cõtingit inesse: sibi uerò inuicẽ impoßibile, hoc aũt cõfessum in prædictis. Cùm enim eidẽ plura cõtingerẽt inesse, cõtingebãt & sibi inuicẽ. Manifestũ igitur quoniã in oĩbus his fallacia fit ꝑpter terminorũ expositionẽ: trãsũptis enim his, quæ sunt,

Promiscuè utitur Aristo. thesi, & ecthesi, pro eodem.

secũdùm habitudines, nihil sit falsum. Palàm ergo *quoniam secundùm huiusmodi propositiones semper quod est secũdùm habitũ, ꝑ habitu sumendũ, & ponendũ terminũ.*

De ecthesi terminorum compositorum & obliquorum syllogismi.

CAPVT XXXVII.

Syllogismos immediatorũ appellat, quando extremorũ, quæ sunt subiectũ, & prædicatũ cõclusionis, nullũ nomẽ, nullumq; inuenitur inter iacens, interceptũq; simplex,

N*On oportet autem terminos semper quærere nomine exponi, sæpè enim erunt orationes, quibus nõ ponũtur nomina: quare & difficile erit reducere huiusmodi syllogismos. aliquoties aũt et falli accidet ꝑpter huiusmodi inquisitionem: ut quoniã immediatorũ erit syllogismus. sit enim a duo recti, b aũt triãgulus, c uerò æquicrurus: ergo ei quod est c, inest a propter b: ei uerò quod est b, non iterũ propter aliud. per se enim triangulus habet duos rectos, quare nõ erit mediũ eius quod est a b, cùm sit demonstratiuũ. Manifestũ enim quoniam mediũ nõ sic semper est sumendũ ut hoc aliquid: sed aliquãdo ut orationẽ, quod accidit & in prædicto. Inesse autẽ primũ medio, & hoc postremo nõ oportet sumere, ut prædicentur semper ad se inuicem similiter, & primum de medio, & hoc de postremo: & in nõ inesse similiter, sed quoties dicitur esse & uerum dicere, hoc toties arbitrari oportet significare & inesse. Vt quoniã cõtrariorũ una est disciplina: sit enim a, unã esse disciplinã, b autẽ contraria sibijnuicem: a ergo inest b, non quoniã cõtrariorũ unã esse eorũ disciplinã, sed quoniã uerũ est dicere de ipsis unã esse eorũ disciplinã.* Accidit autẽ *quandoq; primũ de medio dici: medium autẽ de tertio non dici: ut si sophia est disciplina, boni autẽ est sophia: conclusio, quoniã boni est disciplina: & nõ bonũ quidem est disciplina, sophia aũt est disciplina.* Quãdoq; autẽ medium

quidem

medium quidē de tertio dicitur, primum autē de medio nō dicitur: ut si qualis omnis est disciplina, aut cōtrarij. Bonum autē est, & cōtrarium, & quale: cōclusio quidē, quoniā boni est disciplina. Nō est autē bonū disciplina, neq; quale, neq; contrariū: sed omniū, disciplina. Non est aūt bonū disciplina, neq; cōclusio secūdùm rectū, neq; quale, neq; cōtrariū: sed bonū hæc. Est autē quādoq; neq; primum de medio, neq; hoc de tertio: primo de tertio qūq; quidē dicto, quādoq; aūt nō dicto. Vt si cuius est disciplina, huius est genus, boni aūt est disciplina: cōclusio, quoniā boni est genus. Prædicatur autē nullū de nullo: si autē cuius est disciplina, genus est hoc, boni autē est disciplina, cōclusio, quoniam bonum est genus: ergo de extremo quidē prædicatur primū, de se autē inuicem non dicuntur. Eodē aūt modo & nō inesse sumēdū, nō enim semper significat nō inesse hoc huic: non esse hoc, hoc: sed aliquando nō esse hoc huius, aut hoc huic: ut quoniā nō est motionis motus, aut generationis generatio, uoluptatis autē est, nō ergo uoluptas generatio. aut rursus quoniā risus est signū: signi autē nō est signū, quare non est signū risus: similiter autē & in alijs, in quibus interimitur propositū: eò quòd dicitur aliquo modo ad id genus. Rursum quoniā occasio nō est tēpus opportunū: Deo enim occasio qdē est, tēpus autē opportunū nō est. eò quòd nihil sit Deo cōferens. Terminos enim ponēdū est occasionē, & tēpus opportunū, & Deū: ꝓpositio autē sumēda secūdùm nominis casum: simpliciter enim hoc dicimus de omnibus, quoniā terminos qdē semꝑ ponēdū secūdùm declinatiōes nominū, ut homo, aut bonum, aut contraria, aut hominis, aut boni, aut cōtrariorū: propositiones autē sumendum secūdùm cuiusq; casus. aut enim quoniā huic ut æquale, aut

le, aut quoniã huius ut duplũ, aut quoniã hoc ut feriens, uel uidens, aut quoniã hic ut homo, animal: aut si quolibet modo aliter cadit nomẽ secundùm ꝓpositionẽ: inesse autẽ hoc huic, & uerũ esse hoc de hoc, toties sumendũ, quoties prædicamẽta diuisa sunt, & hæc aut aliquo modo, aut simpliciter. amplius aut simplicia, aut cõplexa. Similiter autẽ & nõ inesse. Cõsiderandũ hæc autem, & determinandũ optimũ.

De anadiplosi, & thesi syllogismorum, hoc est, de geminatione, & positione.

CAPVT XXXVIII.

Reduplicatum autẽ in propositionibus ad primã extremitatẽ ponendũ, nõ ad mediũ: dico autẽ ut si fiat syllogismus: quoniã iustitiæ est disciplina quoniã bonũ: quoniam bonũ, ad primã extremitatẽ ponendũ. Sit enim a disciplina quoniã bonũ, in quo autẽ b bonũ, in quo autem c iustitia: ergo uerũ est a de b prædicari. Nã boni est disciplina quoniã bonũ. Sed & b de c: nã iustitia, quiddã bonum est: sic ergo fit resolutio. Si aũt ad b ponatur, quoniã bonũ, non erit: nam a quidẽ de b uerũ erit, b autẽ de c nõ erit uerũ: nã bonũ quoniã bonũ prædicari de iustitia falsum est, & nõ intelligibile. Similiter autem & si salubre ostendatur, quoniã disciplinatũ est in eo quod bonum: aut hircocerũus, opinabilis in eo quod existens: aut homo corruptibilis in eo quod sensibile: in omnibus enim prædicatis ad extremũ reduplicationẽ ponendũ. Nõ est autẽ eadẽ positio terminorũ quando simpliciter quidẽ syllogizatũ fuerit: & quã lo hoc aliquid, aut quo, aut quomodo. Dico aũt ut quã lo bonũ disciplinatũ ostẽsum erit: & quã lo disciplinatũ quoniã bonũ. Sed simpliciter quidẽ disciplinatũ ostẽsum est, mediũ ponendũ ens: si aũt quoniã bonũ, quid ens.

Sit enim

Sit enim a disciplina quoniã q̇d ens, in quo autẽ b, ens quid: in quo aũt c, bonũ: uerũ est ergo a de b prædicari: erat enim disciplina alicuius entis, quoniã quid ens: sed & b de c, nam in quo c, ens qd, quare & a de c: erit ergo disciplina boni quoniã bonũ: erat enim qd ens, ꝓpriè substãtiæ signũ. Si aũt ens mediũ positũ sit, & ad extremũ ens simpliciter, & nõ quid ens dictũ sit, nõ erit syllogismus: quoniã est disciplina boni quoniã bonũ, sed quoniã ens, ut si sit in quo a disciplina quoniã ens, in quo b, ens, in quo c, bonũ. Manifestũ igitur quoniã in particularibus syllogismis, sic sumẽdũ terminos.

Pro debita resolutione præcepta.

CAPVT XXXIX.

Oportet autẽ accipere quæ idem possunt nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus, & nomẽ, & orationẽ, & semper pro oratione nomẽ suscipere: facilior est enim terminorũ expositio: ut si nil differt dicere suspicabile opinabilis nõ esse genus, aut nõ esse idẽ quiddã suspicabile, quod opinabile: nã si idem est quod significatur, pro oratione dicta, suspicabile, & opinabile terminos ponendũ. Quoniã uerò nõ est idẽ uoluptatẽ esse bonũ, & esse uoluptatẽ quod bonũ, nõ similiter ponendũ terminos: sed si est syllogismus quoniã uoluptas quod bonũ, terminũ ponẽdum quod bonũ: si autẽ quoniã bonũ, bonũ: similiter autẽ & in alijs. Non est autẽ idem neq; esse, neq; dicere quoniã cui b inest, huic quoq; omni, a inest: & dicere, cui omni b inest, & a inest omni: nihil enim prohibet b inesse c, non autem omni. Vt sit b pulchrum quid, c autem album: si igitur alicui albo inest pulchrum quid, uerum est dicere quoniam albo inest pulchrũ, sed nõ omni fortasse. Si ergo a inest b, nõ omni autem de quo b (neq; si omni c, inest b,*

* id est neq; re ipsa, & secundũ veritatẽ, neq; oratione.

neq; si

neq; si solùm alicui) non necesse est ei quod est c, inesse a, nõ quia nõ omni, sed nec inesse ei quod est c. Si aũt de quocunq; b dicatur uerè, huic omni inest a, accidet ut de quo omni, b dicitur, de eo omni et a dici. Si aũt a dicitur de omni de quo b dicatur, nihil prohibet ei quod est c, inesse b, non omni autẽ a, aut nõ inesse omnino. In tribus igitur terminis manifestũ est quoniã de quo b quidẽ omni, & a dicitur: hoc est de quibuscũq; b dicitur, de omnibus dicitur & a: & si b quidẽ de omni, & a similiter: si autẽ nõ de omni, nõ necesse est a inesse omni. *Nõ oportet autẽ arbitrari propter expositionẽ accidere aliquod incõueniens: nõ enim laboramus in eo quòd aliquid sit hoc, sed quemadmodũ geometer pedalẽ, & rectã hãc esse & sine latitudine dicit, quæ nõ est: sed nõ sic utitur, ut eis syllogizãs. Omnino enim quod non est ut totũ ad partem, & aliud ad hoc ut pars ad totum, ex nullo taliũ ostẽdit demõstrator, neq; enim fit syllogismus: expositione autem sic utimur, ut & sentiat qui discit dicẽtes, nõ enim fit ut sine his nõ poßibile sit demõstrare, quẽadmodũ ex quibus est syllogismus.* *Nõ lateat autẽ nos, quoniã in eodẽ syllogismo, nõ oẽs cõclusiones per unã eandem figurã sunt, sed hæc quidẽ per hanc, illa uerò per aliã. Palàm ergo quoniã & resolutiones sic faciendũ.* *Quoniam autẽ non omne propositũ in omni figura, sed in unaquaq; dispositæ sunt, manifestũ est ex cõclusione in qua figura sit, quærendũ. Et ad definitiones orationum quæcũq; ad unũ quiddã sunt argumẽtatæ in eorũ quæ insunt termino, ad quod argumentatum est ponendum terminũ, & non totam orationem: minus enim contingit perturbari propter longitudinem: ut si quis aquam ostendit, quoniam est humidus potus, potum & aquam terminos ponendum.*

De resol

De resolutione syllogismorum ad impoßibile,& ex hypotheſi.

CAPVT XL.

Amplius autẽ ex hypotheſi ſyllogiſmos non eſt tentandũ reducere:nam nõ eſt ex ijs quæ poſita ſunt reducere,nõ enim per ſyllogiſmũ oſtenſi ſunt,ſed ad placitũ cõceßi ſunt omnes. Vt ſi quis ponat,ſi una quædã poteſtas nõ ſit cõtrariorũ,neq; diſciplinã eſſe unã. Deinde diſputet quoniã non eſt una poteſtas cõtrariorũ:ut ſanatiui, & ægrotatiui:ſimul enim idẽ erit ſanatiuũ,& ægrotatiuũ. Quoniã autẽ nõ eſt omniũ cõtrariorũ una poteſtas,oſtenſum eſt:ſed quoniã diſciplina nõ una,non eſt oſtenſum quãuis cõfiteri ſit neceſſe,at nõ ex ſyllogiſmo,uerùm ex hypotheſi:hoc igitur non eſt reducere,quoniã non una poteſtas eſt:hic enim fortaſſe erat ſyllogiſmus:illud autẽ hypotheſis. Similiter autẽ in his,qui per impoßibile cõcluduntur, nã neq; hos eſt reſoluere,ſed ad impoßibile quidẽ reductionem,eſt:ſyllogiſmo enim mõſtratur: alterũ autẽ nõ eſt,nã ex hypotheſi cõcluditur. Differunt autẽ à prædictis:quoniam in illis quidẽ oportet prius cõfiteri,ſi debet cõcedere: ut ſi oſtẽdatur una poteſtas cõtrariorum,& diſciplinam eſſe eandem: hìc autem & non prius confeßi concedũt.eò quòd manifeſtum ſit falſum: ut poſita diametro ſymetro, eò quòd imparia eſſe æqualia paribus. Plures autem & diuerſi terminantur ex conditione: quos proſpicere oportet, & notare aptè. Quæ ergo horum differentiæ, & quoties fiunt,qui ſunt ex hypotheſi,poſteà dicemus.nunc autem tantùm ſit nobis manifeſtum, quoniam non eſt reſoluere in figuras huiuſmodi ſyllogiſmos:& ob quam cauſam, diximus.*

* Id eſt naturalis,inſitaq; potentia.

De recipro

De reciproca reductione syllogismorum vnius figuræ in aliam.

CAPVT XLI.

QVæcunq; autẽ in pluribus figuris mõstrãtur ꝓposita, si in altera syllogizetur, est reducere syllogismũ in alteram: ut cũ qui in prima est priuatiuũ, in secundã figuram: & eum qui in media est, in primã. Non omnes autem, sed quosdã: erit autẽ in sequentibus manifestum. Si enim a nulli b, b autẽ omni c, a nulli c: sic ergo prima figura: si aũt cõuertatur priuatiua, media erit. Nã b a quidẽ nulli, c autẽ omni inerit. Similiter autẽ & si nõ uniuersalis, sed particularis sit syllogismus: ut si a quidẽ nulli b, b autem alicui c: cõuersa enim priuatiua, media erit figura. Eorum autem syllogismorũ, qui sunt in secunda figura, uniuersales quidẽ reducentur in primã figurã, particulariũ autẽ alter solùm. Insit enim a, b quidẽ nulli, c uerò omni, conuersa priuatiua, prima erit figura: nam b quidem nulli a, a autẽ omni c inerit. Si autẽ prædicatiuũ quidem sit ad b, priuatiuũ aũt ad c, primus terminus ponendus est c: hoc enim nulli a, a autẽ omni b, quare nulli b inerit c, ergo & b nulli c: conuertitur enim priuatiua. Si autẽ particularis sit syllogismus, quãdo priuatiuum quidem erit ad maiorem extremitatem, resoluetur in primam figuram: ut si a nulli b, b autem alicui c, conuersa enim priuatiua, prima erit figura: nam b quidem nulli a, a autẽ alicui c. Quando uerò prædicatiuum, non resoluetur: ut si a quidem omni b, c uerò non omni: non enim suscipit conuersionẽ a b: neque cùm fit, erit syllogismus. Rursus qui in tertia quidem sunt figura, non resoluuntur omnes in primam: qui autem sunt in prima, omnes in tertiã. Insit enim a quidẽ omnib

b autem

b autem alicui c, ergo quia conuertitur particularis prædicatiua, inerit & c alicui b: a uerò omni b inerat, quare fit tertia figura. Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter: conuertitur enim particularis affirmatiua: quare a quidẽ, nulli b: c autem, alicui inerit. Eorum autẽ syllogismorũ, qui sunt in postrema figura, unus tantum nõ resoluitur in primam, quando nõ uniuersalis ponitur priuatiua: alij autem omnes resoluuntur. Prædicentur enim de omni c, & a & b: ergo cõuertetur c ad utrunq; particulariter: inerit ergo a, alicui b: quare erit prima figura. Siquidem a, omni c: c uerò, alicui b: & si a quidem omni c, b autem alicui c, eadem ratio. conuertitur enim ad b c. Si autem b quidem omni c, a autẽ alicui c, primus ponendus b, nam b omni c, c autem alicui a, quare b alicui a: quoniam autẽ cõuertitur particularis, & a alicui b inerit. Et si priuatiuus sit syllogismus uniuersalibus terminis: similiter sumendum. Insit enim b omni c, a autẽ nulli c. ergo alicui b inerit c, a autem, nulli c: quare erit medium c. Similiter autem & si priuatiua quidem sit uniuersalis, prædicatiua autem particularis: nam a quidẽ nulli c, c autem alicui b inerit. Si autem particularis sumatur priuatiua, non erit resolutio: ut si b quidem omni c, a autem alicui c non inest: conuersa enim b c utræq; propositiones erunt particulares. Manifestum autem quoniam ad resoluẽdũ ad seinuicem figuras, quæ ad minorẽ extremitatem est propositio, conuertenda in utrisq; figuris: hac conuersa, transitio fit. Eorum autem, qui in media sunt figura, alter quidẽ resoluitur, alter uerò nõ resoluitur in tertiam: nã cùm sit uniuersalis priuatiua, resoluitur. Si enim a nulli quidem b, alicui autem c, utraq; similiter conuertitur ad a: quare b quidem nulli a, c uerò alicui, medium ergo a.

Quando

Quando autem a omni b, c autem alicui non insit, non fit resolutio: neutra enim propositionum ex conuersione uniuersalis. Qui autem ex tertia sunt figura, resoluentur in mediam, quādo fuerit uniuersalis priuatiua: ut si a nulli c, b autem alicui, aut omni c: nam c, a quidem nulli: b autem alicui inerit. Si autem particularis sit priuatiua, non resoluetur: non enim suscipit conuersionem particularis negatiua. Manifestum ergo quoniam ijdem syllogismi non resoluuntur in his figuris, qui nec in primam resoluebantur.

Et quoniam in primam figuram reductis syllogismis, isti soli syllogismi per impoßibile clauduntur. Quomodo ergo oportet syllogismos reducere, & quoniam resoluuntur figuræ in seinuicem, manifestum ex dictis.

De syllogismis infinitis, & regulis consequentiarum.

CAPVT XLII.

Differt autē in cōstruendo, uel destruēdo opinari, aut idem, aut diuersum significare, non esse hoc, & esse non hoc: ut non esse album, ei quod est esse non album, nō enim idem significant: nec est negatio eius, quæ est esse album, ea quæ est, esse non album, sed non esse albū. Ratio autē huius hæc est: similiter enim se habet poßibile est ambulare, ad poßibile est non ambulare, ei quæ est, esse album, ad esse non album: & scit bonum, ad scit nō bonum: nam scit bonum, uel sciens bonū, nihil differt: neq; potest ambulare, uel est potens ambulare: quare & opposita, nō potest ambulare, & nō est potens ambulare. Si igitur non est potens ambulare idem significat, & est potens non ambulare, ipsa simul inerunt eidem: nam idem potest ambulare, & non ambulare: & idem sciens bonum, & non bonū est.

Affirmatio

Affirmatio aūt, & negatio nō sunt appositæ simul in eodē.

Quēadmodū ergo nō idē est, nō scire bonū, & scire nō bonū, nec esse nō bonū, et nō esse bonū idē: nā proportionaliū, si alterū sit, & alterū: nec esse nō æquale, et nō esse æquale idē. huic enim quod est nō æquale, subiacet aliqd, & hoc est inæquale, illi uerò nihil: eò quòd æquale quidē, uel inæquale nō omne est, æquale autē, uel nō æquale omne. Amplius, est non albū lignū & non est albū lignū, nō simul sunt: si enim est lignū non albū, erit lignū: quod aūt nō est album lignū, nō necesse est esse lignū. Quare manifestū est, quoniā nō est eius quod est bonū, est nō bonū, negatio: si ergo de omni uno, uel affirmatiuo uel negatio uera: si nō est negatio, palàm quoniā affirmatio aliquo modo erit: affirmatiōis aūt omnis, negatio est: & huius ergo, ea quæ est, nō est nō bonū. Habent aūt ordinem hunc adinuicē: sit esse quidē bonū in quo a, nō esse aūt bonū in quo b, esse aūt nō bonū in quo c sub b, nō esse aūt non bonū in quo d sub a, omni ergo inerit aut a, aut b: & nulli eidē, & omni aut c, aut d, & nulli eidē: & cui c inest, necesse est b omni inesse. Si enim uerū est dicere quoniā est nō albū, & quoniā nō est album, uerū: impoßibile est enim simul esse albū, & esse nō albū: aut esse lignū albū, & esse lignū nō albū: quare si non affirmatio, et negatio inerit. Ei aūt quod est b, non semper c: quod enim omnino nō est lignū, neq; lignū erit albū, nec nō album. E cōuerso aūt cui inest a, & d omni inest: aut enim c, aut d: quoniā aūt nō possunt simul esse nō albū, & esse albū, d inerit: nā de eo quod est albū, uerū est dicere, quoniā nō est nō album. De d aūt nō omnino a erit: nā de eo quod omnino nō est lignū, non uerum est dicere a, quoniā est lignū albū: quare d uerum est, & a non uerum, quoniam est lignum albū.*

* Solū nō albū infinitū est.

* Propositiones illæ dicuntur simul esse, quarū vna nō potest esse vera sine altera.

Palàm aũt quoniã & a & c nulli eidẽ insunt: sed b & d cõtingit eidẽ alicui inesse. Similiter aũt se habẽt et priuationes ad prædicatiões eadẽ positiõe: sit enim æquale, in quo a, non æquale, in quo b: inæquale, in quo c: non inæquale, in quo d. In pluribus aũt quorũ his qdẽ inest, illis uerò nõ inest idẽ, negatio qdẽ similiter uera fit, ut quoniã non sunt alba omnia, aut quoniã nõ est albũ unũquodq;: at quoniã est nõ albũ unũquodq;, aut quoniã omnia sunt nõ alba, falsum est. Similiter aũt & eius quæ est omne animal albũ, nõ hæc (est nõ albũ oẽ animal) negatio, ambæ enim falsæ: sed est, nõ omne animal albũ. Quoniã aũt palàm quod aliud significat est nõ albũ, et nõ est albũ, & illa qdẽ affirmatio, hæc uerò negatio: manifestũ quoniã nõ est idẽ modus mõstrãdi utrũq;, ut quoniã qcqd est animal: nõ est albũ, aut cõtingit nõ esse albũ, & quoniã uerũ dicere nõ albũ: hoc enim est esse nõ albũ. Sed uerũ quidẽ dicere, est albũ, siue nõ albũ, idẽ modus. Cõstructiuè enim ambæ p primã ostẽdũtur figurã: nã uerũ ei quod est, similiter ordinatur: eius enim quæ est, uerũ dicere albũ: nõ hæc, uerũ dicere non albũ, negatio: sed hæc, nõ est uerũ dicere albũ. Si enim uerũ est dicere quicqd est homo musicũ esse, aut nõ musicũ esse: quicqd est animal sumẽdũ, musicũ esse, aut nõ musicum esse, & ostensum est. Nõ esse autẽ musicũ qcquid est homo: destructiuè mõstratur secũdùm dictos tres modos. Simpliciter aũt quando sic se habẽt a & b, ut simul qdẽ eidẽ nõ cõtingãt, omni aũt de necessitate alterũ: & rursum c & d similiter. Seqtur aũt id quod est c, a: & nõ cõuertitur, & id quod est b sequetur d, & nõ cõuertitur. & a qdẽ, & d cõtingunt eidem: b autẽ & c nõ cõtingũt. Primũ ergo quoniã id quod est b, seqtur d: hinc manifestũ, quoniã eorũ quæ sunt c d alterũ ex necessitate

sitate omni inest: qui aũt b, nõ cõtingit c, eò quòd simul infert a: a autẽ, & b nõ cõtingũt eidẽ: manifestũ quoniã d sequetur b. Rursum quoniã ei quod est a nõ cõuertitur c, omni autẽ uel c, uel d, cõtingit a, & d eidẽ inesse. B autẽ, & c nõ cõtingit: eò quòd cõsequitur a id quod est c: accidit enim qddã impoßibile. Manifestũ est ergo quoniã nec b ei quod est d cõuertitur, eò quòd cõtingit simul a, d inesse. Accidit autẽ aliquoties in huiusmodi terminorũ ordine falli: eò quòd opposita nõ sumãtur rectè, quorum necesse est omni alterũ inesse. Vt si a, et b nõ cõtingũt simul eidẽ, necesse est autẽ inesse cui nõ alterũ, alterũ: & rursus c & d similiter, cui aũt c omni, sequitur a, accidet enim cui d, b inesse ex neceßitate, quod falsum est: si sumatur enim negatio, eorũ, quæ sunt a b, ea quæ est in quibus f, & rursus eorũ quæ sunt c d, ea quæ est in quibus g. necesse est igitur omni inesse uel a, uel f, aut enim affirmationẽ, aut negationẽ, et rursum, aut c, aut g, affirmatio enim & negatio. & cui c, omni a subiacet: quare cui f, omni hoc quod est g. Rursum quoniã eorũ quæ sunt f b, omni alterũ: & eorũ quæ sunt g d, similiter. Sequitur autẽ g id quod est f, & id quod est d sequitur b: hoc enim scimus. Si ergo a id quod est c: et id quod est d sequetur b. hoc autẽ falsum. ecõtrario ẽnim erat in his (quæ sic se habẽt) cõsequẽtia. Nõ enim fortasse necessariũ omni inesse, aut a, aut f, nec f, aut b: nõ enim est negatio eius quod est a hoc quod est f: nã boni nõ bonũ negatio: nõ aũt est idẽ hoc quod est nõ bonũ, ei quod est neq; bonũ, neq; non bonum: similiter autem & in c d, nam negationes quæ sumptæ sunt, duæ sunt.

Primi Priorum Analyticorum Aristotelis

FINIS.

PRIORVM ANALYTICORVM ARISTOTELIS LIBER II.

Qui syllogismi plura concludant.

CAPVT I.

Syllogismus vniuersalis qui conclusionem colligit vniuersalem: Particularis, qui particularem: Prædicatiuus, qui affirmatiuam: Negatiuus, q negatiuam.

N quot ergo figuris, & per quales, et quot propositiones, & quando, & quomodo fit syllogismus, amplius aūt ad quæ perspiciēdum cōstructi, & destructi, & quomodo oporteat quærere de proposito secundùm unāquanq; artē, amplius autē per quā uiā sumemus, quæ in singulis sunt principia, iam pertransiuimus. Quoniam autē alij quidem syllogismorū sunt uniuersales, alij uerò particulares: uniuersales quidē omnes semper plura syllogizāt, particulariū aūt prædicatiui quidē plura, negatiui uerò cōclusionē solā. Nam aliæ quidē propositiones conuertūtur: priuatiua uerō nō cōuertitur, Cōclusio uerò aliquid de aliquo est: quare alij quidē syllogismi plura syllogizant. Vt si a ostensum sit, omni aut alicui b inesse: & b alicui a necessarium est inesse, & si nulli b inesse a, & b nulli a: hoc aūt aliud est à priore. Si autē a alicui b nō insit, nō necesse est & b alicui a non inesse: contingit enim omni a inesse. Hæc ergo cōmunis omniū causa uniuersaliū, & particularium. Est aūt de uniuersalibus, & aliter dicere: quæcūq; enim aut sub medio, aut sub cōclusione sunt, omniū erit idē syllogismus,

mus, si illa quidē in medio, hæc uerò in cōclusione ponātur: ut si a b cōclusio p c, quæcūq; sub b, aut sub c sunt, necesse est de omnibus dici a: nā d si in toto b, & b in a, & d erit in a. Rursum si e in toto c, et c in toto a: & e in toto a erit. Similiter aūt, & si priuatiuus sit syllogismus. In secūda aūt figura quod sub cōclusiōe erit: solùm erit syllogizare, ut si a insit nulli b, & omni c: cōclusio quoniā nulli c, inest b: si aūt d sub c est, manifestū quoniā nō inest ei, b: iis autē quæ sunt sub a, quoniā b non inest, nō palàm est per syllogismū, etsi nō inest b, ei quod est e, si est e sub a: sed d inesse quidē b, nulli c, per syllogismū ostēsum est: non inesse uerò a hoc quod est b, indemōstratū sumptū est: quare nec per syllogismū accidit b nō inesse e. In particularibus autē, eorū quidē quæ sub cōclusione sunt, nō erit necessariū. Nō enim fit syllogismus, quando ea sumpta fuerit particularis, eorū autē quæ sunt sub medio, erit omniū, uerūtamē nō per syllogismū: ut si a omni b, & b alicui c: nā eius qđ sub c est positū, nō erit syllogismus: eius uerò quod sub b erit, sed non propter eū qui prius factus est syllogismū. Similiter autē & in aliis figuris: nā eius quidē quod sub cōclusione est, nō erit, alterius uerò erit: uerùm nō per syllogismū, eò quòd et in uniuersalibus ex indemōstrata ꝑpositione, quæ sunt sub medio ostendebantur, quare neq; hîc erit, uel & in illis.

Quòd ex falsis in prima figura verum colligatur.

CAPVT II.

Est ergo sic se habere, ut ueræ sint propositiones, per quas fit syllogismus, est autē ut falsæ, est uerò ut hæc quidē uera, illa autē falsa: conclusio autē aut uera, aut falsa ex necessitate. Ex ueris ergo non est falsum syllogizare:

ex falsis autem uerũ, tamen nõ propter quid, sed quia: nam eius qui est ꝓpter quid, nõ est ex falsis syllogismus: ob quã autẽ causam, in sequẽtibus dicetur. Primum ergo quoniam ex ueris nõ poßibile falsum syllogizare, hinc manifestum. Si enim cùm est a, necesse est esse b: si non est b, necesse est a nõ esse: si ergo uerũ est a, necesse est & b uerũ esse, aut accidet idẽ simul & esse, & nõ esse: hoc aũt impoßibile. Nõ autẽ quoniã ponitur a unus terminus, accipiatur cõtingere uno aliquo existẽte, ex neceßitate aliquid accidere: nõ enim potest. Nã quod accidit ex neceßitate, cõclusio est: per quæ autem fit, ad minimũ tres sunt termini, duo autẽ interualla, & ꝓpositiones. Si ergo uerũ est cui omni inest b, & a: cui autẽ c, & b: cui c, necesse est a inesse: & nõ potest hoc falsum esse: simul enim erit idẽ, & nõ erit: ergo a ut unũ, positum est duas propositiones colligere. Similiter aũt se habet & in priuatiuis: non enim est ex ueris ostẽdere falsum. Ex falsis autẽ est uerũ syllogizare, & utrisq; propositionibus falsis, & una: hac aũt nõ utralibet cõtingit, sed secũda: si quidẽ totã sumamus falsam: non tota autẽ sumpta, est utralibet. Insit enim a omni c, ei autẽ quod est b nulli, nec b insit c: contingit autem hoc, ut nulli lapidi animal. & lapis nulli homini: si igitur sumatur a, omni b: & b, omni c: a, omni c inerit: quare ex utrisque falsis uera est conclusio, omnis enim homo animal. Similiter aũt & priuatiuũ: insit enim c nulli, nec a, nec b: a autẽ b omni: ut si eisdẽ terminis sumptis, mediũ ponatur homo, lapidi enim nec animal, nec homo nulli inest: homini aũt omni, animal: quare si cui quidem omni inest, sumamus nulli inesse: cui uerò non inest, omni inesse: ex falsis utrisq; uera erit conclusio. Similiter aũt ostendetur, & si in aliquo utraq; falsa sumatur. Si autem altera

altera ponatur falsa,prima quidē tota falsa existēte ut a b, non erit cōclusio uera:b c autē erit.Dico autē totam falsam quod cōtrariā ueræ:ut si quod nulli inest,omni sumptū est, aut si quod omni,nulli inesse. Insit enim a,b nulli : b autē, omni c:si ergo b c quidē ꝓpositionē sumamus uerā,a b aūt falsam totā,& omni b,inesse a:impoßibile est a c cōclusionem uerā esse:nulli enim inerat a earū quæ sunt c:siquidem cui b nulli,b autē omni c.Similiter autē nec si a,omni b inest:& b,omni c:sumpta sit autē b c quidē uera propositio: a b autē falsa tota,& nulli,cui b,inest a,cōclusio falsa erit: omni enim c,inest a,siquidē cui b omni,& a:b autē omni c. Manifestū ergo quoniā prima tota sumpta falsa siue affirmatiua,siue priuatiua,altera aūt uera,nō fit uera cōclusio. Nō tota autē sumpta falsa,erit:nā si a,c quidē omni inest, b autē alicui:b autē omni c:ut animal,cygno quidem omni: albo autē alicui,albū autem omni cygno:si sumatur a omni b,& b omni c : a omni c inerit uerè : omnis enim cygnus, animal.Similiter autē & si priuatiua sit a b : poßibile est enim a b quidē alicui inesse,c uerò nulli:b autem omni c:ut animal alicui albo,niui uerò nulli:album uerò omni niui:si ergo sumatur a quidē,nulli b:b autē,omni c:a nulli c inerit. Si aūt a b quidē propositio tota sumatur uera,b c autē tota falsa:erit syllogismus uerus : nihil enim prohibet a,& b & c omni inesse:b autem nulli c,ut quæcūq; eiusdē generis sunt species non subalternæ: nam animal & homini, & equo inest:equus autem nulli homini inest : si ergo sumatur a omni b:& b omni c:conclusio uera erit,tota falsa b c propositione.Similiter autē cum uniuersalis priuatiua est a b ꝓpositio:cōtingit enim a neq; b,neq; c nulli inesse: & b nulli c:ut ex alio genere speciebus diuersum genus:nā

Syllogism⁹ uerus dicitur,cuius conclusio uera:& ex opposito falsus, cuius conclusio falsa.

animal nec musicæ,nec medicinæ inest, neq; musica medicinæ.sumpta ergo a quidē nulli b,b autē omni c : uera erit cōclusio.Et si nō tota falsa sit b c,sed in aliquo:etiā sic erit cōclusio uera.Nihil enim ꝓhibet a,& b,& c toti inesse,b autē alicui c:ut genus speciei, & differentiæ : nam animal homini omni,& omni greßibili:homo autē alicui greßibili,& nō omni:si ergo a omni b,et b omni c sumatur:a omni c inerit,quod quidē erat uerū.Similiter autē cùm priuatiua est a b propositio:cōtingit enim a nec b,nec c nulli inesse:b uerò alicui c:at genus ex alio genere speciei,& differentiæ: nam animal nec sapientiæ nulli inest,nec contēplationi : sapientia uerò alicui cōtemplationi:si ergo sumatur a,nulli b :b autē omni c : nulli c inerit a:hoc autē erat uerum. In particularibus aūt syllogismis cōtingit & prima propositione tota falsa existente,altera autem uera,ueram esse cōclusionē,& a b in aliquo falsa existēte,b c aūt uera, & a b quidē uera,particulari autē falsa:& utrisq; existētibus falsis.Nihil enim ꝓhibet a,b quidē nulli inesse:c autē alicui,& b alicui c inesse,ut animal nulli niui,albo aūt alicui inest,& nix albo alicui:si ergo ponatur mediū nix,primum autē animal,& sumatur a quidē toti b inesse, b autē alicui c,a b tota falsa,b c aūt uera:& cōclusio uera.Similiter aūt & cū priuatiua est a b ꝓpositio : poßibile est enim a,b quidē toti inesse:c aūt alicui nō inesse, b uerò alicui c inesse:ut animal homini quidē omni inest,albū autem aliquod nō sequitur.homo uerò alicui albo inest.quare si medio posito homine, sumatur a nulli b inesse, & b alicui c, uera fit conclusio:cùm sit tota falsa a b propositio.Et si in aliquo sit falsa a b propositio,b c uera existente,erit conclusio uera.Nihil enim prohibet a,& b,& c,alicui inesse:

b autē

b autē alicui c: ut animal alicui pulchro, & alicui magno: & pulchrū alicui magno inest: si ergo sumatur a omni b, & b alicui c: & a b quidē ꝑpositio in aliquo falsa erit, b c aūt uera: & cōclusio uera. Similiter aūt & cū priuatiua est a b propositio: nā ijdē erunt termini, & similiter positi ad demōstrationē. Rursum si a b quidē uera, b c aūt falsa: uera erit cōclusio. Nihil enim prohibet a quidem toti inesse b, c aūt alicui: & b nulli c inesse. Vt animal, cygno quidē omni, nigro aūt alicui, cygnus uerò nulli nigro: quare si sumatur a omni b, & b alicui c, uera erit cōclusio, cū sit falsa b c. Similiter aūt & priuatiua sumpta a b propositione: poßibile enim a b quidē nulli: c aūt alicui nō inesse, & b nulli c: ut genus ex alio genere speciei & accidēti eius speciebus: nā animal quidē numero nulli inest, albo uerò nō alicui, numerus autē nulli albo: si ergo mediū ponatur numerus, & sumatur a qdē nulli b, b aūt alicui c: a, alicui c nō inerit: quod fuit uerū, cū a b qdē sit propositio uera, b c aūt falsa. Et si in aliquo sit falsa a b, falsa aūt & b c, erit cōclusio uera. Nihil enim prohibet a, alicui b, & alicui c inesse utrique, b aūt, nulli c: ut si b sit cōtrariū ipsi c, & ambo accidētia eidē generi: nā animal alicui albo, & alicui nigro inest, albū aūt nulli nigro inest: si ergo sumatur a omni b, & b alicui c: uera erit cōclusio. Et priuatiua qdē sumpta a b, similiter. Nā ijdē termini, & similiter ponētur ad demōstrationē. Et ex utrisq; falsis, erit cōclusio uera. Poßibile est enim a, b quidē nulli: c aūt alicui inesse: b uerò nulli c. Vt genus ex alio genere speciei et accidēti speciebus eius, animal enim numero quidē nulli, albo uerò alicui inest: & numerus nulli albo. Si ergo sumatur a, omni b: & b alicui c: cōclusio quidē uera, propositiōes uerò ambæ falsæ. Similiter aūt & cū priuati-

ua est a b. Nihil enim prohibet a,b quidē toti inesse: c autē alicui nō inesse: & neq; b, nulli c: ut animal cygno quidem omni, nigro autem alicui nō inest: cygnus uerò nulli nigro: quare si sumatur a nulli b: b aūt alicui c: a alicui c nō inerit: ergo conclusio quidem uera, propositiones autem falsæ.

Quòd colligatur verum ex falsis in secunda figura.

CAPVT III.

IN media autē figura omnino contingit per falsa uerum syllogizare: & utrisq; propositionibus totis falsis sumptis, & hac quidem uera, illa tota falsa, utralibet falsa posita, & si utræq; in aliquo falsæ, & si hæc quidem simpliciter uera, illa autem in aliquo falsa: & in uniuersalibus, & in particularibus syllogismis. Si enim a,b quidē nulli inest, c autem omni: ut lapidi animal quidem nulli, homini autem omni: si contrariæ ponantur propositiones, & si sumatur a,b quidē omni, c uerò nulli: ex falsis totis propositionibus erit uera conclusio. Similiter autē & si a inest, b quidē omni, c uerò nulli: nā idem erit syllogismus. Rursum si altera quidē tota falsa, altera autem tota uera. Nihil enim prohibet a, & b, & c omni inesse: b autē nulli c, ut genus non subalternis speciebus. Nā animal & equo omni, & homini inest, & nullus homo equus: si ergo sumatur animal huic quidē omni, illi uerò nulli inesse: hæc quidē erit falsa, illa uerò tota uera, & conclusio uera, ad quodlibet posito priuatiuo. Et si altera in aliquo falsa, altera autē tota uera: poßibile est enim a,b quidē alicui inesse: c autē omni: & b, nulli c, ut animal albo qdē alicui, coruo autē omni, albū uerò nulli coruo. Si ergo sumatur a b quidē nulli, c autem toti inesse, a b quidē propositio in aliquo falsa est, a c autē tota uera,

uera, & cōclusio uera: & trāspoſita quidē priuatiua, ſimiliter. Nā per eoſdē terminos demōſtratio. Et ſi affirmatiua quidē propoſitio in aliquo falſa, priuatiua autē tota uera: nihil enim ꝓhibet a, b qdē alicui ineſſe, c aūt toti nō ineſſe, & b nulli c: ut animal albo qdē alicui, pici aūt nulli, album uerò nulli pici: quare ſi ſumatur a toti b ineſſe: c aūt nulli: a b qdē in aliquo falſa, a c aūt tota uera, & cōcluſio uera. Et ſi utræq; ꝓpoſitiōes in aliquo falſæ, erit cōcluſio uera: poßibile eſt enim a & b, & c alicui ineſſe, b autē nulli c, ut animal, & albo alicui, et nigro alicui, albū uerò nulli nigro: ſi ergo ſumatur a b quidē omni, c aūt nulli, ambæ qdē propoſitiones in aliquo falſæ, cōcluſio aūt uera: ſimiliter autē trāſpoſita priuatiua per terminos. Manifeſtū aūt & in particularibus ſyllogiſmis: nihil enim prohibet a, b quidem omni, c autē alicui ineſſe, & b, alicui c non ineſſe: ut animal omni homini, albū aūt alicui, homo uerò alicui albo non inerit. Si ergo ponatur a, b qdē nulli ineſſe, c aūt alicui ineſſe, uniuerſalis qdē ꝓpoſitio tota falſa, particularis aūt uera, & cōcluſio uera. Similiter aūt & affirmatiua ſumpta a b: poßibile eſt enim a, b quidē nulli, c aūt alicui nō ineſſe, & b alicui c nō ineſſe, ut animal nulli inanimato, albo aūt alicui: & inanimatū nō inerit alicui albo. Si ergo ponatur a, b qdē omni, c uerò alicui nō ineſſe: a b quidē propoſitio uniuerſalis tota falſa, a c autē uera, & cōcluſio uera. Et uniuerſali quidē uera poſita, minori autem particulari falſa: nihil enim ꝓhibet a, nec b, nec c nullū ſeq̃, et b, alicui c nō ineſſe: ut animal nulli numero, nec inanimato, et numerus aliquod inanimatū nō ſequitur. Si ergo ponatur a, b quidem nulli, c autē alicui, & cōcluſio uera, & uniuerſalis ꝓpoſitio uera: particularis autē falſa. Affirmatiua autē uniuerſali ſimiliter po

ter posita: poßibile est enim a & b, & c toti inesse, b autem aliquod c nõ sequi: ut genus speciẽ, & differentiã. Nã animal omnẽ hominẽ, & totũ greßibile sequitur: homo uerò nõ omne greßibile: quare si sumatur a, b quidẽ toti inesse, c autẽ alicui nõ inesse, uniuersalis qdẽ ꝓpositio uera, particularis falsa, cõclusio autẽ uera. Manifestũ aũt quoniam & utrisq; falsis erit cõclusio uera: siquidẽ cõtingit a, & b & c, huic quidẽ omni, illi uerò nulli inesse: b uerò aliquod c non sequi: nam sumpto a b quidẽ nulli, c autẽ alicui inesse, ꝓpositiões qdẽ ambæ falsæ: cõclusio aũt uera. Similiter aũt et cũ prædicatiua fuerit uniuersalis propositio, particularis autẽ priuatiua: poßibile est enim a, b quidẽ nullũ, c autẽ omne sequi, et b alicui c nõ inesse: ut animal disciplinã qdẽ nullã, hominẽ autẽ omnẽ sequitur, disciplina uerò nõ omnẽ hominẽ. si ergo sumatur a b qdẽ toti inesse, c autẽ aliquod non sequi, propositiones quidẽ falsæ, cõclusio autem uera.

Quòd ex falsis verum identidem colligatur in tertia figura.

CAPVT IIII.

Erit autem & in postrema figura per falsas totas, & in aliquo utraq;, & altera quidẽ uera, altera autẽ falsa: & hac quidem in aliquo falsa, illa autem tota uera: & ecõuerso, & quotquot modis aliter poßibile est trãssumere propositiones. Nihil enim prohibet nec a, nec b, nulli c inesse, a autẽ alicui b inesse: ut nec homo, nec greßibile, nullum inanimatũ sequitur: homo autẽ alicui greßibili inest: si ergo sumatur a & b, omni c inesse, ꝓpositiones quidẽ totæ falsæ, cõclusio autẽ uera. Similiter aũt & cùm hæc quidem est priuatiua, illa uerò affirmatiua. Poßibile est enim b qdẽ nulli c inesse, a aũt omni, & a alicui b nõ inesse, ut nigrum nulli

nulli cygno, animal autem omni, & animal nõ omni nigro: quare si sumatur b quidẽ, omni c, a uerò nulli: a, alicui b nõ inerit: & cõclusio quidẽ uera, propositiones autẽ falsæ. Et si in aliquo fuerit utraq; falsa, erit cõclusio uera: nihil enim prohibet & a, & b alicui c inesse, & a alicui b: ut albũ, & pulchrũ alicui animali inest, & albũ alicui pulchro: si ergo ponatur a, & b omni c inesse: ꝑpositiones quidẽ in aliquo falsæ, cõclusio autẽ uera. Et priuatiua a c posita, similiter: nihil enim prohibet a quidẽ alicui c nõ inesse, b uerò alicui inesse: & a nõ omni b inesse, ut albũ alicui animali non inesse. Pulchrũ autem alicui inest, & albũ nõ omni pulchro: quare si sumatur a quidẽ nulli c, b autẽ omni, utræq; ꝑpositiones quidẽ in aliquo falsæ, conclusio autẽ uera. Similiter autem & hæc quidẽ tota falsa, illa uerò tota uera sumpta. Possibile est enim a & b, omne c sequi: & a alicui b nõ inesse: ut animal & albũ, omnẽ cygnũ sequitur, & animal nõ omni inest albo. positis igitur his terminis, si sumatur b q̃dẽ toti c inesse, a uerò toti nõ inesse, b c quidẽ tota erit uera, a c autem tota falsa, & conclusio uera. Similiter autẽ & si b c quidẽ falsa, a c autẽ uera: nã hi quidẽ termini ad demõstrationem: nigrũ, inanimatũ, cygnus. Sed & si utræq; assumantur affirmatiuæ: nihil enim prohibet b quidẽ omne c sequi, a aũt toti c nõ inesse, & a alicui b inesse: ut omni cygno animal: nigrũ uerò nulli cygno: et nigrũ inest alicui animal: quare si sumatur a & b omni c inesse, b c quidẽ tota uera, a c autem tota falsa, & cõclusio uera. Similiter aũt & a c sumpta uera, nã per eosdẽ terminos demõstratio. Rursum hac quidẽ tota uera existente, illa uerò in aliquo falsa: possibile est enim b quidẽ omni c inesse, a autẽ alicui c, & alicui b: ut bipes quidẽ omni homini, pulchrũ nõ omni, et pulchrum

chrum alicui bipedi inest. Si ergo sumatur a & b, toti c inesse, b c quidē, tota uera: a c autem in aliquo falsa, cōclusio autē uera. Similiter aūt & a c quidē uera: b c autē falsa in aliquo sumpta: trāspositis enim ijsdem terminis erit demōstratio. Et cùm hæc quidē est priuatiua, illa uerò affirmatiua: quoniā poßibile est b quidē toti c inesse, a aūt alicui c: & quādo sic se habeant, nō omni b inesse a. Si ergo assumatur b quidē toti c inesse, a autē nulli: priuatiua quidē in aliquo falsa, altera autem tota uera, & cōclusio erit uera. Rursum quoniā ostensum est, quòd cùm a quidē nulli c inest, & b alicui, euenit a alicui b non inesse: manifestū igitur quoniā & cū a c tota est uera b c autē in aliquo falsa, contingit cōclusionē esse uerā: si enim sumatur a quidē nulli c, b autē omni: a c quidē tota uera, b c autem in aliquo falsa.

* Syllogismus vniuersalis in tertia figura, cuius vtraque propositionū est vniuersalis: particularis verò, cuius aliqua particularis sumitur.

Manifestū autē & in particularibus syllogismis: quoniam omnino per falsa erit uerū: nā ijdē termini sumēdi, & quādo uniuersales fuerint propositiones: in prædicatiuis quidem prædicatiui, in priuatiuis aūt priuatiui: nihil enim differt cùm nulli inerat, uniuersaliter sumere inesse, & si alicui inerat, uniuersaliter sumere ad terminorū positionē: similiter aūt & in priuatiuis. Manifestū igitur quādo sit cōclusio falsa, necesse est ea ex q̄bus est oratio, falsa esse aut omnia, aut aliqua: quādo autē uera, non necesse est uerū esse nec aliquod quidē, nec omne. Sed est cùm nullū sit uerū eorum, quæ sunt in syllogismis, & cōclusionē similiter esse ueram, non tamen ex neceßitate. Causa autem quoniā quādo duo sic se habēt adinuicem, ut cùm alterū sit, ex neceßitate esse alterū: hoc cùm non sit quidē, nec alterū erit: cùm autē sit, nō necesse est esse alterū: idem autē cum sit, & nō sit, impoßibile ex neceßitate esse idē. Dico autem cùm sit a album,

a albũ,b esse magnũ ex necessitate,& cũ nõ sit a albũ,b esse magnũ ex necessitate,quãdo enim cùm hoc sit(ut a) albũ, illud necesse est(ut b)esse magnũ:cũ aũt sit b magnũ,c non esse albũ:necesse est si a sit albũ,c nõ esse album. Et quãdo duobus existẽtibus,cùm alterũ sit,necesse est alterum esse: hoc aũt cùm nõ sit,necesse est a nõ esse: cũ ergo b nõ sit magnũ,a nõ potest albũ esse:cùm uerò a nõ sit albũ,necesse est b magnũ esse:accidit ex necessitate cùm b magnũ nõ sit,idẽ b esse magnũ:hoc aũt impossibile:nã si b nõ est magnũ,a nõ erit albũ ex necessitate:si ergo cùm nõ sit a albũ,b erit magnum,accidit si b nõ est magnũ,b esse magnũ,ut per tria.

De circulari ostensione in prima figura.

CAPVT V.

Circulo autẽ,& ex seinuicẽ ostẽdere est per cõclusionem,& ecõuerso prædicationẽ alterã sumentẽ ꝓpositionẽ,cõcludere reliquã,quã sumpserat in altero syllogismo:ut si oportuit ostẽdere quoniã a inest omni c,ostẽdat autẽ per b:rursus si mõstret quoniam a inest b:sumẽs a quidẽ inesse c,c autẽ b,& a inerit b,prius autem ecõuerso sumpsit b inesse c:aut si quoniã b inest c,oporteat ostendere,si sumat a de c,quæ fuit cõclusio,b autẽ de a esse:prius autem sumptũ est econuerso a de b. Aliter uerò non est ex seinuicẽ ostendere,siue enim aliud mediũ sumetur,nõ circulo:nil enim sumitur eorũdẽ:siue horũ quiddã,necesse est alterũ solũ:nã si ambo,eadẽ erit cõclusio,at oportet diuersam esse. In ijs igitur quæ nõ cõuertũtur,ex indemõstrata altera propositione fit syllogismus:nõ enim est demõstrare per hos terminos,quoniã medio inest tertiũ,aut primo mediũ.In ijs aũt quæ cõuertũtur,erit omnia mõstrare per seinuicẽ.Vt si a,& b,& c cõuertũtur sibijnuicẽ: ostẽdatur

Circulo ostendere, & ex seinuicẽ ostendere,idem.

tur enim a c per mediũ b: & rursum a b per cõclusionẽ, & per b c propositionẽ cõuersam. Similiter aũt & b c, & per conclusionẽ, & per a b propositionẽ conuersam. Oportet aũt & c b, & b a propositionẽ demonstrare: nã his demonstratis usi sumus solis. Si ergo sumatur b omni c ineße, & c omni a: syllogismus erit eius quod est b ad a. Rursus si sumatur c omni a ineße, & a omni b, necesse est c ineße omni b. In utrisq; ergo syllogismis c a propositio sumpta est indemonstrata, nam aliæ probatæ erant: quare si hãc ostenderimus, oẽs erunt approbatæ per seinuicẽ: si ergo sumatur c omni b, & b omni a inesse: utræq; propositiones demonstratæ sumũtur, & c necesse est inesse a. Manifestũ est ergo quoniã in solis ijs quæ cõuertũtur, circulo & per seinuicem cõtingit fieri demõstratiões: in alijs uerò queãdmodũ prius diximus. Accidit aũt & in ijs eodem quod mõstratur uti ad demõstrationem: nam c de b, & b de a mõstratur sumpto c de a dici: c autem de a per has ostẽditur propositiones: quare cõclusione utimur ad demõstrationem. In priuatiuis autẽ syllogismis hoc modo mõstratur ex seinuicẽ: sit b quidem, omni c inesse: a aũt nulli b: cõclusio aũt quoniã a nulli c. Si ergo rursum oporteat concludere quoniã a nulli b. quod prius sumptũ erat, erit a quidẽ nulli c, c aũt omni b: sic enim ecõuerso propositio. Si aũt quoniã b inest c oporteat cõcludere, nõ iam similiter cõuertendũ a b: c nã eadẽ propositio est b nulli a, & a nulli b inesse, sed sumẽdũ, cui a nulli inest, huic b omni inesse. Sit enim a nulli c inesse, quod quidẽ fuit cõclusio, cui aũt a, nulli: b si sumatur, omni inesse: necesse est ergo b, omni c inesse: quare cùm sint tria, unũquodq; cõclusio est facta, & circulo demonstrare: hoc est cõclusionẽ sumentẽ & ecõuerso alterã propositionẽ, reliquam

reliquã syllogizare. In particularibus autẽ syllogismis uniuersalẽ qdẽ ꝓpositionẽ nõ est demõstrare per alias, particularem aũt est: quoniã aũt nõ est demõstrare uniuersalẽ, manifestũ: nã uniuersale mõstratur per uniuersalia: conclusio autẽ nõ est uniuersalis: oportet aut ostẽdere ex cõclusiõe et altera ꝓpositiõe. Amplius omnino nõ fit syllogismus conuersa ꝓpositione: nã particulares fiunt utræq; ꝓpositiones. Particularẽ autẽ est: ostendatur enim a de aliquo c per b, si ergo sumatur b, omni a, et cõclusio maneat: b alicui c inerit: fit enim prima figura, & est a medium. Si aũt sit priuatiuus syllogismus, uniuersalẽ quidẽ ꝓpositionẽ nõ est ostendere, propter hoc quod prius dictũ est: particularẽ (si simpliciter cõuertatur a b: quemadmodũ & in uniuersalibus) non est: per assumptionem autem est, ut cui a, alicui non insit, b alicui inesse: nam aliter se habentibus non fit syllogismus: eò quòd negatiua est particularis propositio.

De eadem cyclica circulari ostensione in secunda figura.

CAPVT VI.

IN secunda aũt figura affirmatiuã quidẽ nõ est ostẽdere per hũc modũ: priuatiuã aũt est. ergo prædicatiua quidẽ nõ ostẽditur, eò quòd nõ sunt utræq; ꝓpositiones affirmatiuæ: nõ cõclusio priuatiua. prædicatiua aũt ex utrisq; ostẽdebatur affirmatiuis. Priuatiua autẽ sic ostẽditur, insit & a omni b: c aũt nulli, cõclusio quoniã b nulli c: si ergo sumatur b omni a inesse, & nulli c, necesse est a, nulli c inesse: fit enim secũda figura, mediũ b. Si aũt a b priuatiua sumpta sit, altera uerò prædicatiua, prima erit figura: nã c quidẽ omni a, b aũt nulli c, quare b nulli a, ergo nec a, b. medium c. ergo per cõclusionẽ qdẽ, & unã ꝓpositionẽ nõ fit syllogismus.

assumpta autē altera, erit. Si aūt nō uniuersalis sit syllogismus, quæ in toto quidē est ꝓpositio, nō ostenditur, propter eandē causam quā quidē diximus & prius: quæ autem in parte, ostenditur quādo uniuersalis sit predicatiua. Insit enim a, omni b, c aūt nō omni, cōclusio b c: si ergo sumatur b, omni a, c autem non omni, conclusio a, alicui c non inerit. medium b. Si autē est uniuersalis priuatiua, non ostenditur a propositio, cōuersa a b: accidit enim utrasq;, aut alteram propositionem fieri negatiuam, quare nō erit syllogismus: sed similiter ostendetur quemadmodū & in uniuersalibus, si sumatur cui b, alicui non inest, a alicui inesse.

De cyclica ratiocinatione in tertia figura.

CAPVT VII.

IN *tertia aūt figura, quādo utræq; propositiones uniuersaliter sumētur, nō cōtingit ostendere per seinuicē propositionē. Nā uniuersalis quidem ostēditur per uniuersalia: in hac aūt conclusio semper est particularis: quare manifestum, quoniā omnino nō cōtingit ostendere per hāc figurā uniuersalē propositionē. Si aūt hæc qdē uniuersalis sit, illa uerò particularis, quādoq; quidē erit, quādoq; uerò nō inerit: quādo ergo utræq; prædicatiuæ sumūtur, & uniuersalis sit, ad minorē extremitatē erit. quando uerò ad alterā, nō erit. Insit enim a omni c: b autē alicui c: cōclusio a b. Si ergo sumatur c, omni a inesse cōuersa uniuersali, et a inesse b, quod erat cōclusio: c quidem ostēsum est alicui b inesse, b autē alicui c, nō est ostensum: quāuis necesse est si c alicui b, & b alicui c inesse: sed nō idē est hoc illi, & illud huic inesse: sed assumēdū est, si hoc alicui illi, & alterū alicui huic: hoc autē sumpto iam nō fit ex cōclusione, & altera propositione syllogismus. Si autē b quidē omni c, a autē alicui c,*

erit

erit oſtendere a c. quando ſumatur c quidẽ omni b ineſſe, a autem alicui. nam ſi c omni b ineſt, a aũt alicui b: neceſſe eſt a alicui c ineſſe. mediũ b. Et cùm fuerit hæc prædicatiua quidẽ, illa uerò priuatiua: uniuerſalis aũt prædicatiua, oſtẽdetur altera. Inſit enim b omni c: a autem alicui non inſit: concluſio quoniã a alicui b nõ ineſt. Si ergo aſſumatur c b omni ineſſe: inerat autẽ & a non omni b: neceſſe eſt a alicui c nõ ineſſe. medium b. Cùm autem priuatiua uniuerſalis ſit, non oſtenditur altera niſi ſicut in prioribus, ſi ſumatur cui hoc alicui non ineſt, alterum alicui ineſſe: ut ſi a nulli c, b autẽ alicui: concluſio quoniã a alicui b nõ ineſſe. Si ergo ſumatur cui a, alicui non ineſt, eidẽ c alicui ineſſe, neceſſe eſt c alicui b ineſſe, aliter autem nõ eſt, cõuertentem uniuerſalem ꝓpoſitionẽ oſtendere alterã: nullo enim modo erit ſyllogiſmus. Manifeſtũ igitur quoniam in prima quidẽ figura per ſeinuicem eſt oſtenſio: & per primã, & per tertiã figurã fit: nã cũ prædicatiua quidẽ eſt cõcluſio, per primã: cũ autem priuatiua, per poſtremã: ſumitur enim cui hoc nulli, alterum omni ineſſe. In media autem, cùm uniuerſalis eſt quidẽ ſyllogiſmus & per ipſam, & per primam figuram, & per poſtremam: cùm autem particularis, & per ipſam, & per poſtremam. In tertia uerò per ipſam, omnes. Manifeſtũ etiam quoniam in media, & in tertia, qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi, aut non ſunt ſecundùm eam quæ circulo eſt oſtenſionem, aut imperfecti ſunt.

De ſyllogiſmo conuerſiuo.

CAPVT VIII.

Conuertere autẽ eſt trãſponentem concluſionẽ facere ſyllogiſmũ: quoniã uel extremũ medio non inerit, uel hoc poſtremo: neceſſe eſt enim cõcluſiõe cõuerſa, & altera re Ex eo quod eſt cõcluſionẽ conuertere, cognoſcitur faci-

ex falsis autem uerū, tamen nō propter quid, sed quia: nam eius qui est ꝓpter quid, nō est ex falsis syllogismus: ob quā autē causam, in sequētibus dicetur. Primum *ergo quoniam ex ueris nō poßibile falsum syllogizare, hinc manifestum.* Si *enim cùm est a, necesse est esse b: si non est b, necesse est a nō esse: si ergo uerū est a, necesse est & b uerū esse, aut accidet idē simul & esse, & nō esse: hoc aūt impoßibile.* Nō *autē quoniā ponitur a unus terminus, accipiatur cōtingere uno aliquo existēte, ex neceßitate aliquid accidere: nō enim potest.* Nā *quod accidit ex neceßitate, cōclusio est: per quæ autem fit, ad minimū tres sunt termini, duo autē interualla, & ꝓpositiones.* Si *ergo uerū est cui omni inest b, & a: cui autē c, & b: cui c, necesse est a inesse: & nō potest hoc falsum esse: simul enim erit idē, & nō erit: ergo a ut unū, positum est duas propositiones colligere.* Similiter *aūt se habet & in priuatiuis: non enim est ex ueris ostēdere falsum.* Ex *falsis autē est uerū syllogizare, & utrisq; propositionibus falsis, & una: hac aūt nō utralibet cōtingit, sed secūda: si quidē totā sumamus falsam: non tota autē sumpta, est utralibet.* Insit *enim a omni c, ei autē quod est b nulli, nec b insit c: contingit autem hoc, ut nulli lapidi animal. & lapis nulli homini: si igitur sumatur a, omni b: & b, omni c: a, omni c inerit: quare ex utrisque falsis uera est conclusio, omnis enim homo animal.* Similiter *aūt & priuatiuū: insit enim c nulli, nec a, nec b: a autē b omni: ut si eisdē terminis sumptis, mediū ponatur homo, lapidi enim nec animal, nec homo nulli inest: homini aūt omni, animal: quare si cui quidem omni inest, sumamus nulli inesse: cui uerò non inest, omni inesse: ex falsis utrisq; uera erit conclusio.* Similiter *aūt ostendetur, & si in aliquo utraq; falsa sumatur.* Si *autem*

altera

altera ponatur falsa, prima quidē tota falsa existēte ut a b, non erit cōclusio uera: b c autē erit. Dico autē totam falsam quod cōtrariā ueræ: ut si quod nulli inest, omni sumptū est. aut si quod omni, nulli inesse. Insit enim a, b nulli: b autē, omni c: si ergo b c quidē ꝑpositionē sumamus uerā, a b aūt falsam totā, & omni b, inesse a: impoßibile est a c cōclusionem uerā esse: nulli enim inerat a earū quæ sunt c: siquidem cui b nulli, b autē omni c. Similiter autē nec si a, omni b inest: & b, omni c: sumpta sit autē b c quidē uera propositio: a b autē falsa tota, & nulli, cui b, inest a, cōclusio falsa erit: omni enim c, inest a, siquidē cui b omni, & a: b autē omni c. Manifestū ergo quoniā prima tota sumpta falsa siue affirmatiua, siue priuatiua, altera aūt uera, nō fit uera cōclusio. Nō tota autē sumpta falsa, erit: nā si a, c quidē omni inest, b autē alicui: b autē omni c: ut animal, cygno quidem omni: albo autē alicui, albū autem omni cygno: si sumatur a omni b, & b omni c: a omni c inerit uerè: omnis enim cygnus, animal. Similiter autē & si priuatiua sit a b: poßibile est enim a b quidē alicui inesse, c uerò nulli: b autem omni c: ut animal alicui albo, niui uerò nulli: album uerò omni niui: si ergo sumatur a quidē, nulli b: b autē, omni c: a nulli c inerit. Si aūt a b quidē propositio tota sumatur uera, b c autē tota falsa: erit syllogismus uerus: nihil enim prohibet a, & b & c omni inesse: b autem nulli c, ut quæcūq; eiusdē generis sunt species non subalternæ: nam animal & homini, & equo inest: equus autem nulli homini inest: si ergo sumatur a omni b: & b omni c: conclusio uera erit, tota falsa b c propositione. Similiter autē cum uniuersalis priuatiua est a b ꝑpositio: cōtingit enim a neq; b, neq; c nulli inesse: & b nulli c: ut ex alio genere speciebus diuersum genus: nā

Syllogism⁹ uerus dicitur, cuius conclusio vera: & ex oposito falsus, cuius conclusio falsa.

animal nec musicæ,nec medicinæ inest, neq; musica medicinæ.sumpta ergo a quidē nulli b,b autē omni c : uera erit cõclusio.Et si nõ tota falsa sit b c,sed in aliquo:etiã sic erit cõclusio uera.Nihil enim ꝓhibet a,& b,& c toti inesse,b autē alicui c:ut genus speciei, & differentiæ : nam animal homini omni,& omni greßibili:homo autē alicui greßibili,& nõ omni:si ergo a omni b,et b omni c sumatur:a omni c inerit,quod quidē erat uerũ.Similiter autē cùm priuatiua est a b propositio:cõtingit enim a nec b,nec c nulli inesse:b uerò alicui c:at genus ex alio genere speciei,& differentiæ: nam animal nec sapientiæ nulli inest,nec contēplationi : sapientia uerò alicui cõtemplationi:si ergo sumatur a,nulli b :b autē omni c : nulli c inerit a:hoc autē erat uerum. In particularibus aũt syllogismis cõtingit & prima propositione tota falsa existente,altera autem uera,ueram esse cõclusionē,& a b in aliquo falsa existēte,b c aũt uera, & a b quidē uera,particulari autē falsa:& utrisq; existētibus falsis.Nihil enim ꝓhibet a,b quidē nulli inesse:c autē alicui,& b alicui c inesse,ut animal nulli niui,albo aũt alicui inest,& nix albo alicui:si ergo ponatur mediũ nix,primum autē animal,& sumatur a quidē toti b inesse, b autē alicui c,a b tota falsa,b c aũt uera:& cõclusio uera.Similiter aũt & cũ priuatiua est a b ꝓpositio : poßibile est enim a,b quidē toti inesse:c aũt alicui nõ inesse, b uerò alicui c inesse:ut animal homini quidē omni inest,albũ autem aliquod nõ sequitur.homo uerò alicui albo inest.quare si medio posito homine, sumatur a nulli b inesse, & b alicui c, uera sit conclusio:cùm sit tota falsa a b propositio.Et si in aliquo sit falsa a b propositio,b c uera existente,erit conclusio uera.Nihil enim probibet a,& b,& c,alicui inesse:

b autē

b autẽ alicui c: ut animal alicui pulchro,& alicui magno: & pulchrũ alicui magno ineſt: ſi ergo ſumatur a omni b, & b alicui c: & a b quidẽ ꝓpoſitio in aliquo falſa erit, b c aũt uera: & cõcluſio uera. Similiter aũt & cũ priuatiua eſt a b propoſitio: nã ijdẽ erunt termini, & ſimiliter poſiti ad demõſtrationẽ. Rurſum ſi a b quidẽ uera, b c aũt falſa: uera erit cõcluſio. Nihil enim prohibet a quidem toti ineſſe b, c aũt alicui: & b nulli c ineſſe. Vt animal, cygno quidẽ omni, nigro aũt alicui, cygnus uerò nulli nigro: quare ſi ſumatur a omni b, & b alicui c, uera erit cõcluſio, cũ ſit falſa b c. Similiter aũt & priuatiua ſumpta a b propoſitione: poßibile enim a b quidẽ nulli: c aũt alicui nõ ineſſe, & b nulli c: ut genus ex alio genere ſpeciei & accidẽti eius ſpeciebus: nã animal quidẽ numero nulli ineſt, albo uerò nõ alicui, numerus autẽ nulli albo: ſi ergo mediũ ponatur numerus, & ſumatur a qdẽ nulli b, b aũt alicui c: a, alicui c nõ inerit: quod fuit uerũ, cũ a b qdẽ ſit propoſitio uera, b c aũt falſa. Et ſi in aliquo ſit falſa a b, falſa aũt & b c, erit cõcluſio uera: Nihil enim prohibet a, alicui b, & alicui c ineſſe utrique, b aũt, nulli c: ut ſi b ſit cõtrariũ ipſi c, & ambo accidẽtia eidẽ generi: nã animal alicui albo, & alicui nigro ineſt, albũ aũt nulli nigro ineſt: ſi ergo ſumatur a omni b, & b alicui c: uera erit cõcluſio. Et priuatiua qdẽ ſumpta a b, ſimiliter. Nã ijdẽ termini, & ſimiliter ponẽtur ad demõſtrationẽ. Et ex utriſq; falſis, erit cõcluſio uera. Poßibile eſt enim a, b quidẽ nulli: c aũt alicui ineſſe: b uerò nulli c. Vt genus ex alio genere ſpeciei et accidẽti ſpeciebus eius, animal enim numero quidẽ nulli, albo uerò alicui ineſt: & numerus nulli albo. Si ergo ſumatur a, omni b: & b alicui c: cõcluſio quidẽ uera, propoſitiões uerò ambæ falſæ. Similiter aũt & cũ priuati-

 ua eſt

ua est a b. Nihil enim prohibet a, b quidẽ toti inesse: c autẽ alicui nõ inesse: & neq; b, nulli c: ut animal cygno quidem omni, nigro autem alicui nõ inest: cygnus uerò nulli nigro: quare si sumatur a nulli b: b aũt alicui c: a alicui c nõ inerit: ergo conclusio quidem uera, propositiones autem falsæ.

Quòd colligatur verum ex falsis in secunda figura.

CAPVT III.

IN *media autẽ figura omnino contingit per falsa uerum syllogizare: & utrisq; propositionibus totis falsis sumptis, & hac quidem uera, illa tota falsa, utralibet falsa posita, & si utræq; in aliquo falsæ, & si hæc quidem simpliciter uera, illa autem in aliquo falsa: & in uniuersalibus, & in particularibus syllogismis. Si enim a, b quidẽ nulli inest, c autem omni: ut lapidi animal quidem nulli, homini autem omni: si contrariæ ponantur propositiones, & si sumatur a, b quidẽ omni, c uerò nulli: ex falsis totis propositionibus erit uera conclusio. Similiter autẽ & si a inest, b quidẽ omni, c uerò nulli: nã idem erit syllogismus. Rursum si altera quidẽ tota falsa, altera autem tota uera. Nihil enim prohibet a, & b, & c omni inesse: b autẽ nulli c, ut genus non subalternis speciebus. Nã animal & equo omni, & homini inest, & nullus homo equus: si ergo sumatur animal huic quidẽ omni, illi uerò nulli inesse: hæc quidẽ erit falsa, illa uerò tota uera, & conclusio uera, ad quodlibet posito priuatiuo. Et si altera in aliquo falsa, altera autẽ tota uera: poßibile est enim a, b quidẽ alicui inesse: c autẽ omni: & b, nulli c, ut animal albo qdẽ alicui, coruo autẽ omni, albũ uerò nulli coruo. Si ergo sumatur a b quidẽ nulli, c autem toti inesse, a b quidẽ propositio in aliquo falsa est, a c autẽ tota uera,*

uera, & cõclusio uera: & trãsposita quidẽ priuatiua, similiter. Nã per eosdẽ terminos demõstratio. Et si affirmatiua quidẽ propositio in aliquo falsa, priuatiua autẽ tota uera: nihil enim ꝓhibet a, b qdẽ alicui inesse, c aũt toti nõ inesse, & b nulli c: ut animal albo qdẽ alicui, pici aũt nulli, album uerò nulli pici: quare si sumatur a toti b inesse: c aũt nulli: a b qdẽ in aliquo falsa, a c aũt tota uera, & cõclusio uera. Et si utræq; ꝓpositiões in aliquo falsæ, erit cõclusio uera: poßibile est enim a & b, & c alicui inesse, b autẽ nulli c, ut animal, & albo alicui, et nigro alicui, albũ uerò nulli nigro: si ergo sumatur a b quidẽ omni, c aũt nulli, ambæ qdẽ propositiones in aliquo falsæ, cõclusio aũt uera: similiter autẽ trãsposita priuatiua per terminos. Manifestũ aũt & in particularibus syllogismis: nihil enim prohibet a, b quidem omni, c autẽ alicui inesse, & b, alicui c non inesse: ut animal omni homini, albũ aũt alicui, homo uerò alicui albo non inerit. Si ergo ponatur a, b qdẽ nulli inesse, c aũt alicui inesse, uniuersalis qdẽ ꝓpositio tota falsa, particularis aũt uera, & cõclusio uera. Similiter aũt & affirmatiua sumpta a b: poßibile est enim a, b quidẽ nulli, c aũt alicui nõ inesse, & b alicui c nõ inesse, ut animal nulli inanimato, albo aũt alicui: & inanimatũ nõ inerit alicui albo. Si ergo ponatur a, b qdẽ omni, c uerò alicui nõ inesse: a b quidẽ propositio uniuersalis tota falsa, a c autẽ uera, & cõclusio uera. Et uniuersali quidẽ uera posita, minori autem particulari falsa: nihil enim ꝓhibet a, nec b, nec c nullũ seq, et b, alicui c nõ inesse: ut animal nulli numero, nec inanimato, et numerus aliquod inanimatũ nõ sequitur. Si ergo ponatur a, b quidem nulli, c autẽ alicui, & cõclusio uera, & uniuersalis ꝓpositio uera: particularis autẽ falsa. Affirmatiua autẽ uniuersali similiter po-

nulli cygno, animal autem omni, & animal nõ omni nigro: quare si sumatur b quidẽ, omni c, a uerò nulli: a, alicui b nõ inerit: & cõclusio quidẽ uera, propositiones autẽ falsæ. Et *si in aliquo fuerit utraq; falsa, erit cõclusio uera: nihil enim prohibet & a, & b alicui c inesse, & a alicui b: ut albũ, & pulchrũ alicui animali inest, & albũ alicui pulchro: si ergo ponatur a, & b omni c inesse: ꝑpositiones quidẽ in aliquo falsæ, cõclusio autẽ uera.* Et *priuatiua a c posita, similiter: nihil enim prohibet a quidẽ alicui c nõ inesse, b uerò alicui inesse: & a nõ omni b inesse, ut albũ alicui animali non inesse.* Pulchrũ *autem alicui inest, & albũ nõ omni pulchro: quare si sumatur a quidẽ nulli c, b autẽ omni, utræq; ꝑpositiones quidẽ in aliquo falsæ, conclusio autẽ uera. Similiter autem & hæc quidẽ tota falsa, illa uerò tota uera sumpta.* Poßibile *est enim a & b, omne c sequi: & a alicui b nõ inesse: ut animal & albũ, omnẽ cygnũ sequitur, & animal nõ omni inest albo. positis igitur his terminis, si sumatur b qdẽ toti c inesse, a uerò toti nõ inesse, b c quidẽ tota erit uera, a c autem tota falsa, & conclusio uera. Similiter autẽ & si b c quidẽ falsa, a c autẽ uera: nã hi quidẽ termini ad demõstrationem: nigrũ, inanimatũ, cygnus. Sed & si utræq; assumantur affirmatiuæ: nihil enim prohibet b quidẽ omne c sequi, a aũt toti c nõ inesse, & a alicui b inesse: ut omni cygno animal: nigrũ uerò nulli cygno: et nigrũ inest alicui animal: quare si sumatur a & b omni c inesse, b c quidẽ tota uera, a c autem tota falsa, & cõclusio uera. Similiter aũt & a c sumpta uera, nã per eosdẽ terminos demõstratio.* Rursum *hac quidẽ tota uera existente, illa uerò in aliquo falsa: possibile est enim b quidẽ omni c inesse, a autẽ alicui c, & alicui b: ut bipes quidẽ omni homini, pulchrũ nõ omni, et pulchrum*

a albũ, b esse magnũ ex necessitate, & cũ nõ sit a albũ, b esse magnũ ex necessitate, quãdo enim cùm hoc sit (ut a) albũ, illud necesse est (ut b) esse magnũ: cũ aũt sit b magnũ, c non esse albũ: necesse est si a sit albũ, c nõ esse album. Et quãdo duobus existẽtibus, cùm alterũ sit, necesse est alterum esse: hoc aũt cùm nõ sit, necesse est a nõ esse: cũ ergo b nõ sit magnũ, a nõ potest albũ esse: cùm uerò a nõ sit albũ, necesse est b magnũ esse: accidit ex necessitate cùm b magnũ nõ sit, idẽ b esse magnũ: hoc aũt impossibile: nã si b nõ est magnũ, a nõ erit albũ ex necessitate: si ergo cùm nõ sit a albũ, b erit magnum, accidit si b nõ est magnũ, b esse magnũ, ut per tria.

De circulari ostensione in prima figura.

CAPVT V.

Circulo autẽ, & ex seinuicẽ ostẽdere est per cõclusionem, & ecõuerso prædicationẽ alterã sumentẽ ppositionẽ, cõcludere reliquã, quã sumpserat in altero syllogismo: ut si oportuit ostẽdere quoniã a inest omni c, ostẽdat autẽ per b: rursus si mõstret quoniam a inest b: sumẽs a quidẽ inesse c, c autẽ b, & a inerit b, prius autem ecõuerso sumpsit b inesse c: aut si quoniã b inest c, oporteat ostendere, si sumat a de c, quæ fuit cõclusio, b autẽ de a esse: prius autem sumptũ est econuerso a de b. Aliter uerò non est ex seinuicẽ ostendere, siue enim aliud mediũ sumetur, nõ circulo: nil enim sumitur eorũdẽ: siue horũ quiddã, necesse est alterũ solũ: nã si ambo, eadẽ erit cõclusio, at oportet diuersam esse. In ijs igitur quæ nõ cõuertũtur, ex indemõstrata altera propositione fit syllogismus: nõ enim est demõstrare per hos terminos, quoniã medio inest tertiũ, aut primo mediũ. In ijs aũt quæ cõuertũtur, erit omnia mõstrare per seinuicẽ. Vt si a, & b, & c cõuertũtur sibijnuicẽ: ostẽdatur

Circulo ostendere, & ex seinuicẽ ostendere, idem.

tur enim a c per mediũ b: & rursum a b per cõclusionẽ, & per b c propositionẽ cõuersam. Similiter aũt & b c, & per conclusionẽ, & per a b propositionẽ conuersam. Oportet aũt & c b, & b a propositionẽ demonstrare: nã his demonstratis usi sumus solis. Si ergo sumatur b omni c ineßе, & c omni a: syllogismus erit eius quod est b ad a. Rursus si sumatur c omni a ineße, & a omni b, necesse est c ineße omni b. In utrisq; ergo syllogismis c a propositio sumpta est indemonstrata, nam aliæ probatæ erant: quare si hãc ostenderimus, oẽs erunt approbatæ per seinuicẽ: si ergo sumatur c omni b, & b omni a inesse: utræq; propositiones demonstratæ sumũtur, & c necesse est inesse a. Manifestũ est ergo quoniã in solis ijs quæ cõuertũtur, circulo & per seinuicem cõtingit fieri demõstratiões: in alijs uerò quẽadmodũ prius diximus. Accidit aũt & in ijs eodem quod mõstratur uti ad demõstrationem: nam c de b, & b de a mõstratur sumpto c de a dici: c autem de a per has ostẽditur propositiones: quare cõclusione utimur ad demõstrationem. In priuatiuis autẽ syllogismis hoc modo mõstratur ex seinuicẽ: sit b quidem, omni c inesse: a aũt nulli b: cõclusio aũt quoniã a nulli c. Si ergo rursum oporteat concludere quoniã a nulli b. quod prius sumptũ erat, erit a quidẽ nulli c, c aũt omni b: sic enim ecõuerso propositio. Si aũt quoniã b inest c oporteat cõcludere, nõ iam similiter cõuertendũ a b: c nã eadẽ propositio est b nulli a, & a nulli b inesse, sed sumẽdũ, cui a nulli inest, huic b omni inesse. Sit enim a nulli c inesse, quod quidẽ fuit cõclusio, cui aũt a, nulli: b si sumatur, omni inesse: necesse est ergo b, omni c inesse: quare cùm sint tria, unũquodq; cõclusio est facta, & circulo demonstrare: hoc est cõclusionẽ sumentẽ & ecõuerso alterã propositionẽ,

reliquam

reliquã syllogizare. In particularibus autẽ syllogismis uniuersalẽ qdẽ ꝓpositionẽ nõ est demõstrare per alias, particularem aũt est: quoniã aũt nõ est demõstrare uniuersalẽ, manifestũ: nã uniuersale mõstratur per uniuersalia: conclusio autẽ nõ est uniuersalis: oportet aut ostẽdere ex cõclusiõe et altera ꝓpositiõe. Amplius omnino nõ fit syllogismus conuersa ꝓpositione: nã particulares fiunt utræq; ꝓpositiones. Particularẽ autẽ est: ostendatur enim a de aliquo c per b, si ergo sumatur b, omni a, et cõclusio maneat: b alicui c inerit: fit enim prima figura, & est a medium. Si aũt sit priuatiuus syllogismus, uniuersalẽ quidẽ ꝓpositionẽ nõ est ostendere, propter hoc quod prius dictũ est: particularẽ (si simpliciter cõuertatur a b: quemadmodũ & in uniuersalibus) non est: per assumptionem autem est, ut cui a, alicui non insit, b alicui inesse: nam aliter se habentibus non fit syllogismus: eò quòd negatiua est particularis propositio.

De eadem cyclica circulari ostensione in secunda figura.

CAPVT VI.

IN secunda aũt figura affirmatiuã quidẽ nõ est ostẽdere per hũc modũ: priuatiuã aũt est. ergo prædicatiua quidẽ nõ ostẽditur, eò quòd nõ sunt utræq; ꝓpositiones affirmatiuæ: nõ cõclusio priuatiua. prædicatiua aũt ex utrisq; ostẽdebatur affirmatiuis. Priuatiua autẽ sic ostẽditur, insit & a omni b: c aũt nulli, cõclusio quoniã b nulli c: si ergo sumatur b omni a inesse, & nulli c, necesse est a, nulli c inesse: fit enim secũda figura, mediũ b. Si aũt a b priuatiua sumpta sit, altera uerò prædicatiua, prima erit figura: nã c quidẽ omni a, b aũt nulli c, quare b nulli a, ergo nec a, b. medium c. ergo per cõclusionẽ qdẽ, & unã ꝓpositionẽ nõ fit syllogismus.

assumpta autē altera, erit. Si aūt nō uniuersalis sit syllogismus, quæ in toto quidē est ꝓpositio, nō ostenditur, propter candē causam quā quidē diximus & prius: quæ autem in parte, ostenditur quādo uniuersalis sit predicatiua. Insit enim a, omni b, c aūt nō omni, cōclusio b c: si ergo sumatur b, omni a, c autem non omni, conclusio a, alicui c non inerit. medium b. Si autē est uniuersalis priuatiua, non ostenditur a propositio, cōuersa a b: accidit enim utrasq;, aut alteram propositionem fieri negatiuam, quare nō erit syllogismus: sed similiter ostendetur quemadmodū & in uniuersalibus, si sumatur cui b, alicui non inest, a alicui inesse.

De cyclica ratiocinatione in tertia figura.

CAPVT VII.

IN tertia aūt figura, quādo utræq; propositiones uniuersaliter sumētur, nō cōtingit ostendere per se inuicē propositionē. Nā uniuersalis quidem ostēditur per uniuersalia: in hac aūt conclusio semper est particularis: quare manifestum, quoniā omnino nō cōtingit ostendere per hāc figurā uniuersalē propositionē. Si aūt hæc qdē uniuersalis sit, illa uerò particularis, quādoq; quidē erit, quādoq; uerò nō inerit: quādo ergo utræq; prædicatiuæ sumātur, & uniuersalis sit, ad minorē extremitatē erit. quando uerò ad alterā, nō erit. Insit enim a omni c: b autē alicui c: cōclusio a b. Si ergo sumatur c, omni a inesse cōuersa uniuersali, et a inesse b, quod erat cōclusio: c quidem ostēsum est alicui b inesse, b autē alicui c, nō est ostensum: quāuis necesse est si c alicui b, & b alicui c inesse: sed nō idē est hoc illi, & illud huic inesse: sed assumēdū est, si hoc alicui illi, & alterū alicui huic: hoc autē sumpto iam nō fit ex cōclusione, & altera propositione syllogismus. Si autē b quidē omni c, a autē alicui c,

erit

erit oſtendere a c.quando ſumatur c quidē omni b ineſſe,a autem alicui.nam ſi c omni b ineſt,a aūt alicui b:neceſſe eſt a alicui c ineſſe.mediū b. Et cùm fuerit hæc prædicatiua quidē,illa uerò priuatiua:uniuerſalis aūt prædicatiua,oſtēdetur altera. Inſit enim b omni c :a autem alicui non inſit: concluſio quoniā a alicui b nō ineſt. Si ergo aſſumatur c b omni ineſſe:inerat autē & a non omni b:neceſſe eſt a alicui c nō ineſſe.medium b. Cùm autem priuatiua uniuerſalis ſit,non oſtenditur altera niſi ſicut in prioribus,ſi ſumatur cui hoc alicui non ineſt,alterum alicui ineſſe:ut ſi a nulli c,b autē alicui: concluſio quoniā a alicui b nō ineſſe. Si ergo ſumatur cui a,alicui non ineſt,eidē c alicui ineſſe, neceſſe eſt c alicui b ineſſe,aliter autem nō eſt,cōuertentem uniuerſalem ꝓpoſitionē oſtendere alterā:nullo enim modo erit ſyllogiſmus. Manifeſtū igitur quoniam in prima quidē figura per ſeinuicem eſt oſtenſio:& per primā,& per tertiā figurā fit: nā cū prædicatiua quidē eſt cōcluſio, per primā:cū autem priuatiua,per poſtremā:ſumitur enim cui hoc nulli,alterum omni ineſſe. In media autem,cùm uniuerſalis eſt quidē ſyllogiſmus & per ipſam,& per primam figuram,& per poſtremam:cùm autem particularis, & per ipſam,& per poſtremam.In tertia uerò per ipſam, omnes. Manifeſtū etiam quoniam in media, & in tertia,qui non per ipſas fiunt ſyllogiſmi,aut non ſunt ſecundùm eam quæ circulo eſt oſtenſionem,aut imperfecti ſunt.

De ſyllogiſmo conuerſiuo.

CAPVT VIII.

Conuertere autē eſt trāſponentem concluſionē facere ſyllogiſmū:quoniā uel extremū medio non inerit,uel hoc poſtremo:neceſſe eſt enim cōcluſiōe cōuerſa,& alte- Ex eo quod eſt cōcluſionē conuertere, cognoſcitur faci-

Id quid sit syllogismus conuersiuus.

ra remanente propositione, interim reliquam: nam si erit, & cõclusio erit: differt autẽ opposite, aut cõtrariè cõuertere cõclusionẽ: nõ enim fit idẽ syllogismus utralibet cõuersa, palàm aũt hoc erit per sequẽtia. Dico autẽ opponi quidem, omni inesse nõ omni, & alicui nulli: contrariè autem omni, nulli: & alicui, nõ alicui inesse. Sit enim ostẽsum a de c, per mediũ b: si igitur sumatur a nulli c inesse, omni aũt b, nulli c inerit b: & si a quidẽ nulli c, b aũt omni c, a nõ omni b, & nõ omnino nulli: nõ enim ostendebatur uniuersale per tertiã figurã. Omnino autẽ eã, quæ est ad maiorẽ extremitatem ꝓpositionẽ, nõ est destruere uniuersaliter per cõuersionẽ: semper enim interimitur per tertiã figuram: necesse enim ad postremã extremitatẽ utrasq; sumere propositiones. Et si priuatiuus sit syllogismus, similiter: ostendatur enim a nulli c inesse per b: ergo si sumatur a omni c inesse, nulli aũt b, nulli c inerit b. Et si a & b omni c: a alicui b, sed nulli inerat. Si aũt opposite cõuertatur cõclusio, et alij syllogismi oppositi, & nõ uniuersales erunt: fit enim altera ꝓpositio particularis, quare cõclusio erit particularis. Sit enim prædicatiuus syllogismus & cõuertatur sic: ergo si a, nõ omni c, b autẽ omni, b nõ omni c. Et si a quidẽ nõ omni c, b autẽ omni: a, nõ omni b. Similiter aũt & si priuatiuus sit syllogismus: nã si a alicui c inest, b autẽ nulli: b alicui c non inerit, & nõ simpliciter nulli. & si a quidẽ alicui c, b autẽ omni, quẽadmodũ in principio sumptũ est, a alicui b inerit. In particularibus aũt syllogismis quãdo opposite cõuertitur cõclusio, interimũtur utraq; propositiões: quãdo uero cõtrariè, neutra: nõ enim iã accidit quẽadmodũ in uniuersalibus interimere deficiẽte cõclusione secũdùm cõuersionẽ, sed nec omnino interimere. Ostẽdatur enim a de aliquo

c per

c per b: ergo si sumatur a nulli c inesse, b aũt alicui c, a alicui b nõ inerit: & si a nulli c, b autem omni, nulli c inerit b, quare interimẽtur utræq;. Si aũt cõtrariè cõuertãtur, neutra. Nã si a alicui c nõ inest, b aũt omni, b alicui c nõ inerit: sed nõdũ interimitur quod ex principio: cõtingit enim alicui inesse, et alicui nõ inesse: uniuersali aũt sublato a b, oĩno nõ fit syllogismus. Si enim a qdẽ alicui c nõ inest. b aũt alicui inest, neutra ꝓpositionũ uniuersalis est. Similiter aũt & si priuatiuus sit syllogismus: si enim sumatur a, oĩ c inesse, interimũtur utræq;: si aũt alicui, neutra: demõstratio autẽ eadẽ.

De syllogismo conuersiuo in secunda figura.

CAPVT IX.

IN secũda aũt figura eã quidẽ, quæ est ad maiorẽ extremitatẽ, ꝓpositionẽ, nõ est interimere contrariè, quolibet modo cõuersiõe facta, semp erit cõclusio in tertia figura, uniuersalis aũt nõ fuit in hac syllogismus: alterã aũt in hac interimemus: similiter cõuersione. Dico aũt similiter si cõtrariè quidẽ cõuertitur, cõtrariè: si oppositè, oppositè. Insit enim a omni b: c autẽ nulli: cõclusio b c. Si ergo sumatur b, omni c inesse, & a b maneat, a omni c inerit: fit enim prima figura. Si aũt b omni c, a aũt nulli c, a nõ omni b: figura postrema. Si aũt oppositè cõuertatur b c: a b qdẽ similiter ostẽdetur, a c autẽ oppositè: nã si b alicui c, a aũt nulli c, a alicui b nõ inerit. rursum si b alicui c, a aũt omni b, a alicui c: quare oppositus fit syllogismus. Similiter aũt ostendetur, & si ecõuerso se habeãt ꝓpositiones. Si aũt particularis est syllogismus, cõtrariè quidẽ cõuersa cõclusione neutra ꝓpositionũ interimitur, quẽadmodũ nec in prima figura: oppositè autẽ, utræq;. Ponatur enim a, b quidẽ nulli inesse, c autẽ alicui: cõclusio b c. Si igitur ponatur b alicui c inesse, & a b

Syllogismus oppositus est, qui contradictoriã alicuius propositionum concludit: contrarius autem qui cõtrariam colligit.

maneat,cōclusio erit quoniā a alicui c nō inest: sed nō interimitur qđ ex principio : cōtingit enim alicui inesse,& nō inesse. Rursum si b alicui c, et a alicui c,nō erit syllogismus:neutrum enim uniuersale eorū quæ sumpta sunt:quare non interimitur a b. Si autē opposite cōuertatur,interimūtur utræq;:nō si b omni c,a autē nulli b,nulli c a.erit autem alicui. Rursum si b omni c,a autē alicui c : alicui b,a. Eadē autem demonstratio,& si uniuersalis sit prædicatiua.

De syllogismo conuersiuo in tertia figura. CAPVT X.

IN *tertia uerò figura quādo cōtrariè quidem cōuertitur cōclusio,neutra propositionū interimitur secūdum nullum syllogismorū:quādo aūt opposite, utræq; in omnibus. Sit enim ostensum a alicui b inesse,mediū aūt sumptū c,& sint uniuersales propositiones:si ergo sumatur a alicui b nō inesse,b autē omni c,nō fit syllogismus eius quod est a de c. Neq; si a,b alicui non inest,c autē omni: non erit eius quod est b c syllogismus. Similiter autē ostendetur & si non uniuersales sint propositiones:aut enim utrasq; necesse est particulares esse per cōuersionē,aut uniuersalē ad minorē extremitatem fieri:sic autē non fiet syllogismus,nec in prima figura,nec in media. Si aūt opposite cōuertantur propositiones,interimūtur utræq;:nam si a nulli b,b autē omni c: a nulli c. Rursum si a,b quidē nulli,c autē omni : b nulli c. Et si altera nō sit uniuersalis,similiter:si enim a nulli b,b autem alicui c:a alicui c nō inerit. Si autem a quidem nulli,c autē omni:nulli c,b. Similiter & si priuatiuus sit syllogismus : ostendatur enim a alicui b non inesse,sit autē prædicatiua quidē b c,a c autem negatiua : sic enim fiebat syllogismus. Quādo igitur contrariū sumitur cōclusioni,nō erit*

syllo

syllogismus: nam si a alicui b, b autem omni c: non fit syllogismus eius quod est a & c. Neque si a alicui b, nulli autem c, non fuit eius quod est a b & c syllogismus: quare nō interimuntur propositiones. Quando uerò oppositum, *interimūtur: nam si a omni b, & b omni c, a omni c: sed nulli inerat.* Rursum *si a omni b, nulli autem c, b nulli c, sed omni inerat. Similiter autem monstratur: & si non uniuersales sint propositiōes: sit enim a c uniuersalis, & priuatiua: altera autem particularis, & prædicatiua: ergo si a quidem omni b, b autem alicui c, a alicui c accidit: sed nulli inerat.* Rursum *si a omni b, nulli autem c, & b nulli c. Si autē a alicui b, & b alicui c, non fit syllogismus.* Neque *si a alicui b, & nulli c: nec sic.* Quare *illo quidem modo interimuntur: sic autē non interimuntur propositiones.* Manifestum *est ergo ex ijs quæ dicta sunt, quomodo conuersa conclusione in unaquaq; figura fit syllogismus: & quādo cōtrariè propositioni, & quando oppositè.* Et *quoniam in prima quidē figura per mediā, et postremā fiūt syllogismi: & quæ quidem ad minorē extremitatē, semper per mediā interimitur: quæ uerò ad maiorē, per postremā.* In *secūda autem, per primā, & postremā: quæ quidē ad minorē extremitatem, semper per primā figurā: quæ uerò ad maiorē, per postremam.* In *tertia uerò, per primā, & per mediam: & quæ quidē ad maiorē per primā semper: quæ uerò ad minorem, per mediā semper.* Quid *ergo est cōuertere, & quomodo in unaquaq; figura, & quis sit syllogismus, manifestum.*

De syllogismo per impossibile.

CAPVT XI.

PEr *impoßibile autem syllogismus ostenditur quidem, quādo cōtradictio ponitur conclusionis, & assumitur*

altera propositio. Fit autē in omnibus figuris: simile enim est conuersioni. Verūtamen differt intantū, quoniā cōuertitur quidē facto syllogismo, & sumptis utrisq; ꝓpositionibus. Deducitur autem ad impoßibile nō cōfesso opposito prius, sed manifesto quoniā est uerū. Termini uerò similiter se habent in utrisq;, & eadē sumptio utrorūq;: ut si a inest omni b, mediū autem c: si supponitur a nō omni, uel nulli b inesse, c uerò omni, quod fuit uerū, necesse est c b aut nulli, aut nō omni inesse: hoc autē impoßibile, quare falsum est quod suppositū est. uerū ergo oppositū: similiter autem in alijs figuris, quæcunq; enim cōuersionem suscipiūt, & per impoßibile syllogismū. Ergo alia quidem proposita omnia ostenduntur per impoßibile in omnibus figuris: uniuersale autē prædicatiuū in media, & in tertia monstratur: in prima autem nō mōstratur: supponatur enim a nō omni b, aut nulli inesse, & assumatur alia propositio, utrolibet modo, siue a omni inest c, siue b omni d (sic enim erat prima figura) si ergo supponatur a nō omni b inesse, nō fiet syllogismus quomodolibet sumpta ꝓpositiōe. Si aūt nulli b, d quidē assumatur, syllogismus q̄dē erit falsi, nō ostēditur aūt propositū: nā si a nulli b, b aūt omni d, a nulli d. hoc aūt sit impoßibile: falsum igitur est nulli b inesse a: sed nō si nulli falsum, omni uerū. Si aūt c, a assumatur, nō fit syllogismus: nec quādo supponitur nō omni b, inesse a: quare manifestū quoniā omni inesse, nō ostēditur in prima figura per impoßibile. Alicui autē, & nulli, et nō omni ostēditur. Supponatur enim a nulli b inesse, b aūt sumptū sit, omni, aut alicui c, ergo necesse est a nulli, aut nō omni c inesse. hoc aūt impoßibile. Sit enim uerū, et manifestū, quoniā oī c inest a: quare si hoc falsū, necesse est a alicui b inesse. Si aūt ad a sumatur

altera

altera ꝑpositio, nõ erit syllogismus, neq; quãdo subcõtrarium cõclusioni supponitur ut alicui nõ inesse: manifestũ ergo quoniã oppositũ sumendũ est. Rursum supponatur a alicui b inesse, sumptũ aũt sit omni a: necesse est igitur c alicui b inesse: hoc aũt sit impoßibile: quare falsum qdẽ suppositũ est: si aũt sic, uerũ est nulli inesse. Similiter aũt & si priuatiua sumpta sit c a. Si aũt ad b sumpta sit propositio, nõ erit syllogismus. Si aũt contrariũ supponatur, syllogismus erit & impoßibile, nõ tamẽ ostẽditur quod est ꝑpositum: supponatur enim a, omni b, et c sumptũ sit omni a: ergo necesse est c omni b inesse. hoc aũt impoßibile: quare falsum est omni b inesse a: sed nõdũ erit necessariũ, si nõ omni, nulli inesse. Similiter aũt & si ad b sumatur altera ꝑpositio: nã syllogismus quidẽ erit et impoßibile, nõ interimitur aũt hypothesis: quare oppositũ supponẽdũ. Ad ostẽdendũ aũt nõ omni b inesse a, supponẽdũ omni inesse: nã si a, omni b, et c omni a, omni b inerit c: si ergo hoc impoßibile, falsum quod suppositũ est: similiter aũt et si ad b, sumpta sit altera propositio. Et si priuatiua sit c a, similiter: nã & sic fit syllogismus. Si aũt ad b sumpta sit priuatiua, nihil ostenditur. Si aũt nõ omni, sed alicui inesse supponatur, nõ ostẽditur quoniã nõ omni, sed quoniã nulli: si enim a alicui b, c aũt omni a, alicui b inerit c: si ergo hoc impoßibile, falsum est alicui b inesse a, quare uerũ nulli: hoc aũt ostenso, interimitur uerũ: nã a alicui qdẽ b inerat, alicui uerò nõ inerat. Amplius autẽ nõ iã ꝑpter hypothesin accidit impoßibile, falsa enim erit, siquidẽ ex ueris non est falsum syllogizare. nunc autẽ est uera: inest enim a alicui b: quare nõ supponendum alicui inesse, sed omni. Similiter aũt & si alicui b nõ inest a, ostẽdemus, si enim idẽ est alicui nõ inesse, & non omni in-

esse, eadē in utrisq; demōstratio. Manifestū ergo quoniā non cōtrariū, sed oppositū supponēdum in omnibus syllogismis: sic enim necessariū erit & axioma probabile: nam si de omni uel affirmatio, uel negatio, ostenso quoniam non negatio, necesse est affirmationem uerā esse: rursum si non ponā uerā esse affirmationē, constat uerā esse negationem contrariā uero: neutro modo contingit ratum facere: neq; enim necessariū si nulli falsum, omni uerū: neq; ꝓbabile ut sit alterum falsum, quoniā alterū uerum. Manifestum ergo quoniā in prima figura alia qdē ꝓposita omnia ostēdūtur per impoßibile: uniuersale aūt affirmatiuū non ostēditur.

De syllogismo ꝑ impoßibile in secūda figura.

CAPVT XII.

IN media aūt figura, & postrema & hoc ostēditur. ponatur enim a nō omni b inesse. sumptū sit aūt omni c inesse a, ergo si b qdē nō omni inest a, c aūt omni, nō omni b inest c: hoc aūt impoßibile. Sit enim manifestū quoniā omni b inest c: quare falsum qd' suppositū est, uerū est ergo omni inesse. Si aūt cōtrariū supponatur, syllogismus qdē erit ad impoßibile, nō tamē ostēditur qd' ꝓpositū est: si enim a nulli b, omni aūt c, nulli b, c: hoc aūt impoßibile: quare falsum est nulli inesse: sed nō si hoc falsum, uerum omni. Quādo aūt alicui b inest a, supponatur a nulli b inesse, c aūt oī insit: necesse est ergo c nulli b inesse: quare si hoc impoßibile, necesse est a, alicui b inesse. Si aūt supponatur alicui non inesse, eadē erūt quæ in prima figura. Rursum supponatur a alicui b inesse, c aūt nulli insit: necesse est igitur c, alicui b nō inesse: sed oī inerat: quare falsum qd' suppositū est, nulli ergo b inerit a. Quādo aūt nō omni b inest a, supponatur omni inesse, c aūt nulli: necesse est ergo c, nulli b inesse: hoc autē

autē impoßibile, quare uerū est nō omni inesse. Manifestū ergo, quoniam omnes syllogismi fiunt per mediū figuram.

De ostēsione per impoßibile in tertia figura.

CAPVT XIII.

Similiter autē & per ultimā. Ponatur enim a alicui b nō *inesse, c aūt omni b: ergo a alicui c nō inerit: si ergo hoc impoßibile, falsum alicui nō inesse: quare uerū est omni. Si uerò supponatur nulli inesse, syllogismus qdē erit, & impoßibile, nō ostēditur aūt quod ꝓpositū est: si enim cōtrariū supponatur: eadē erūt quæ in prioribus. Sed ad ostēdēdū alicui inesse, eadē sumēda est hypothesis: nā si a nulli b, c aūt alicui b, a nō omni c: si ergo hoc falsum, uerū est a alicui b inesse. Quādo autem nulli b inest, a supponatur alicui inesse, sumptū sit aūt & c omni b inesse, ergo necesse est a alicui c inesse: sed nulli inerat, quare falsum est alicui b inesse a. Si autem supponatur omni b inesse a, nō ostēditur propositū: sed ad ostēdendū nō omni inesse, eadē sumenda hypothesis: nā si a omni b, & c alicui b, a inest alicui c: hoc autē nō fuit, quare falsum est omni inesse: si autem sic: uerū non omni. Si autem supponatur alicui inesse: eadē erunt quæ & in ijs, quæ prius dicta sunt. Manifestum ergo quoniam in omnibus per impoßibile syllogismis, oppositū supponendū. Palàm aūt & quoniā in media figura ostēditur quodāmodo affirmatiuum, & in postrema uniuersale.*

Quo iusta, & quæ ad impoßibile ducit demonstratio, differant.

CAPVT XIIII.

Differt autē quæ ad impoßibile demonstratio, ab ea quæ est ostēsiua, eò quòd ponat quod uult interimere, deducens ad confessum falsum: ostensiua autem incipit à cōfeßis Demonstratio ostensiua, quæ & iusta, & assertoria dicit.

ex notis & manifestis veram esse conclusionem ostendit.

cõfeßis positionibus ueris.Sumũt ergo utræq; duas propositiones cõfessas:sed hæc quidem ex quibus est syllogismus, illa uerò unã quidẽ harũ,alterã uerò cõtradictionẽ conclusionis. Et hinc quidẽ nõ necesse est notã esse cõclusionẽ, neq; prius opinari quoniã est,aut nõ est:illinc uerò necesse est,quoniã nõ est.Differt aũt nihil affirmatiuã,uel negatiuam esse cõclusionẽ:sed similiter se habet in utrisq;.Omnis enim quæ ostensiuè cõcluditur,& per impoßibile mõstrabitur:& quæ per impoßibile,ostẽsiuè,& per eosdẽ terminos,nõ aũt in eisdẽ figuris. Nã quãdo p impoßibile syllogismus fit:in prima figura,quod uerũ est, in media erit, aut in postrema:priuatiuũ quidẽ in media,prædicatiuũ aũt in postrema:quãdo aũt syllogismus in media fit,quod uerũ est erit in prima figura in omnibus propositionibus:quãdo autẽ in postrema syllogismus,quod uerũ est,erit in prima, & in media:affirmatiua quidẽ in prima,priuatiua autẽ in media.Sit enim ostensum a nulli,aut nõ omni b per primam figurã,ergo hypothesis quidẽ erat alicui b,inesse a:c autem sumebatur a quidẽ omni,b autẽ nulli:sic enim fiebat syllogismus ad impoßibile.Hoc aũt media figura,si c a quidem omni,b autẽ nulli inest:& manifestũ ex his quoniã b,nulli inest a.Similiter autẽ & si nõ omni ostẽsum sit inesse:nam hypothesis quidẽ est omni b a inesse:c aũt sumebatur a qdẽ omni,b autẽ nõ omni:& si priuatiua sit sumpta c a:similiter etenim sic fit in media figura.Rursum sit ostensum alicui b inesse a,ergo hypothesis quidẽ est nulli inesse:b autẽ sumebatur omni c inesse,& a uel omni,uel alicui c:sic enim erit impoßibile.hoc autẽ postrema figura:si a & b,omni c: & manifestũ ex his quia necesse est a,alicui b inesse:similiter autẽ & si alicui c,sumatur inesse b uel a.Rursum in

media

media figura ostensum sit a omni b inesse:ergo hypothesis quidẽ fuit,nõ omni b,inesse a.sumptũ est autem a omni c, & c omni b:sic enim erit impoßibile:hoc autẽ prima figura:si a omni c,& c omni b.Similiter aũt & si ostensum sit alicui inesse:nã hypothesis quidẽ fuit,nulli b inesse a:sumptũ est aũt a omni c,& c alicui b.Si aũt priuatiuus fit syllogismus,hypothesis quidẽ a alicui b inesse:sumptũ est aũt a nulli c,& c omni b:quare fit prima figura.Et si nõ uniuersalis sit syllogismus,sed a alicui b ostẽsum sit nõ inesse similiter:nã hypothesis quidẽ omni b inesse a : sumptũ est autẽ a nulli c:& c alicui b:sic enim prima figura.Rursum in tertia figura ostẽsum sit a inesse omni b : ego hypothesis quidẽ fuit nõ omni b inesse a:sumptũ est aũt c omni b,et a omni c,sic enim erit impoßibile:hoc autẽ prima figura. Similiter autẽ & si in aliquo sit demõstratio:nõ hypothesis quidẽ erit nulli b inesse a :sumptũ est autẽ c alicui b,& a omni c.Si aũt priuatiuus sit syllogismus,hypothesis quidem a alicui b inesse:sumptũ est autẽ c a quidẽ nulli,b autẽ omni:hoc autẽ media figura.Similiter aũt,& si nõ uniuersalis sit demonstratio,nã hypothesis quidẽ erit omni b,inesse a,sumptũ est autẽ c a quidẽ nulli,b autẽ alicui:hoc aũt media figura. Manifestũ ergo quoniã per eosdẽ terminos, & ostensiuè est demõstrare unũquodq; propositũ,& per impoßibile.Similiter autẽ erit,& cũ sint ostẽsiui syllogismi,ad impoßbile deducere in terminis sumptis,quãdo opposita ꝑpositio cõclusioni sumpta fuerit:nã fiũt ijdẽ syllogismi ijs,qui sunt per cõuersionẽ:quare statim habemus et figuras ꝑ quas unũquodq; erit. Palàm ergo,quoniã omne propositũ ostẽditur per utrosq; modos,& per impoßibile,& ostensiuè,& nõ contingit separari alterũ ab altero.

De ratiocinatione ex oppositis.

CAPVT XV.

IN qua aũt figura est ex oppositis ꝓpositionibus syllogizare: et in qua nõ est, sic erit manifestũ. Dico aũt oppositas esse propositiones secũdùm locutionẽ quidẽ quatuor: ut omni, nulli: & omni, & nõ omni, & alicui, & nulli: & alicui, et nõ alicui inesse. Secũdùm ueritatẽ aũt tres, nã alicui & nõ alicui secũdùm locutionẽ opponũtur solum. Harum aũt cõtrarias q̃dẽ uniuersales: omni, nulli inesse: ut oẽm disciplinã esse studiosam, nullam esse studiosam: aliâs uerò oppositas. In prima igitur figura nõ est ex oppositis propositionibus syllogismus, neq; affirmatiuus, neque negatiuus. affirmatiuus quidem, quoniã oportet utrasq; affirmatiuas esse ꝓpositiones: opposita autem affirmatio, & negatio: priuatiuus autem, quoniã oppositæ quidem idem de eodem prædicant, & negant: in prima autem medium non dicitur de utrisq;, sed de illo quidem aliud negatur: idem autem de alio prædicatur: hæ uerò non opponuntur.

Syllogism⁹ ex oppositis est, q propositione, & assumptiõe contrarijs, aut cõtradictorijs, conclusionem colligit de eodem negantẽ.

De ratiocinatiõe ex oppositis in secũda figura.

CAPVT XVI.

IN media aũt figura, & ex oppositis, & ex cõtrarijs cõtingit fieri syllogismũ. Sit enim bonũ quidẽ, in quo a: disciplina aũt, in quo b & c: si ergo omnẽ disciplinã studiosam sumpsit, & nullam: a inest omni b, & nulli c: quare b nulli c: nulla ergo disciplina, disciplina est. Similiter autem & si omnẽ sumens studiosam disciplinã. medicinã uerò nõ studiosam sumpsit: nã a b q̃dẽ omni, c autẽ nulli: quare aliqua disciplina nõ erit disciplina. Et si a c quidẽ omni, b aũt nulli: est autẽ b quidẽ disciplina, c autẽ medicina, a uerò opinio: nullã enim disciplinã opinionẽ sumẽs, sumpsit aliquam disciplinã

Syllogism⁹ ex oppositis non est absolutè syllogismus, sed particula quædam syllogismi ex hypothesi, vnde ab Aristotele capit. seq. adnumeratur inter paralogismos.

disciplinam esse opinionẽ. Differt autem à priore in terminis cõuerti: nã prius quidẽ ad b, nunc autẽ ad c affirmatiuũ. Et si sit non uniuersalis altera propositio, similiter: semper enim mediũ est, quod ab altero qdẽ negatiuè dicitur, de altero uerò affirmatiuè. Quare contingit opposita quidem perfici, non autẽ semper, neque omnino: sed sic se habeant, quæ sunt sub medio, ut uel eadem sint, uel totũ ad partem, aliter autem impoßibile: non enim erũt propositiones ullo modo, neque contrariæ, neque oppositæ.

De syllogismo ex oppositis in tertia figura. CAPVT XVII.

IN tertia uerò figura affirmatiuus quidẽ syllogismus nũquã erit ex oppositis propositionibus: propter causam dictã, & in prima figura. Negatiuus aũt erit syllogismus, & uniuersalibus, & nõ uniuersalibus terminis. Sit enim disciplina in quo b, & c. medicina aũt in quo a: si ergo sumat omnẽ medicinã disciplinã, & nullã medicinã: disciplinam b omni a sumpsit, & c nulli a: quare erit aliqua disciplina non disciplina. Similiter autẽ & si nõ uniuersaliter sumpta sit a b propositio: nam si est aliqua medicina disciplina: & rursum nulla medicina disciplina, accidit disciplinam aliquã non esse disciplinã. Sũt aũt uniuersaliter quidẽ sumptis terminis, cõtrariæ propositiones: si autẽ particularis altera sit, oppositæ. Oportet autem scire quoniã contingit opposita sic sumere, quemadmodũ diximus, omnem disciplinam studiosam esse, & rursum nullã, aut aliquã non esse studiosam: quod nõ solet latere: erit autem per alias interrogationes syllogizare alteram, & quemadmodum in topicis dictum est, sumere. Quoniam autẽ affirmationum oppositiones sunt tres, sexies accidit opposita sumere, aut omni,

omni,& nulli: aut omni,& non omni:aut alicui, & nulli. & hoc conuerti in terminis, ut a omni b, & nulli c: aut omni c,& nulli b:aut huic quidē omni,illi uerò nō omni:et rursum hoc cōuerti secundùm terminos:similiter autē & in tertia figura. Quare manifestū est & quoties,& in quibus figuris cōtingit per oppositas ꝓpositiones fieri syllogismū. Manifestū est quoniā ex falsis est uerū syllogizare,quēadmodū dictū est prius.ex oppositis autē non est: semper enim cōtrarius syllogismus fit rei(ut si est bonū,nō esse bonū:aut si animal nō animal)cò quòd ex cōtradictione est syllogismus,& subiecti termini aut ijdē sunt:aut hic quidē totū,ille autē pars. Palàm autē quoniā in paralogismis nihil prohibet fieri hypotheseos contradictionē:ut si est impar,nō esse impar:nam ex oppositis ꝓpositiōibus, cōtrarius erit syllogismus:si ergo sumpserit hoc modo:hypotheseos erit cōtradictio. Oportet aūt cōsiderare,quoniam sic quidē nō est cōtraria cōcludere ex uno syllogismo (ut sit cōclusio quoniā nō est bonū, bonū aut aliud quiddā tale)nisi statim huiusmodi ꝓpositio sumatur:ut omne animal esse albū,& nō albū,hominē aūt animal: sed uel assumere oportet cōtradictionē: ut quoniam omnis disciplina opinio,& nō opinio:deinde sumere,quoniā medicina disciplina quidem est,nulla autē opinio:quemadmodū redargutiones fiunt:uel ex duobus syllogismis.Quare esse quidem contraria secundùm ueritatē quæ sumpta sunt,non est alio modo quàm hoc:quemadmodum dictum est prius.

De petitione principij.

CAPVT XVIII.

Caput hoc, de eo quod est petere id, quod

IN principio autē petere,& accipere est quidē,ut in genere sumere in eo quod non est demonstrare propositū.

Hoc

Hoc autē accidit multipliciter: nā & si omnino nō syllogizatur, & si per ignotiora, aut similiter ignota, & si per posteriora quod prius est: demōstratio enim ex prioribus, & notioribus est. Horū ergo nullū est petere quod ex principio est: sed quia hæc quidē nata sunt per se cognosci, illa uerò per alia (nā principia quidē per se: quæ aūt sub principijs, per alia) quādo quod non per se notū est, per se aliquis conatur ostēdere, tunc petit quod ex principio est. hoc aūt est sic facere quidē ut statim postulet id quod propositū est: cōtingit aūt & transgrediētes & ad alia, eorū quæ nata sunt per illa ostendi per hæc mōstrare quod ex principio est: ut si a ostendatur per b, & b per c, c autē natum sit ostendit per a: accidi enim idē a per se demōstrare eos, qui sic syllogizant, quod faciūt qui parallelas arbitrātur scribere: latent enim ipsi seipsos talia sumētes quæ non ualent demōstrare, cùm nō sint parallelæ. Quare accidit sic syllogizantibus unūquodq; esse dicere si est unūquodq;: sic autē omne erit per se notum: quod est impoßibile. Si ergo aliquis dubitat assumpto dubio quoniā a inest c, similiter & quoniā b, petat autē a inesse b. nondū manifestū si quod in principio est, petat, sed quoniā nō demōstrauit manifestū: nō enim est principiū demōstrationis, quod similiter est incertū. Si autē b ad c sic se habet ut idē sit: aut manifestum quòd cōuertuntur, aut inest alterū alteri, quod in principio est petit: nā & quoniā a inest b, per illa mōstrabit si conuertātur: nūc autē hoc prohibet, sed nō modus. Si autē hoc faciat, quod dictū est faciet, & cōuertet per tria: similiter aūt & si b sumat inesse c, quod similiter incertū sit, ut & si a inest c, nondum quod ex principio petit, sed neq; demōstrat. Si autē idem sit a, & b, aut eò quòd cōuertuntur

erat in principio, obscurum est, solertemq; requirit diligētiam.

tuntur, aut eò quòd a ſequitur c : quod eſt b, quod ex principio eſt petit propter eandē cauſam: nā ex principio quid ualet, prius dictū eſt à nobis: quoniā p ſe mōſtrabitur quod nō eſt per ſe manifeſtū. Si ergo eſt in principio petere per ſe mōſtrare, quod nō per ſe eſt manifeſtū : hoc autē eſt nō oſtēdere quādo ſimiliter dubitātur quod mōſtratur, & per quod mōſtratur, uel eò quòd eadē eidē, uel eò quòd idē eiſdē ineſſe ſumitur: in media qdē figura, et tertia utrorūq; cōtinget ſimiliter quod eſt in principio petere: in prædicatiuo quidē ſyllogiſmo & in tertia figura, & in prima: negatiuè autē quādo eadem ab eodem, & nō ſimiliter utræq; ꝓpoſitiōes: ſimiliter aūt & in media, eò quòd nō cōuertūtur termini ſecūdùm negatiuos ſyllogiſmos. Eſt aūt in principio petere in demōſtrationibus qdē, quæ ſecūdùm ueritatem ſic ſe habēt: in dialecticis autē, quæ ſecūdùm opinionē.

De non propter hoc accidere falſum.

CAPVT XIX.

NOn propter hoc aūt accidere falſum (quod ſæpè in diſputationibus ſolemus dicere) primū quidē eſt in ijs qui ad impoſsibile ſyllogiſmis: quādo ad cōtradictionem eſt huius quod mōſtratū eſt, ea quæ ad impoſsibile. Nā neq; qui nō cōtradicit, dicit nō ꝓpter hoc, ſed quoniā falſum eſt aliquid poſitū, priorū: neq; in oſtēſiua: nō enim ponit quod cōtradicit. Amplius aūt quādo interimitur aliquid oſtēſiuè per a b c: nō eſt dicere quoniā nō propter quod poſitū eſt factus eſt ſyllogiſmus: nā nō propter hoc fieri tūc dicimus, quādo interempto hoc nihilominus perficitur ſyllogiſmus, quod nō eſt in oſtenſiuis: interēpta enim ꝓpoſitiōe: nec qui ad hāc eſt, erit ſyllogiſmus. manifeſtū igitur quoniā in ijs qui ad impoſsibile ſunt, dicitur nō ꝓpter hoc, & quādo ſic

se habet ad impoßibile quæ ex principio est hypothesis, ut cũ sit, uel cũ nõ sit hæc, nihilominus accidit impoßibile. Ergo manifestißimus quidẽ modus est nõ ꝑpter suppositionẽ esse falsum: quãdo ab hypothesi incõiũctus est à medijs syllogismus ad impoßibile, quod dictũ et in Topicis: qđ enim nõ est caussa, ut caussam ponere hoc est. Vt si uolẽs ostẽdere quoniã asymeter est dyameter, conetur Zenonis ratione quoniã nõ est moueri, & ad hoc inducat impoßibile: nullo enim modo cõtinuum est falsum locutioni, quæ est ex principio. Alius autem modus, si cõtinuũ quidem sit impoßibile hypothesi, nõ tamen propter illa accidat: hoc aũt poßibile est fieri, & in hoc quod superius, & in hoc quod inferius sumẽti continuũ: ut si a ponatur inesse b, b autẽ c, c uerò d, hoc autem sit falsum b inesse d: nã (si ablato a, nihilominus b inest c, & c d) nõ erit falsum ꝑpter eã quæ ex principio est hypothesin. Aut rursum si quis in superiori sumat cõtinuũ, ut si a quidẽ b, e aũt a, f uerò e, falsum autẽ sit f inesse a: nã & sic nihilominus erit impoßibile, interẽpta quæ est ex principio hypothesi. Sed oportet ad eos qui ex principio terminos, copulare impoßibile: sic enim erit propter hypothesin. Vt in inferiori quidẽ, sumẽti continuũ ad prædicatũ terminũ: nã si impoßibile est a inesse d: interẽpto a, nõ amplius erit falsum. In superiori aũt de quo prædicatur. nã si f nõ poßibile est inesse b, interẽpto b, nõ amplius erit impoßibile: similiter aũt & cùm priuatiui sint syllogismi. Manifestũ ergo quoniã cùm impoßibile nõ ad priores terminos, nõ ꝑpter positionẽ accidit falsum. An nec sic semp propter hypothesin erit falsum? nã si non ei quod est b, sed ei quod est k positũ est inesse a, k autẽ c, & hoc d, & sic manet impoßibile: similiter autẽ & in sursum sumenti ter-

 minos:

minos: quare (quoniã cùm est, & cũ nõ est hoc, accidit impoßibile) nõ erit propter positionẽ, aut cũ nõ est hoc, nihilominus fieri falsum. Nec sic sumẽdũ ut alio posito accidat impoßibile: sed quãdo ablato hoc, idẽ per reliquas propositiones cõcluditur impoßibile: eò quòd idẽ falsum accidere per plures hypotheses nihil fortasse incõueniens est: ut parallelas cõtingere: & si maior est qui interius est, eo qui exterius: & si triangulus habet plures rectos duobus.

De falsa ratiocinatione, catasyllogismo, hoc est corratiocinatione, & elencho.

CAPVT XX.

Catasyllogismus, corratiocinatio, epicherema, idem: est autẽ cùm quis propositiones admittit, id quod dare nõ intendit colligẽtes.

FAlsa autẽ oratio fit ꝓpter primũ falsum: aut enim ex duabus propositionibus, aut ex pluribus omnis est syllogismus: ergo si ex duabus quidẽ, harũ necesse est alteram, aut etiã utrasq; esse falsas: nã ex ueris nõ erat falsus syllogismus: si uerò ex pluribus (ut sic qdẽ per a b, hoc autẽ per d f g) horũ erit aliquid superiorũ falsum, & ꝓpter hoc oratio, nã a & b per illa cõcludũtur: quare propter illorũ aliquid, accidit cõclusio, & falsum. Vt autẽ nõ catasyllogizetur, obseruãdũ quãdo sine cõclusionibus interrogat orationẽ, ut nõ detur bis idẽ in ꝓpositionibus, eò quòd scimus, quoniã sine medio syllogismus nõ fit: mediũ autẽ est, quod plerũq; dicitur. Quomodo aũt oportet ad unãquãq; cõclusionẽ obseruare mediũ, manifestũ est, eò quòd scitur quale in unaquaq; figura ostẽditur: hoc aũt nos nõ latebit, eò quòd uidemus quomodo submittimus orationẽ. Oportet autem quod custodire præcipimus respõdentes, ipsos argumẽtãtes tẽtare latere: hoc aũt erit, primùm quidẽ si cõclusiones nõ prius syllogizent, sed sumptis necessarijs non manifestæ sint. Amplius autẽ si nõ propinqua interrogant, sed quàm

maximè longè media:ut si sit opportunũ cõcludere a d e f, media b c d e: oportet ergo inquirere si a,b:& rursum nõ si b,c,sed si de c:deinde si b c,& sic reliqua:& si per unũ medium sit syllogismus,à medio incipere:maximè enim sic latebit respõdentem. *Quoniam ergo habemus quãdo & quomodo se habentibus terminis fit syllogismus,manifestũ & quãdo erit,& quãdo non erit elenchus:nã omnibus affirmatiuis,uel permutatim positis respõsiõibus(ut hac quidem affirmatiua,illa uerò negatiua)cõtingit fieri elenchũ: erit enim syllogismus:& sic in illo modo se habẽtibus terminis:quare si id quod positũ est,contrariũ sit cõclusioni, necesse est fieri elenchũ:nã elenchus,syllogismus cõtradictionis est.Si uerò nihil affirmetur,impoßibile est fieri elenchũ:nõ enim erat syllogismus:cũ oẽs terminni erãt priuatiui,quare nec elẽchus:nã si elenchus,necesse est syllogismũ esse:cùm autẽ est syllogismus,nõ necesse est elenchum esse.* *Similiter aũt si nihil positũ sit secũdùm responsionẽ uniuersaliter,nam eadem erit definitio syllogismi & elenchi.*

De fallacia secundùm opinionem.

CAPVT XXI.

ACcidit autẽ quãdoq; (queãdmodũ in positione terminorũ fallebamur) & secũdùm opinionẽ fieri fallaciam:ut si cõtingat idẽ pluribus principaliter inesse : & hoc quidẽ latere aliquẽ,& putare nulli inesse,illud autem scire:ut insit a b & c per se,& hæc omni d similiter:si igitur b quidẽ putet omni a inesse,& hoc d:c autẽ nulli a,& hoc omni d:eiusdẽ secũdùm idẽ habebit disciplinã,& ignorantiã.Rursum si quis fallatur circa ea quæ sunt ex eadem cõiugatione:ut si a inest b ,hoc autẽ c,& c d:opinetur autẽ a inesse omni b,& rursum nulli c.Simul enim sciet,& non

opinabitur inesse: ergo nihil aliud existimat ex ijs, quàm scit, hoc nõ opinari: scit enim aliquo modo quoniã a inest c per b, uelut in uniuersali hoc quod est particulare: quare quod aliquo modo scit, hoc omnino existimat nõ opinari: quod est impoßibile. In eo autẽ quod prius dictũ est, si non ex eadẽ cõiugatiõe sit mediũ, secundùm utrunq; quidẽ mediorũ ambas propositiones non poßibile est opinari: ut a b quidẽ omni, c autẽ nulli: hæc aũt utraq;, omni d: accidit autẽ aut simpliciter, aut in aliquo cõtrariã sumere primã propositionem: si enim cui b inest omni, a opinatur inesse, b aũt d nouit, & quoniam a d nouit: quare si rursum cui c nulli, putat a inesse: cui b alicui inest, huic non putat a inesse: quòd autẽ omni putat cui b, rursum alicui nõ putare cui b, aut simpliciter, aut in aliquo contrarium est: sic ergo non contingit opinari. Secundùm utrũq; autem unam: aut secũdùm alterum utrasq;, nihil probibet a omni b, & b d: & rursum a, nulli c. Nam similis huiusmodi fallacia, uelutí fallimur circa particularia: ut si a omni b inest, b autem omni c, a omni c inerit: si ergo aliquis nouit quoniam a cui b, inest omni: nouit & quoniam ei quod est c, sed nihil prohibet ignorare c quoniam est: ut si a quidem duo recti, in quo autem b triangulus, in quo uerò c sensibilis triangulus: opinabitur enim aliquis non esse c: sciens quoniam omnis triangulus habet duos rectos, quare simul sciet, & ignorabit idem: nam scire omnem triangulum quoniam duobus rectis, non simplex est: sed hoc quidem uniuersalem habet disciplinam, illud uerò singularẽ. Si ergo in uniuersali nouit c, quoniam duobus rectis, in singulari autem nõ nouit: quare non habebit contrarias. Similiter autem est quæ in Menone est oratio, quoniam disciplina est reminiscentia:

nifcentia:nunquã enim accidit præfcire quod fingulare eft: fed fimul inductione fumere particulariũ difciplinã,uelut recognofcẽtes. Nam quædã fcientes,ftatim fcimus:ut quoniam duobus rectis,fi fcimus quoniam triangulus:fimiliter autem & in alijs. Ergo uniuerfali quidẽ fpeculamur particularia, * propria autẽ nõ fcimus: quare contingit & falli circa ea,uerum non cõtrariè,fed habere quidem uniuerfalem,decipi autẽ particulari. Similiter autẽ in prædictis:nõ enim contraria quæ eft fecũdùm mediũ.ei quæ eft fecũdùm fyllogifmum difciplinæ:nec quæ eft fecũdũ utrũq; mediorũ opinatio:nihil enim ꝓhibet fciẽtẽ,& quoniã a toti b ineft, & rurfum hoc toti c,putare non ineffe c: ut quoniã omnis mula fterilis,et hæc mula:putare hãc habere in utero: non enim fcit quoniã a,c q nõ cõfpicit,quod eft fecũdũ utrũq;. Quare manifeftũ quoniã & fi hoc quidẽ nouit,illud uerò nõ nouit falletur:quod habent uniuerfales,ad particulares difciplinas:nullũ enim fenfibilium cũ extra fenfum fit,fcimus:nec fi fentiẽtes fuerimus,fcimus,nifi ut in uniuerfali, & in eo qđ habet ꝓpriã difciplinã,fed nõ in eo quod eft in actu. Nam fcire tripliciter dicitur,aut ut uniuerfali,aut ut propria,aut ut in actu:quare & decipi totidẽ modis:nihil ergo ꝓhibet & fcire,& deceptũ effe circa idẽ:uerũtamen nõ cõtrariè.qđ accidit & ei,q fecũdùm utrãq; fcit ꝓpofitionũ,& nõ pertractauit prius:nã opinãs in utero habere mulã,nõ habet fecũdùm actũ difciplinã,neq; propter opinionẽ fallaciã cõtrariã difciplinæ:fyllogifmus enim eft cõtraria fallacia in uniuerfali. Qui autem opinatur quòd bonum effe,eft malũ effe:idẽ opinabitur bonũ effe,& malum. Sit enim bonũ effe in quo a, malum autẽ effe in quo b: rurfum bonũ effe in quo c: quoniã igitur idẽ opinatur &

* Hic propria ablatiui cafus eft.

b & c,& esse c b opinabitur:& rursum b esse a similiter: quare & c a:nã quẽadmodũ si erat uerũ de quo c b,& de quo b a,& de quo c a uerum erat:sic & in opinatione.Similiter aũt & in eo quod est esse.nã cũ idem sit c & b,& rursum b & a,c idẽ erit:quare & opinatiõe similiter:ergo hoc quidẽ necessariũ si quis det primum.Sed fortasse illud falsum opinari aliquem quod malũ esse est bonum esse,nisi secundùm accidens, multipliciter enim poßibile est hoc opinari:perspiciendum autem hoc melius.

De conuersionibus terminorum.

CAPUT XXII.

QVando uerò conuertuntur extremitates, necesse est & mediũ cõuerti ad utrãq;:si enim a de c,per b est, si cõuertitur,& inest cui a omni c,& b a cõuertitur,& inest cui a omni:b per mediũ c.& c b conuertitur per mediũ a. Et in non esse itidem:ut si b inest c,a uerò nõ inest b,neq; a inerit c.Si ergo b cõuertatur ad a:& c ad a conuertetur,sit enim b nulli a inexistens,ergo neq; c, omni enim c inerat b:& si b cõuertitur ad c,& a cõuertetur ad c:nã de quocũq; omnino b,& c.Et si c ad a cõuertitur,& b cõuertetur ad a:cui enim b inest, & c:cui autem c:a nõ inest:& solũ hoc à cõclusione incipit,alia aũt non similiter:ut in prædicatiuo syllogismo. Rursum si a & b cõuertũtur,& c & d similiter,omni aũt necesse est a aut c inesse:& b & d sic se habebũt,ut omni,alterũ insit:quoniam enim cui a,b: & cui c,d:omni autẽ a aut c,& nõ simul:manifestũ quoniã & b aut d omni,& nõ simul: ut si ingenitũ,incorruptibile: & incorruptibile,ingenitũ: necesse est quod factũ est corruptibile, & corruptibile factũ esse: duo enim syllogismi cõstituti sunt. Rursum si omni quidem,

Ea hic cõuerti dicũtur,quæ de seinuicẽ vniuersaliter prædicantur.

quidē, a uel b, & c uel d: simul autē non insunt: si conuertitur a & c, & b & d conuertetur. Nam si alicui nō inest b, cui d, palàm quoniā a inest: si autē a, et c. cōuertūtur enim: quare simul c & d: hoc autem impoßibile. Quando aūt a toti b & c inest, & de nullo alio prædicatur, inest autem & b, omni c: necesse est a & b cōuerti: quoniā enim de solis b c dicitur a, prædicatur autē b & idem de se & de c: manifestū quoniā de quibus a, & b dicetur omnibus, uerum & de a. Rursum quādo a & b, toti c insunt: cōuertitur autē c b: necesse est a, omni b inesse: quoniā enim omni c, a: c autē b, eò quòd cōuertūtur: & a omni b inerit. Quādo autē duo fuerint opposita, ut a magis eligendū sit quàm b, cùm sint opposita, & d quàm c similiter, si magis eligenda sunt a c quàm b d: a magis eligendū quàm d. Similiter enim sequēdū a, & fugiēdū b, apposita enim: & c ei quod est d: nā et hæc opponūtur: si ergo a ei quod est d similiter eligēdum, & b ei quod est c fugiendū, utrūq; enim utriq; similiter fugiendū eligēdo: quare & hæc ambo a c, ijs quæ sunt b d, quoniā autē magis, nō poßibile similiter: nā & b d similiter erunt. Si autem d magis eligendū quàm a, & b quàm c minus fugiēdū: nā quod minus est, minori opponitur: magis autē eligendū est maius bonū, & minus malū, quàm minus bonū, & maius malū. Vniuersum igitur b d magis eligendū, quàm a c, nunc autē non est, ergo magis a eligendū, quàm d: et c ergo minus fugiēdū quàm b. Si ergo eligat oīs amās secūdū amorē a sic se habere, ut cōcedere, & nō cōcedere in quo c, aut cōcedere in quo d, et nō tale esse ut cōcedere in quo b, manifestū quoniā a huiusmodi esse, magis eligēdū est quàm cōcedere: ergo diligi quàm cōuētio magis eligendū secūdùm amorē: magis ergo amor est in amicitia,

quàm cõuenire. Si autẽ maximè huius, et finis hæc: ergo cõuenire aut nõ est omnino, aut diligendi gratia: nam & aliæ cõcupiscentiæ & artes, sic fiunt. Quomodo ergo se habent termini secundùm conuersiones, & in eo quod magis fugiendum, uel magis eligendum sit, manifestum est.

De epagoge, id est, inductione.

CAPVT XXIII.

Quoniã aũt nõ solũ dialectici, & demõstratiui syllogismi per prædictas fiunt figuras, sed & rhetorici, sed & simpliciter quæcũq; fides est, & secundùm unãquãq; artẽ, nũc erit dicendum. Omnia enim credimus per syllogismum aut ex inductione: ergo si inductio quidẽ est, & ex inductione syllogismus per alterã extremitatem medio syllogizare. Vt si eorũ quæ sunt a c, medium sit b, per c ostendere a inesse b: sic enim facimus inductiones. Vt sit a longæuũ, in quo autẽ b choleram nõ habere, in quo uerò c singulare lõgæuũ, ut homo, equus, & mulus: ergo toti b inest a: omne enim quod sine cholera est, lõgæuũ: sed & b nõ habere cholerã, omni inest c: si ergo cõuertatur c ei quod est b, & nõ transcẽdat medium, necesse est c inesse b. Ostensum enim est prius, quoniam si duo aliqua eidẽ insunt, & ad alterũ eorum cõuertatur extremũ, quoniam uerso & alterum inerit prædicatorũ. Oportet autem intelligere c ex singularibus omnibus cõpositũ: nã inductio per omnia. Syllogismus autẽ huiusmodi est* primæ, & immediatæ propositionis: quarũ enim est medium, per medium est syllogismus: quarum uerò non est, per inductionem. Et quodã modo opponitur inductio, syllogismo: nam hic quidem per medium, extremum de tertio ostendit: illa autem per tertium, extremum de medio. Ergo natura

Propositio prima, & immediata, est quæ mediũ non habet, per quod possit demonstrari.

tura quidem prior, & notior per medium syllogismus: nobis autem manifestior, qui est per inductionem.

De paradigmate, hoc est, exemplo.

CAPVT XXIIII.

Exemplum autem est, quando medio extremum inesse ostenditur per id, quod est simile tertio. Oportet autem & mediũ tertio, & primũ simili notius esse, inesse. Vt sit a malũ, b autẽ cõtra confines inferre bellũ, in quo aũt c Athenienses cõtra Thebanos, in quo autẽ d Thebanos cõtra Phocenses. Si ergo uolumus ostendere quoniã Thebanis pugnare malũ est, sumendũ quoniam cõtra confines pugnare est malũ: huius aũt fides ex similibus, ut quoniã Thebanis cõtra Phocẽses. Quoniã ergo cõtra confines malum, cõtra Thebanos autẽ cõtra cõfines est: manifestũ quoniam cõtra Thebanos pugnare malũ. Quoniã ergo b, c & d inest, manifestum: utrũq; enim est cõtra confines inferre bellum: & quoniã a, d: Thebanis enim non fuit utile cõtra Phocenses bellũ. Quoniã autem a inest b, per d ostendetur: eodem autem modo & si per plura similia fides fiat, medij ad extremum. Manifestum ergo quoniã exemplum est neque ut totum ad partẽ, neq; ut pars ad totum: sed ut pars ad partem, quando ambo quidem insunt sub eodem, notum autem alterum. Et differt ab inductione, quoniam hæc quidem ex omnibus indiuiduis ostendebat inesse extremũ medio, & ad extremum non copulabat syllogismum: hoc autem & copulat, & non ex omnibus ostendit.

De apagoge, deductioneq;.

CAPVT XXV.

Deductio autem quãdo medio quidem primũ palàm est inesse: postremo autem mediũ dubiũ quidem, similiter

militer aũt credibile aut magis cõclusione. Amplius, si pauciora sunt media postremo & medio, omnino enim propinquius esse accidit sciẽtiæ. Vt sit a docibile, in quo b disciplina, c iustitia: ergo disciplina quoniam docibilis, manifestum: iustitia autem si disciplina, dubium. Si igitur similiter aut magis credibile sit b c quàm a c, deductio est: propinquius enim scientiæ, per quod assumpserint a, c, disciplinã prius non habẽtes. Aut rursum si pauciora media sint b c: nam & sic propinquius est scientiæ. Vt si d sit quadrãgulare, in quo autem e * rectilineum, in quo f circulus: si ergo eius quod est e f, unum solum sit mediũ, per lunares figuras æqualem fieri rectilineo circulũ, propinquius erit scientiæ. Quando autem neq; credibilius est b c, quàm a c, neque pauca media: non dico deductionem: neq; quando immediata est b c: disciplina enim quod eiusmodi est.

Rectilineũ, dicitur figura rectis lineis clausa: hîc autẽ ponitur pro quadrato.

De instantia, quam enstasia dicunt.

CAPVT XXVI.

INstãtia autẽ est propositio propositioni cõtraria. Differt autẽ a propositione: quoniã contingit quidẽ instantiam esse in parte: propositionẽ uerò aut omnino nõ contingit, aut non in uniuersalibus syllogismis. Fertur autẽ instantia duobus modis, & per duas figuras: duobus modis quidem, quoniã aut uniuersalis, aut particularis omnis instantia: per duas autem figuras, quoniam oppositæ ferũtur propositioni: opposita autẽ in prima, & tertia figura perficiuntur solis. Nam quando postulatur omni inesse, instamus quoniã nulli, aut quoniam alicui nõ inest. Horũ autem nulli quidem ex prima figura: alicui autem non ex postrema. Vt sit a unã esse disciplmã, in quo b cõtraria: proponit ergo unã esse contrariorũ disciplinam: aut quoniã omnino non

non est eadem oppositorum instant. Contraria autē opposita: quare fit prima figura. Aut quoniā noti, & ignoti non una: hæc autē tertia. Nā secundùm tertiā notum, & ignotum contraria quidē esse, uerum: unā autem esse eorū disciplinam, falsum. Rursum in priuatiua propositione similiter: cùm postulat enim nō esse cōtrariorum unam disciplinam, aut quoniā omniū oppositorū, aut quoniā contrariorum aliquorū est eadē disciplina, dicimus, ut sani, & ægri: ergo omnium quidem ex prima, aliquorū uerò ex tertia figura. Simpliciter autē in omnibus uniuersaliter quidem instantibus, necesse est ad id quod uniuersale est proposito contradictionē dicere: ut si non unā existimet cōtrariorum omniū, dicere oppositorū unā: sic autem necesse est primā esse figurā: mediū enim fit uniuersale, ad hoc quod ex principio: quod autē ad hoc in parte est uniuersale, dicitur propositio: ut noti, & ignoti nō eandem: nā contraria uniuersale ad hæc: & fit tertia figura: mediū enim in parte sumptum, ut notū, & ignotū. Nā ex quibus est syllogizare cōtrariū, ex ijs & instantias conamur dicere: quare & ex his solis figuris ferimus, nā in his solis oppositi syllogismi: per mediā enim figurā non fuit affirmare. Amplius autē & si sit, oratiōe indiget plurima, quæ est per mediā figurā: ut si non concedant a inesse b, eò quòd non sequitur hoc c: hoc enim per alias propositiones manifestum: non oportet autem instantiam conuerti ad alia, sed statim manifestam habere alteram propositioem. Quapropter & signū ex sola hac figura non est. Perspiciēdum autem & de alijs instantijs, ut de ijs quæ sunt ex contrario, & simili, & secundùm opinionem: & si particularem ex prima, uel priuatiuam ex media poßibile est sumere.

De

De Eicote, hoc est, consentaneo signo, indicio, & enthymemate,
CAPVT XXVII.

Eicos autem, & signum, non idem est, sed eicos quidem est propositio probabilis. Quod enim ut in pluribus sciunt sic factum, uel non factum, aut esse, uel non esse, hoc est eicos: ut odire inuidentes, uel diligere amantes. Signum autem uult esse propositio demonstratiua, uel necessaria, uel probabilis: nam quo existente est, uel quo facto prius, uel posterius res, signũ est uel fuisse, uel esse. Enthymema ergo est syllogismus imperfectus ex eicotibus, & signis. Accipitur autem signũ tripliciter, quoties & medium in figuris: aut enim ut in prima, aut ut in media, aut ut in tertia. Vt ostendere quidẽ parientem esse, * quòd lac habeat, ex prima figura: medium enim lac habere, in quo a: parere b, lac habere mulier in quo c. Quoniã autem sapiẽtes, studiosi: nam Pittacus est studiosus: per postremam, in quo a studiosum, in quo b sapientes, in quo c Pittacus. Verùm igitur a & b de c prædicari: sed hoc quidem non dicunt quia notũ sit: illud uerò sumũt. Peperisse autem quoniam pallida, per mediam figuram uult esse, quoniam enim sequitur parientes pallor, sequitur autem & hanc: ostensum esse arbitrantur quoniam peperit. pallor in quo a, parere in quo b, mulier in quo c. Ergo si una quidem dicatur propositio, signũ sit solum: si autẽ & altera sumitur, syllogismus. Vt Pittacus liberalis: nã ambitiosi liberales: Pittacus autẽ ambitiosus. Aut rursus, quoniam sapiẽtes boni, Pittacus autẽ bonus, sed & sapiẽs: sic ergo fiunt syllogismi. Verũ quidẽ per primam figurã insolubilis, si uerus sit: uniuersalis enim est. Qui autẽ per postremã, est solubilis, etsi uera

* Intelligendũ hoc de ijs solis, quæ lac habẽt, & nõdum peperere.

etsi uera sit conclusio, eò quòd non uniuersalis: est in tertia, nec ad rem syllogismus: non enim si Pittacus est studiosus, propter hoc & alios necesse est esse sapiētes. Qui uerò per mediā figuram est, semper & omnino solubilis: nunquàm enim syllogismus fit, sic se habentibus terminis. Non enim si quæ peperit pallida, pallida autem & hæc, necesse est parere hanc: ergo uerum est quidem in omnibus figuris, differentias autem habent iam dictas. An igitur sic diuidendum signū? horū autem mediū iudicium sumendum: nam iudiciū dicunt esse quod scire facit: tale autem maximè medium: an uerò quæ quidem ab extremitatibus signa dicenda, quæ autem ex medio indicium? probabilißimum enim & maximè uerū est, quod est per primam figuram.

De syllogismo physiognomico.

CAPVT XXVIII.

Naturas autē cognoscere poßibile est, si quis concedat simul transmutare corpus, & animam: quæcūque sunt naturales paßiones: discens enim aliquis fortasse musicam, transmutauit secundùm quid animā, sed non earū quæ natura nobis insunt, hæc est paßio, sed ut iræ, & cōcupiscentiæ, & naturaliū motionū. Si igitur & hoc det, & unum unius signum esse, & possumus sumere propriā uniuscuiusq; generis paßionem, & signū: poterimus naturas cognoscere. Si enim est propriè alicui generi indiuiduo inexistens paßio, ut si leonibus fortitudo, necesse est & signum esse aliquod: compati enim sibijnuicem positum est, & sit hoc magnas summitates habere: quod & alijs generibus non totis contingit. Nam signū sic propriū est, quoniam totius generis propria paßio est, & nō solius ꝓpriū, sicut solemus dicere. Erit ergo et in alio genere hoc, & erit

fortis homo, & aliquod aliud animal: habebit ergo signū, unum enim unius erat. Si ergo hæc sunt, poterimus talia signa colligere in ijs animalibus, quæ solùm unā passionem habent aliquam propriam: unaquæque autem habet signū. & quoniam unū habere necesse est, poterimus naturas cognoscere. Si uerò duo habet propria totum genus, ut leo fortè & communicatiuum: quo modo cognoscemus utrum utrius sit signum, eorum signorum quæ propriè sequuntur? An si & alij alicui non toti ambo & in quibus non totis utrunq; : quando hoc quidem habet, illud autem non? nam si fortis quidem, liberalis autem non, habet autē duorum hoc, palàm quoniam & in leone hoc signum fortitudinis. Est uerò naturas cognoscere in prima quidem figura, eò quòd medium priori extremitati conuertitur, tertiam autem transcendit: & non conuertitur: ut sit fortitudo a, summitates magnas habere in quo b, c autem leo: ergo cui c, b omni, sed & alijs: cui autem b, a omni, & non pluribus, sed conuertitur: si autem non, non erit unum, nuius signum.

Secundi Libri Priorum Analyticorum Aristotelis
FINIS.

Poſteriorum
ANALYTICORVM
Ariſtotelis Philoſophi clariſsimi
Peripateticorum principis
LIBRI DVO,
Boëthio
Seuerino interprete.

Permulta nuperrime ſuo nitori fuiſſe reſtituta ſtudioſus Lector perſpicuè cognoſcet.

LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. XLVI.

IN ANALYTICA POSTERIORA Angeli Politiani ARGVMENTVM.



D POSTERIORA transeamus, Iusta hic demonstratio tractatur, cuius nobis insita animo quasi semina, ut iam quod discimus, non in plenũ, sed quadantenus sciamus. Prænoscimus aut esse aliquid, aut hoc significare: sed & utrunq;. quædamq; prius & posterius, quædã simul intelligimus. Rite quid ex causa scimus, & demonstratione. ducitur ea ex ueris primis, medio carentibus prioribus, causis necessarijs: prioribus naturæ potius, quàm nobis. Principijs credẽdũ potius quàm conclusionibus. Prædicatũ dici per se de subiecto debet, priusq; de omni. Per se nunc accipe, uel essentia uel proprio, sed & uniuersaliter. Vniuersale hic intellige, quod & de omni, & per se, & qua ipsum est, nec in alio prius. nec ideas demonstraueris. Caue autem, ne demonstrasse uniuersale falsò te credas, aut non demonstrasse. Fallimur, cum de indiuiduo agimus solitario. Cùm uacat nomine illud quod specie dissidentia deuincit, cùm discrimen inter uniuersale nõ cernimus, & quod de omni. Nec ueritas modo, sed & necessitas, exigitur: eaq; nõ cõclusionũ modo, sed & principiorum, non modo esse indicans, sed & cur sit: non modo ex necessarijs, sed & è suis, hoc est ex ijs, quæ uel unius uel cognati generis, tum ex uniuersalibus, nec enim corruptibilium. Nec autem scientia ulla sua tuetur principia, sed ad unam redigũtur omnes, quæ sapiẽtia uocatur, quæque prima, & easdem maximè causas considerat, subiectum statuimus esse. Proprium quærimus quid significet. axiomatis utrunque debemus, quorum interdum ui utimur potius. sed & quædã sunt axiomata, quæ scientijs cõgruunt omnibus.

omnibus. Duæ scientiam facultates cõstituunt, sapiẽtia & dialectica. Nũc eadem sciẽtia & esse aliquid scimus, & cur sit, nũc diuersis. Causæ mutuo, & signa interdũ recurrũt, altera alteri scientia subest. Prima demõstrationi figura debetur. aut rem sic ignoramus: ut esse nesciamus, aut ut aliter esse putemus: quæ dispositiõis inscitia uocatur. fit autẽ, uel ubi præsto est mediũ, uel ubi desit. utrobiq; autẽ aut notiõe simplici, aut adulterina ratiocinatiõe. Debellãdæ cõtrarijs potius quàm cõtradictorijs, minus ueræ propositiões. Si sensus defuerint, etiã demõstratio deerit. nam illorũ ope inducimus, atq; abstrahimus. Nosce quod ex accidenti dicitur, uariè dici. Cæterũ accidens quoq; de accidenti. sed de & accidẽti eodẽ rursum substantia, quasi præter naturã prædicatur. nec subiecta in infinitum, nec prædicata procedunt. Particulari præstat uniuersale, affirmatio negationi: iusta demõstratio illi, quæ fit ex impoßibili. Potior illa & prior facultas, quæ causam docet alterius quæ circa intelligibile, circa uniuersale uertitur quæ superiora, quæ simpliciora habet principia. nam quarũ diuersa principia sunt, hæ diuersæ sciẽtiæ. Res eadẽ uarijs demõstratur medijs. nulla fortuitu scientia, nihil sensibile demõstratur. demõstrationis origo in sensibus, diuersarum scientiarũ nec eadem propria principia, nec cõmunia, Etiã utra opinio, & subiecto differt à scientia, & æstimationis modo: nec eiusdẽ omnino rei opinio & scientia. Solers ille, qui mediũ quasi de improuiso corripit. Ergo in libro secundo, demõstrationis mediũ excutitur: quoniamq; formalis causa mediũ potißimum demonstrationis est, ea porrò definitio de definitione agit. sed & de cæteris causis, siue quæ factionem, siue quæ materiam, siue quæ finem spectent, Quæruntur & illa: num finitionis demonstratio, num finitiõis finitio, quibus finitio competat, atq; unde abhorreat. Aguntur & quæstiões, an est, quid est: eæ uerò simplices, ac prior magis eadem: an illi illud competat, & cur competat eæ compositæ, magis tamen posterior. Cõueniunt illæ terminis, hæ propositionibus. Cuius demonstratio est, non eius omnino definitio. nec idem omnino definitione scitur, & demõstratione.

Constituit definitio quid est, ipsam demonstratio accipit. demonstratio prædicata, rerum naturas definitio exhibet. Neque diuisione finitio, neque suppositione demonstratur: utrobique principium petitur. eadem nec inductiōe probatur, nec sensibus. Definitio quidem, ratio dicitur eius quod est: quod tamen aut nominis est, aut naturæ ratio autem una, loco tantum differens à demonstratione. Diuersæ causæ medij locum subeunt, diuersæ inquam & tempore, quarum uel ordo, uel recursus inspiciendus: quoque pacto finitionis finitio sit, aut non sit. Communiora definitis accipienda, non tamen & definitorum genere, quæ definitum iuncta simul exæquent. Indiuiduarum partium definitiones, generum quoque definitionibus indagandis adhibentur. ubi eorum spectatur ordo, quæ sumūtur, illud cauetur, ne quid utile prætereatur. Ipsum quoque quod definitur arte, quæritur, ne res aut nomen inuicem perturbēt: ubi duplex inspicitur subiectorum series. Nihil idem causa eiusdem ex pluribus, nec idem conclusionis & rei. Postremo semen carentis medio propositionis in animo habemus, quando uniuersale illud, quod unum præter multa sit, sensibus, imaginatione, memoria, intellectu, formisq́ & notis quibusdam paritur. Principium scientiæ intellectus, hoc est cognitio principiorum scibilis rei.

Poste

POSTERIORVM ANALYTICORVM Aristotelis Liber primus.

De præcognitis.

CAPVT I.

MNIS doctrina, & omnis disciplina intellectiua ex præexistente fit cognitione. Manifestum autem hoc speculantibus in omnibus: mathematicæ enim scientiæ per hunc modũ fiunt, & aliarũ unaquæq; artium. Similiter autem & circa orationes quæ per syllogismos, & quæ per inductionem: utræq; enim per prius nota faciunt doctrinam: hæ quidem accipientes tanquam à notis, illæ uerò mõstrantes uniuersale, per id (quod manifestum est) singulare. Similiter autem & rhetoricæ persuadent: aut enim per exẽpla, quod est inductio: aut per enthymemata, quod quidẽ est syllogismus. Dupliciter autem est necessarium præcognoscere: alia nanque quia sunt præopinari necesse est: alia uerò quid est quod dicitur intelligere oportet, quædam autẽ utraque. Vt quoniã quidẽ omne aut affirmare, aut negare uerũ est, quia est: triangulũ autem, quoniã hoc significat: sed unitatem utrãque, & quid significat quidem, & quia est: non enim similiter horũ unũquodque manifestũ est nobis. Est autem cognoscere alia quidẽ prius cognoscentem, quorundam autẽ simul accipere notitiam: ut quæcũq; cõtingunt esse sub uniuersalibus quorum habent cognitionem: quòd enim omnis triangulus ha-

λόγους rationes rectè interpretari potest.

beat tres angulos duobus rectis æquales, præsciuit: quòd uerò hic qui est in semicirculo, triangulus sit, simul inducens cognouit. Quorũdam enim hoc modo disciplina est, & non per mediũ, ultimũ cognoscitur: ut quæcũq; iam singularium contingũt esse, & non de subiecto aliquo. Antè *quàm autẽ sit inducere, aut accipere syllogismum, quodam quidẽ modo fortasse dicendũ est scire, modo autẽ alio, non: quod enim nesciuit si est simpliciter, hoc quodã modo sciuit quòd duos habet rectos simpliciter: sed manifestum est quòd sic quidẽ scit quoniã uniuersaliter sciuit, simpliciter autẽ nõ scit: si uerò nõ,* Menonis *ambiguitas continget: aut enim nihil discet, aut quæ nouit.* Non *enim sicut quidã*

Vide secundi priorum capit. 19.

conãtur soluere, dicendũ est: nunquid sciuisti omnẽ dualitatem quoniã par est, aut non? dicente aũt, attulerat quandã dualitatem, quam non opinatus est esse, quare neq; parem. Soluunt *enim dicentes non cognoscere omnem dualitatem*

Tex. 4.

parem esse, sed quàm sciunt quòd dualitas sit. Attamẽ sciũt quidẽ cuius uerè demonstrationẽ habent, & cuius acceperũt: acceperũt autẽ nõ de omni cuius utiq; sciũt quòd triãgulus, aut quòd numerus sit, sed simpliciter de omni numero, & triangulo: neq; enim una propositio accipitur huius quòd quem tu nosti numerum, aut quòd tu nosti rectilineum, sed de omni. Sed nihil (ut opinor) probibet quod discit quis: sit ut scire, sit etiam ut ignorare: inconueniens enim non est, si scit quodã modo quod discit: sed si hoc modo, ut inquantum discit, & scit.

De modis sciendi, & demonstratione.

CAPVT II.

Tex. 5.

SCire autem opinamur unumquodq; simpliciter, sed nõ sophistico modo, qui est secundùm accidens, cùm causam

sam arbitramur cognoscere, propter quam res est, quoniã illius causa est, & non est contingere hoc aliter se habere. Manifestũ igitur est, quoniã huiusmodi aliquid scire sit: & nanque non scientes, & scientes quidem opinantur ipsi sic se habere: scientes autem etiã, habent scientiam. Quare cuius simpliciter est scientia: hoc est impoßibile aliter se habere. Si quidẽ igitur & alius est sciendi modus, ut posterius dicemus. Dicimus autem scire, & per demonstrationem intelligere. Demõstrationem autem dico, syllogismũ epistemonicon, id est facientẽ scire: sed epistemonicon dico, secũdùm quem (in habendo ipsum) scimus. Si igitur est scire ut posuimus: necesse est demõstratiuã scientiam ex ueris esse, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, causisq; cõclusionis. Sic enim principia erũt propria eius quod demõstratur: nã syllogismus quidẽ erit, & sine his: demõstratio autẽ nõ erit: non enim faciet scientiam. Vera quidẽ igitur oportet esse: quoniã quod non est, nõ est scire: ut quòd diameter sit symmeter. Ex primis autem, & indemõstrabilibus est, quia nõ sciet, nõ habens demonstrationẽ ipsorũ: scire enim quorũ demõstratio est non secundùm accidẽs, est habere demõstrationẽ. Causas quoq;, & notiora oportet esse, & priora. Causas quidem, quoniã tunc scimus, cùm causam cognoscimus: & priora, si quidẽ causæ sunt: & notiora, nõ solùm altero modo intelligendo, sed in sciendo quoniã sunt. Priora autem, & notiora dupliciter sunt: non enim idem est natura prius, & ad nos prius: neq; notius natura, & nobis notius. Dico autẽ ad nos priora, & notiora, propinquiora sensui. Simpliciter autem priora, & notiora, quæ longius sunt. Sunt autem longinquißima quidem: uniuersalia maximè. Proxima

Tex. 6.

Tex. 7.

Tex. 8.

autem, singularia: & opponuntur hæc ad seinuicem. Ex primis autem est, quod ex proprijs principijs est: idē enim dico primum, & principiū. Est autē principiū demonstrationis propositio immediata. Immediata autem est, qua non est alia prior. Propositio autē est enūciationis altera pars unū de uno. Dialectica quidē, est similiter accipiens quamlibet. Demonstratiua autem, determinatæ alterum quoniam uerū est. Enunciatio autem, cōtradictionis quælibet pars. Contradictio autem, est oppositio, cuius nō est mediū secundùm se. Pars autem contradictionis, quæ quidem aliquid de aliquo est, affirmatio est.

Quæ uerò est aliquid ab aliquo, negatio est. Immediati autem principij syllogistici, positionem, quidem dico: quam nō est mōstrare, nec necesse est habere docendū aliquid. Quam uerò necesse est habere quemlibet docendum, dignitatē. Sunt enim quædā huiusmodi: hoc enim maximè in huiusmodi consueuimus nomē dicere. Positionis autem, quæ quidē est quālibet partiū enūciationis accipiēs, ut dico aliquid esse, aut nō esse: suppositio est. Quæ uerò sine hoc, definitio est: definitio enim positio quædā est. Ponit enim arihmeticus unitatē, indiuisibile esse secundùm quantitatē, suppositio autem nō est: id enim quod quid est unitas, & esse unitatē, nō idem est. Quoniā autē oportet credere, & scire rem, in huiusmodi habēdo syllogismū quem uocamus demōstrationē. Est autē hic eò quòd ea sunt, ex quibus est syllogismus, necesse est nō solū præcognoscere prima, aut omnia, aut quedam, sed & magis. Semper enim propter quod unumquodque est, illud magis est: ut propter quod amamus, illud magis amicū est: quare si quidē scimus propter prima, & credimus, & illa scimus, & credimus magis:

magis: quoniam propter illa, & posteriora. Non potest autem credere magis quæ non scit: quæ non contingit neq; sciens, neq; melius dispositus quàm si cõtigerit sciens: accidet autem hoc nisi aliquis præcognouerit propter demonstrationem credẽtium: magis enim necesse est credere principijs, aut omnibus, aut quibusdã, quàm cõclusioni. Debentem autem habere scientiã per demõstrationem, nõ solùm oportet principia magis cognoscere, et magis ipsis credere, quàm ei quod demõstratur, sed neq; aliud ipsi credibilius esse, neque notius oppositis principijs: ex quibus erit syllogismus contrariæ deceptionis: siquidem oportet simpliciter scientem, immutabilem esse.

Syllogismus contrariæ deceptionis est syllogismus falsi, & ex oppositis principiorum fit.

Quòd non omnium sit demonstratiua scientia.

CAPVT III.

QVibusdam autẽ igitur propter id quod oportet prima scire, nõ uidetur scientia esse. Quibusdã aũt esse quidẽ, omniũ tamen demõstrationes esse, quorũ neutrũ neq; uerũ, neq; necessariũ. Ponentes autẽ non esse omnino scire, hi ad infinitũ uolũt reduci, tanquam non sint utique scientes posteriora propter priora, quorum non sint prima, rectè dicentes, impoßibile enim est infinita pertransire: & si stent, & sint principia hæc, ignota esse, cùm demõstratio nõ sit ipsorũ, quod quidẽ dicũt esse scire solum: si uerò non est prima scire, neq; quæ ex eis sunt, est scire neq; simpliciter, neq; propriè, sed ex conditione, si illa sint. Hi autem de eo quod quidem est scire, sic cõfitentur: per demonstrationem enim esse solum: sed omnium esse demõstrationem nihil prohibet, cõtingit enim circulo fieri demõstrationẽ, & ex ijs quæ sunt adinuicem. Nos autẽ

dicemus neq; omnem scientiã demõstratiuam esse, sed immediatorũ esse indemõstrabilẽ: & quòd hoc necessariũ sit, manifestũ est. Si enim necesse est quidẽ scire priora, ex quibus est demõstratio, stant autem aliquando immediata, hæc quidem indemonstrabilia necesse est esse: & hoc igitur sic dicimus, & nõ solùm scientiã, sed & principiũ sciẽtiæ esse quoddã dicimus, inquantũ terminos cognoscimus. Circulo autẽ quòd impoßibile sit demõstrare simpliciter, manifestum est: siquidẽ ex prioribus oportet demõstrationem esse, & notioribus, impoßibile enim est eadem sibijnuicem simul priora, & posteriora esse, nisi altero modo, ut hæc quidem ad nos, illa uerò simpliciter: quo certè modo inductio facit notum. Si autẽ sic est, nõ utiq; erit simpliciter scire bene definitũ, sed dupliciter. An non simpliciter altera demõstratio sit ex nobis notioribus? Accidit uerò dicẽtibus circulo demonstrationem esse, non solùm quod nunc dictũ est, sed nihil aliud dicere, quàm quoniã hoc est, si hoc est: sic autem facile est demõstrare omnia. Manifestũ autem est quòd hoc accidit tribus terminis positis: per multos enim, aut per paucos reflectere dicere nihil differt: per paucos autem, aut per duos. Cùm enim sit a, sit ex neceßitate b: hoc autem cùm sit, & c. cùm igitur a sit, erit & c: si igitur cum sit a, necesse est b esse. hoc autem cum sit, a est. Hoc enim erit circulo, ponatur autem a, in quo c: b igitur cùm sit, a esse dicere, est & ipsum c dicere esse. Hoc autem dicere est, quoniam cùm sit a, est c: c autem ipsi a idẽ est: quare accidit dicere, circulo dicentes esse demonstrationẽ nihil aliud nisi cùm sit a, est a: sic autem omnia demõstrare leue est. At uerò neq; hoc poßibile: nisi in ijs quæ alternatim se cõsequũtur, sicut sunt propria. Vno quidem igitur posito

*tur posito ostensum est, quod nequaquàm necesse aliquod esse alterũ. dico autẽ uno, quoniã nec termino uno, nec positione una posita: ex duabus autem positionibus primis, & minimis, siquidẽ contingit & syllogisare. si igitur & a ipsi b, & c sequatur, & hæc adinuicem, & ipsi a: si quidẽ igitur cõtingit ex alternis monstrare omnia quæsita in prima figura: sicut ostensum est in ijs, qui de syllogismo sunt.** Ostensum est autem, quòd in alijs figuris, aut non fit syllogismus, aut non de acceptis: quæ autem non mutuò prædicantur, nequaquàm est demonstrare circulo: quare quoniã pauca quidem huiusmodi in demonstrationibus sunt, manifestum est quòd uanum quidem, & impoßibile sit dicere ex ijs, quæ sunt adinuicem, esse demonstrationem: & propter hoc contingere omnium esse demonstrationem.*

* Cap. 5. 6. & 7. lib. 2. priorũ analyticorum.

Quid de omni, modi per se, & quid vniuersale.

CAPVT IIII.

Voniam autem impoßibile est aliter se habere id, cuius est scientia simpliciter: necessarium utiq; erit id esse scibile, quod est secundùm demõstratiuam scientiam. Demonstratiua autem est, quam habemus in habendo demonstrationem: ex necessarijs itaque syllogismis est demonstratio. Tex. 7.

Accipiẽdum igitur est ex quibus & qualibus demonstrationes sunt: primum quidem determinabimus quid dicimus de omni, & quid per se, & quid uniuersale. De omni quidem hoc dico, quod utique est non in quodam quidem, in quodam autem nõ neq; quod aliquando quidem, aliquando uerò non: ut si de omni homine animal, si uerum est quidem dicere hominem, uerum est & dicere animal: & si nunc alterum, & alterum: & si in omni Tex. 8.

omni linea punctum, similiter est: signũ autem est: nanq; instantias sic ferimus: ut de omni etiam interrogati, aut si in quodam non, aut si aliquãdo non. Per se autẽ sunt, quæcunq; sunt in eo quod quid est: ut triangulo inest linea, & pũctũ lineæ: substantia enim ipsorũ ex his est, & in ratione dicenti quid est, insunt. Et quibuscunq; eorũ quæ insunt ipsis, ipsa in ratione insunt quid est mõstrãti. ut rectũ inest lineæ, & circulare, & par, & impar numero, & primũ, & cõpositum, & isopleurum, & altera parte lõgius, & quæ omnibus his insunt, in ratione quid est dicente, illinc quidẽ linea, hinc uerò numerus: similiter & in alijs huiusmodi: unicuiq; per se esse dico. Quæcunq; uerò neutraliter insunt, accidentia sunt: ut musicũ, aut albũ animali. Amplius, quod nõ de subiecto, alio quodã dicitur, ut ambulans, aut albũ, cùm & alterũ quiddam sit ambulans, & album. substantia autẽ, & quæcunq; hoc aliquid significant, nõ alterum aliquid sunt, quàm quod quidem sunt: quæ quidẽ igitur nõ de subiecto alio sunt, per se dico. quæ uerò de subiecto, accidentia. Item alio modo quod quidem propter ipsum inest unicuique, per se dico: quod uerò non propter ipsum, accidens est: ut si ambulãte coruscauit, accidens est, non enim propter id quod ambulauit, coruscauit: sed accidens dicimus hoc. Si uerò ꝑpter ipsum, per se: ut si aliquid interfectũ interijt, secundùm interfectionem, quoniã propter id quod interfectũ est interijt, sed nõ quòd accidat interfectum interire. Quæ ergo dicũtur in simpliciter scibilibus per se sic sunt, sicut esse prædicatis, aut inesse, propter ipsaq; sunt & ex necessitate: non enim cõtingunt non inesse, aut simpliciter, aut opposita: ut lineæ, aut rectũ aut obliquũ, & numero aut par, aut impar: est enim contrariũ, aut

aut priuatio, aut contradictio in eodem genere, ut par, aut impar in numeris ſecundùm quod cõſequitur: quare ſi neceſſe eſt affirmare, aut negare, neceſſe eſt & quæ ſunt per ſe, ineſſe. De omni quidẽ, & per ſe, ſed determinatũ ſit hoc modo. *Vniuerſale autẽ dico, quod cũ de omni ſit, & per ſe eſt, & ſecũdũ quod ipſum eſt. Manifeſtũ igitur eſt quòd quæcũq; ſunt uniuerſalia, ex neceßitate inſunt rebus. Per ſe autẽ, & ſecũdùm quod ipſum eſt: ut per ſe lineæ ineſt punctum, & rectitudo: & nanq; ſecundùm quod linea eſt: & triãgulo ſecundùm quod triangulus eſt, inſunt duo recti: etenim per ſe triãgulus duobus rectis æqualis eſt. Vniuerſale autem eſt tunc, cùm in quolibet, & primo mõſtretur: ut duos rectos habere: neq; cuilibet figuræ ineſt uniuerſaliter, & tamen eſt monſtrare de figura quòd duos rectos habet, ſed non de figura qualibet. nec utitur qualibet figura monſtrans: quadrãgulus enim figura quidẽ eſt, non habet autem duobus rectis æquales: ſed iſoſceles habet quidẽ quodlibet duobus rectis æquales, ſed nõ primum, ſed triãgulus prius. Quodcũq; igitur primũ mõſtratur duos habere rectos, aut quodcũq; aliud, huic primo ineſt uniuerſale: & demõſtratio per ſe huius uniuerſalis eſt, aliorũ autem quodammodo, & non per ſe, neq; iſoſcelis eſt uniuerſaliter, ſed in plus.*

Quo pacto contingat hallucinatio circa vniuerſale primum.

CAPVT V.

Oportet autem non latere quoniam multoties cõtingit peccare, & non eſſe quod demõſtratur primum uniuerſale, ſecundùm quod uidetur demonſtrari uniuerſale primum: oberramus autem hac deceptione, cùm aut aliud nihil ſit accipere à ſuperiori extra ſingulare, uel ſingularia: aut

ria: aut si sit quidem, sed innominatum sit quidem in differentibus specie rebus: aut contingat esse sicut in parte, totum in quo mõstratur: ijs enim quæ sunt in parte, inest quidem demonstratio, & erit de omni: sed tamen nõ huius erit primi uniuersalis demonstratio: dico autem huius primi secundùm quod huius demonstrationem, cùm sit primi uniuersalis. Si ergo aliquis mõstrabit quidẽ quòd rectè nõ intercidant: uidebitur utiq; huius esse demonstratio, propter id quod in omnibus est rectis. non autem est: nisi quidem (quoniam sic æquales sint) fiat hoc, sed secũdùm quod quomodolibet æquales. Et si triangulus nõ esset alius quàm isosceles: secundùm quod isosceles uideretur utique inesse. Et proportionale quod commutabiliter est, secundùm quod numeri sunt, & secundùm quod lineæ, & secundùm quod solida, & secundùm quod tempora sunt, quemadmodũ demonstratũ est aliquando seorsum: cõtingens autẽ de omnibus una demõstratione monstrari: sed propter id quod non est nominatũ aliquid secundùm quod hæc omnia unũ sunt, numeri, longitudines, tempora, solida, & specie differentia: seorsum abinuicem accepta sunt: nunc autem uniuersale monstratur. Nõ enim secundùm quod lineæ sunt, aut secundùm quod numeri, inerat: sed secundùm quod hoc est, quod uniuersale supponũt esse. Propter hoc nec si aliquis monstret unũquemq; triangulũ demonstratione aut una, aut altera, quod duos rectos habet unusquisque, isopleuron seorsum, & scalenon, & isosceles: nondũ cognouit triangulum quòd duos rectos habet, nisi sophistico modo, neq; uniuersaliter triangulũ, ne quidẽ si nullus est præter hæc triãgulus alter: nõ enim secundùm quod triangulus est, cognouit, neq; omnem triangulũ, sed secundùm numerum, secundùm speciem

ciem autem nõ omnẽ, etsi nullus est quem nõ nouit. Quando ergo non nouit uniuersaliter, & quando nouit simpliciter, manifestũ est, quoniã si idem erit triangulo esse, & isopleuro, aut unicuiq;, aut omnibus: si uerò nõ idem, sed alterum, est autem secundùm quod est triangulus, non nouit.

Vtrùm autẽ secundùm quod est triãgulus, aut secũdùm quod est isosceles insit, & quãdo de hoc est primũ & uniuersale, cuius est demõstratio, manifestũ est, quãdo remotis insit primũ, ut isosceli æneo triangulo, insunt duo recti, sed æneũ esse remoto, et isoscele, sed nõ figura aut termino, sed nõ primis. quo igitur primo? si itaq; triãgulo, est, & secundùm hoc inest, et alijs, et huius uniuersalis est demõstratio.

Demonstrationem ex necessarijs, & propositionibus per se esse.

CAPVT VI.

SI igitur est demonstratiua scientia, & ex necessarijs principijs: quod enim scitur, non potest se aliter habere: quæ autẽ per se sunt, necessariò insunt rebus: hæc enim insunt in eo quod quid est, quibusdam autem hæc insunt in eo quod quid est, prædicãtibus de ipsis, quorũ alterũ oppositorum necesse est inesse. Manifestũ est igitur, quòd ex huiusmodi quibusdam utiq; fit demõstratiuus syllogismus: omne enim aut sic inest, aut secundũ accidẽs: accidẽtia autẽ necessaria non sunt. Aut igitur sic dicendũ, aut principium ponentibus quòd demonstratio necessaria sit, & si demonstretur non aliter habere posse: ex necessarijs igitur oportet esse syllogismũ. Ex ueris quidem est, & nõ demõstrantem syllogisare: ex necessarijs autẽ non est, sed aut demonstrantẽ: hoc enim propriũ iam demonstrationis est. Signum autem est quòd demõstratio ex necessarijs sit, quoniam & instantias

*instantias sic scrimus ad opinantes demõstrare, quoniã nõ sit necesse si opinamur, aut omnino contingere aliter, aut orationis causa. Manifestũ autẽ ex ijs est, & quoniam stulti qui opinati sunt accipere bene principia, si probabilis sit propositio, & uera, ut sophistæ * quoniã scire, sciẽtiam est habere: nõ enim quod probabile est aut nõ, principium est, sed primum in genere circa quod demonstratur, & uerũ nõ omne propriũ. Quòd autẽ ex necessarijs oportet esse syllogismũ, manifestũ ex his est, si enim nõ est habẽs rationẽ propter quid existẽte demõstratione, nõ est sciens: sit autẽ utiq; ut quòd a de c ex necessitate esse, b autẽ medium per quod demõstratũ est non ex necessitate, nõ sciuit propter quid: nõ enim est hoc, propter mediũ. hoc quidem cõtingit nõ inesse, cõclusio autẽ necessaria. Amplius si aliquis nescit, nũc habens rationẽ & saluatus est, & salua re, nec oblitus est, neq; prius sciuit: corrũpetur autẽ utiq; medium nisi sit necessariũ: quare habebit quidẽ rationẽ saluus, salua re, nescit autẽ: nec ergo prius sciuit: si uerò nõ corruptum est, contingit autem corrũpi quod accidit, utique erit poßibile, & cõtingens: sed est impoßibile, sic se habentem scire. Cùm igitur cõclusio quidẽ ex neceßitate est, nihil prohibet mediũ nõ esse necessariũ, per quod monstrata est: est enim necessarium & ex non neceßarijs syllogisare: sic & uerũ ex non ueris. cùm autem mediũ ex neceßitate est, et cõclusio est ex neceßitate, sicut ex ueris uerũ est semper. Sit enim a de b ex neceßitate, & hoc de c, necesse est ergo & a, c inesse: sed cùm non ex neceßitate sit conclusio, neq; medium necessariũ esse poßibile est: sit enim a in c non ex neceßitate inesse, in b. autẽ a, & hoc in c ex neceßitate, & a ergo in c ex neceßitate erit: sed non esse supponebatur.*

* Vt Protagoras, qui prolatis in medium verisimiliũ ꝓpositionũ farcinulis ꝓmittebat eos sciẽtiã habituros, qui illas memoria tenuissent: quẽ ridet Plato in Protagora.

Quoniam igitur si scit demonstratiuè, oportet ex necessitate inesse, manifestũ quoniã & per mediũ necessariũ oportet habere demõstrationẽ, aut nõ sciet: neq; enim propter quid, neq; quia: quare necesse est illud esse: sed aut opinabitur, nesciens, si opinabitur non necessariũ tanquam necessariũ, aut neq; opinabitur similiter, siue quoniã sciat per media, siue propter quid, & per immediata. Accidentiũ autem nõ per se quomodo definitũ est, per se quidem nõ est scientia demonstratiua, non enim est ex necessitate mõstrare conclusionem: accidens enim contingit non esse, de tali autem dico accidente. Et tamen ambiget fortasse aliquis, cuius causa hæc oportet interrogare de his, si non necesse est conclusionem esse: nihil enim differt si aliquis interrogatus contingentia, postea dicat conclusionem, oportet autem interrogare nõ tanquàm necessarium esse propter interrogata, sed quòd dicere necesse est illa dicenti, & uerè dicere si ueræ sunt quæ insunt.

Demonstrationes ex ijs quæ per se sunt & ex perpetuis esse.
CAPVT VII.

Voniam autẽ ex necessitate sunt circa unũquodque genus quæcunq; per se sunt, & secũdùm quod unũquodque est: manifestũ est quoniã de ijs quæ sunt per se, scientificæ demõstrationes, & ex talibus sunt. Accidentia enim non necessaria sunt. Quare nõ necessariũ cõclusionẽ scire propter quid sit, neq; si semper sint, nõ per se autẽ: ut sunt per signa syllogismi, hoc enim per se, non per se sciet, neq; propter quid. propter quid autem scire, est per causam scire: propter hoc ipsum ergo oportet et tertio mediũ, & primum medio inesse. Non ergo est ex

alio genere deſcēdentē demōſtrare:ut geometricū in arithmeticam.Tria enim ſunt in demōſtrationibus, unū quidem quæ demōſtratur concluſio:hoc autem eſt quod ineſt alicui generi per ſe.Vnū autē,dignitates.Dignitates autē ſunt,ex quibus eſt demōſtratio.Tertiū autem genus ſubiectū,cuius paſsiones,& per ſe accidētia oſtendit demōſtratio.Ex quibus igitur demōſtratio fit,cōtingit eadē eſſe.Quorū autem genus alterum eſt,ſicut arithmeticæ, & geometriæ,non eſt arithmeticā demōſtrationē couenire in magnitudinibus accidentia,niſi magnitudines numeri ſint(hoc autē quo modo cōtingit in quibuſdā poſterius dicetur)ſed arithmetica demōſtratio ſemper habet genus circa quod fit demōſtratio, & aliæ ſimiliter. Quare aut ſimpliciter neceſſe eſt idē eſſe genus,aut aliquo modo,ſi debet demōſtratio deſcēdere, aliter autē quoniā impoſsibile,manifeſtū eſt: ex eodē enim genere neceſſe eſt ultima,& media eſſe:ſi nāq; nō ſunt per ſe,accidētia erūt. Propter hoc geometriæ nō eſt demōſtrare quòd contrariorū una ſit ſcientia,ſed neq; quòd duo cubi ſit unus cubus,neq; alterius ſciētiæ,quòd alterius eſt: ſed aut quæcūq; ſic ſe habēt adinuicē,ut quod alterū ſit ſub altero,ut perſpectiua ad geometriā,& cōſonātia ad arithmeticam,neq; ſi aliquid ineſt lineis nō ſecūdùm quod lineæ ſunt,& nō inquātū ex proprijs principijs,ut ſi pulcherrima linearū recta eſt,aut ſi cōtrario modo ſe habeat circulari,nō enim ſecūdùm quòd proprium ipſarū genus eſt,ſed
21 *inquantū cōmune quoddā. Manifeſtū autē eſt,& ſi ſint propoſitiones uniuerſales ex quibus eſt ſyllogiſmus,quòd neceſſe eſt,& cōcluſionē perpetuā eſſe huiuſmodi demonſtrationis,& ſimpliciter (ut eſt dicere) demonſtrationis.*

Nō eſt ergo demōſtratio corruptibiliū,neq; ſciētia ſimpliciter,

pliciter, sed sic est sicut secūdùm accidēs, & nō uniuersalis ipsius est, sed aliquādo & sic: cùm aūt ita sit, necesse est alteram nō uniuersalē esse ꝓpositionē, & corruptibilē: corruptibilē quidē, quoniā & cōclusio est: nō uniuersalē autē, quòd hoc quidē erit, hoc autem nō erit ex quibus est: quare nō est syllogisare uniuersaliter, sed quoniā nūc est. 22 Similiter se habet de definitione, quoniā quidē est definitio aut principiū demōstrationis, aut demōstratio positione differens, aut cōclusio quædā demōstrationis. Eorū autē quæ sæpè fiūt, sunt demōstratiōes, & sciētiæ (ut lunæ defectus) manifestū est quoniā secūdùm quod huiusmodi sunt, semper sunt: inquantū autē nō semper, secūdùm partem sunt. Sicut autē defectus est, similiter & in alijs. Quoniā autē manifestū est quòd demōstrare unumquodq; nō est, sed aut ex 23 unoquoq; principiorū, si id quod demōstratur sit secūdùm quòd est illud: nō autē est scire hoc quidē si ex ueris, & indemōstrabilibus mōstretur, et immediatis: est enim sic mōstrare sicut Bryson tetragonismon: secūdùm cōmune enim mōstrant rationes huiusmodi quod & alteri inest: unde & in alijs cōueniunt hæ rationes nō congeneis. Nō itaq; secūdùm illud scit, sed secūdùm accidens: nō enim cōuenit demōstratio & in aliud genus. Vnūquodq; autē scimus nō secūdùm accidens, cum secundùm illud cognoscimus, secundùm quod est ex principijs illius inquātū illud est: ut duobus rectis æquales habere cui inest per se quod dictū est, ex principijs illius. Quare si per se & illud inest cui inest, necesse est mediū in eadem proximitate esse: si uerò nō sit, sed sicut harmonica per arithmeticā, huiusmodi autem demōstrantur quidem similiter, sed differūt. Nam ipsum quidem quia, alterius quidē scientiæ est: subiectū enim genus alte-

Bryson circuli quadraturā demōstrare voluit.

rum est: sed propter quid, est superioris, cuius per se paßiones sunt. Quare ex his manifestũ est quòd non sit demõstrare unũquodq; simpliciter, aliter quàm ex proprijs uniuscuiusq; principijs: sed horum principia, habent cõmune. Si autem manifestũ hoc, manifestũ & quoniã nõ est uniuscuiusq; ꝓpria principia demõstrare: erunt enim illa omniũ principia. & scientia eorũ domina omnium: & nanq; scit magis ex superioribus causis sciens: ex prioribus enim scit, cùm nõ ex causatis sciat causis: quare si magis scit, & maximè: & sciẽtia illa erit & magis, & maximè. Sed demonstratio nõ cõuenit in aliud genus aliter quàm ut dictum est geometricæ in machinatiuas, aut perspectiuas, & arithmeticæ in harmonicas. 4 *Difficile aũt est nosse si ex utriuscuiusq; principijs scimus, aut nõ, quod qdẽ est scire: opinamur autẽ hoc, si habeamus ex ueris aliqbus syllogismũ & primis scire, sed hoc nõ est, sed cõgenea oportet esse primis.*

De principijs tum vagis, communibusq;, tum proprijs, ac addictis.

CAPVT VIII.

Dico autem principia in unoquoque genere, illa quæ quoniã sint non cõtingit demõstrare. Quid quidem igitur significẽt, & prima, & quæ sunt ex primis, accipiendũ: quòd autem principia quidẽ necesse est accipere, alia uerò demõstrare: ut quid unitas, aut quid rectũ, et quid triangulus: esse autẽ unitatẽ accipere, & magnitudinẽ: altera uerò mõstrare. Sunt autẽ quibus utuntur in demonstratiuis scientijs, alia quidem propria uniuscuiusq; sciẽtiæ, alia uerò cõmunia. Cõmunia uerò secundùm analogiã, quoniam utile est quantumcunq; est in eo, quod est sub scientia, genere. Propria principia quidẽ, ut lineã esse eiusmodi, & rectum.

rectum. Communia autem: ut æqualia ab æqualibus si auferas, quod æqualia reliqua sunt. Sufficiẽs autem unũquodq; horũ, quantũcunq; in genere est. Idem enim faciet & si nõ de omnibus accipiat, sed in magnitudinibus solùm, arithmeticæ autẽ in numeris. Sunt autẽ propria quidẽ, & quæ accipiuntur esse: circa quæ scientia speculatur quæ sunt per se: ut arithmetica unitates: geometria autẽ signa, & lineas, hæc enim recipiũt esse, & hoc esse: horũ autẽ paßiones per se. Quid quidẽ unaquæq; significet, accipiũt, ut arithmetica quidẽ quid par, aut impar, aut quadratus, aut cubus: geometria uerò quid irrationale, aut inflecti, aut concurrere: quòd autẽ sint, demõstrant per cõmunia, & ex ijs quæ demonstrantur, & astrologia similiter. Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est, quæcunq; esse ponũtur. Hæc autẽ sunt genus, cuius per se paßionũ speculatiua est, & quæ cõmunes dicuntur dignitates, ex quibus primis demonstrant: & tertiũ paßiones, quarũ quid significet unaquæq;, accipit. Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam eorum despicere, ut genus nõ supponere esse, si sit manifestũ quoniã est: nõ enim similiter manifestũ est, quoniam numerus sit: & quòd calidũ, & frigidũ: & paßiones nõ est recipere quid significent, si sint manifestæ: sicut neq; communia non recipit quid significent quòd est æqualia ab æqualibus demere, quoniã notũ est: sed nihil minus natura tria hæc sint, circa quod demõstrat, & quæ demonstrat, & ex quibus. Non est autẽ suppositio, neque petitio, quod necesse est propter seipsum esse, & uideri necesse est: non est enim ad exterius orationem demonstratio: sed ad eã quæ est in anima, quoniã neq; syllogismus: semper enim est instare ad exterius orationem, sed ad interius orationem non

Geometer disserit de magnitudinibus, Arithmeticus de numeris, Musicus de consonantijs. Astrologus de globis cœlestib9, Inspectiua est de visiuis radijs. Dialectica autẽ nõ est certi generis, de quo differat, sed omib9 disciplinis suas cõmunicat differendi vires, argumentationesq;.

ſemper. Quæcunq; ergo quidẽ demonſtrabilia eſſe accipit ipſe nõ demonſtrãs, hæc ſi quidem quæ uidentur accipiat, diſcenti ſuppoſitio, & nõ eſt ſimpliciter ſuppoſitio, ſed ad illum ſolùm: ſi uerò neq; unius opinionis, aut contraria eſt, accipiat, idẽ petit. Et in hoc differt ſuppoſitio, & petitio: eſt enim petitio in contrariũ diſcentis opinioni: aut quodcunq; aliquis demõſtrabile cum ſit, accipiat: & utatur non demonſtrans. Termini igitur non ſunt ſuppoſitiones, nihil enim eſſe aut non eſſe dicunt: ſed in propoſitionibus ſunt ſuppoſitiones. Terminos ſolùm intelligere oportet, hoc autẽ nõ eſt ſuppoſitio, niſi & audire aliquis ſuppoſitionem eſſe dicat: ſed quibuſcunq; exiſtẽtibus in eo quòd illa ſunt: fit cõcluſio. Neq; autẽ geometra falſa ſupponit, ſicut quidam affirmant, dicẽtes, quòd oportet nõ falsò ut geometrã, mentiri autẽ dicentẽ lineã eſſe unius pedis, quæ nõ eſt unius pedis, aut rectã lineã, nõ rectã exiſtentẽ: ſed geometra nihil ſecundũ hanc lineã cõcludit: quam ipſe poſuit, ſed quæ per hæc oſtendũtur. Amplius: Petitio, & ſuppoſitio omnis, aut ſicut totũ eſt, aut in parte: termini autẽ neutrũ horũ. Species quidẽ igitur eſſe, aut unũ aliquid extra multa nõ neceſſe eſt eſſe, ſi demõſtratio erit: eſſe tamẽ unũ de multis uerũ dicere, neceſſe eſt. Nõ enim erit uniuerſale niſi hoc ſit. Si uerò uniuerſale nõ ſit, mediũ non erit, quare neq; demonſtratio: oportet itaq; aliquod unum, & idem de pluribus eſſe non
26 *æquiuocũ. Nõ cõtingere autẽ idẽ ſimul affirmare, & negare, neq; una recipit demõſtratio, ſed aut ſi indigeat mõſtrare cõcluſionẽ ſic: oſtẽditur autẽ accipiẽtibus primũ de medio quod uerũ, negare autem non uerũ: mediũ autem nihil differt eſſe, & nõ eſſe accipere, ſimiliter autẽ & tertium: ſi enim aßignetur de aliquo hominem, uerũ eſt dicere: & ſi*

non

non hominem, uerũ: sed si solum hominẽ animal esse: omne, non animal autem non. Erit enim uerũ dicere Calliam, siue non Calliam esse animal: non animal autem, non. Causa autem est quòd primũ nõ solùm de medio dicitur, sed de alio, propter id quod de pluribus: quare neq; si mediũ & idem est, & non idem, ad cõclusionem nihil differt. Commune autem affirmare, aut negare, quæ est ad impoßibile demonstratio, accipit: & hoc neq; semper uniuersaliter, sed quantum sufficiens est, sufficiens autem est in genere: dico autem in genere, ut circa quod genus demonstrationes fert: sicut dictum est prius. Communicãt autem omnes scientiæ secundùm cõmunia: cõmunia autem dico, quibus utuntur tanquam ex eis demõstrãtes, sed nõ ex quibus demonstrant: neq; quod demõstrant. Et dialectica quidẽ de omnibus, etsi aliqua uniuersaliter tentet monstrare communia, ut quod est affirmare omne, aut negare, aut quod est æqualia ab æqualibus demere, aut taliũ quælibet: sed dialectica nõ est definitorũ sic quorũdam, neq; generis alicuius unius, non enim interrogaret: demõstrãtem autem nõ est interrogare, propter id quòd oppositorũ esse non monstrat idem. Ostensum autem est hoc in ijs, quæ de syllogismo. 27

Cuiusq; disciplinæ proprias, accommodatasq; esse interrogationes.

CAPVT IX.

SI autem idem est interrogatio syllogistica, & propositio contradictionis, propositiones autem sunt secundùm unamquanq; scientiam, ex quibus est syllogismus: secundùm unamquanq; erunt utique aliquæ interrogationes scientiales, ex quibus qui est secundùm unamquanq;. proprius fit syllogismus. Manifestum itaq; quòd nõ omnis in-

terrogatio geometrica erit, neq; medicinalis: similiter autem & in alijs: sed ex quibus aut mõstratur aliquid de quibus geometrica est, aut quod ex eisdem monstratur geometriæ, ut uisibilia: similiter autẽ & in alijs. Et de ijs quidẽ & rationẽ ponendã esse ex geometricis principijs, & cõclusionibus: sed principiorũ rationẽ non ponendã esse geometræ secundùm quod est geometra: similiter autem & in alijs sciẽtijs. *Neq; omne est utiq; unũquẽq; scientẽ interrogandũ, neq; secũdùm omne interrogatũ esse respondendũ de unoquoq;: sed quæ sunt secũdùm sciẽtiã determinata.* Si autẽ disputet cum geometra, secundùm quòd est geometra: sic, manifestum est quòd & bene, si ex ijs aliquid demõstret: si uerò non, nõ bene: manifestũ autẽ est quòd non arguit geometrã, sed aut secundùm accidens. *Quare nõ utiq; erit in nõ geometricis de geometria disputandũ: latebit enim prauè disputans: similiter autem & in alijs se habet scientijs.*

28 Quoniã autẽ sunt geometricæ interrogationes, non'ne sunt & non geometricæ? Et quæ sunt secundùm unamquanq; scientiã, & quæ secundùm ignorantiam qualis geometrica est? Et utrùm qui secũdùm ignorantiã syllogismus, qui est ex oppositis syllogismus, an paralogismus? Secundùm geometriã autẽ, aut ex alia arte ut musica, est interrogatio non geometrica: de geometrica autem, ut adinuicem parallelas concurrere opinari, geometrica quodã modo est, & non geometrica alio modo: dupliciter enim hoc est sicut arithmon: alterũ quidẽ non geometricum est in nõ habendo, alterũ uerò in * prauè habendo: & ignorãtia hæc quæ est ex eius principijs, cõtraria est.

* Prauè principia habemus, quando perperam ea intelligimur, aut eorum oppositis assentimur.

29 In doctrinis autem nõ est similiter paralogismus, quia mediũ semper est dupliciter: etenim de hoc omni, & hoc iterũ de alio

alio dicitur omni: quod autẽ prædicatur, non dicitur omne. Hæc autẽ sunt ut est uidere in intellectu, sed in orationibus latet: utrũ omnis circulus figura sit: si scribatur autẽ manifestũ est. Quid autem, sint'ne carmina circulus? manifestũ quoniã non sunt. Non oportet autẽ instãtiam in ipsum ferre si sit propositio inductiua, sicut enim neq; propositio est, quæ non est in pluribus, nõ enim erit in omnibus: ex uniuersalibus autem syllogismus manifestum est quòd neq; instantia est: eædem enim sunt propositiones, & instantiæ: quàm enim fert instantiã, hæc fiet utiq; propositio demonstratiua, aut dialectica. Contingit autem quosdã nõ syllogisticè dicere propter id quod accipiunt utriusq; consequẽtia: ut & Cæneus facit quòd ignis in multiplicata analogia fit: & nanq; ignis citò generatur, sicut dicit: & hæc est analogia. Sic autem non est syllogismus: sed si uelocißima analogia sequitur multiplicata, & ignem uelocißima in mutatione analogia. Aliquando quidem igitur syllogizare non contingit ex acceptis, aliquando uerò contingit, sed non uidetur. Si autem esset impoßibile ex falsis uerum monstrare, facile utique esset resoluere: conuerterentur enim ex neceßitate. Sit enim a ens: hoc autem cùm sit, ea utique sunt quæ noui quoniam sunt ut b: ex his igitur monstrabo quoniam illud est. Conuertuntur autem magis quæ sunt in mathematicis, quoniam nullum recipiunt accidens (& in hoc differunt ab ijs, quæ sunt in dialogis) sed definitiones. Augentur autem non per media, sed in assumendo: ut a de b, hoc autem de c. item hoc de d, & hoc in infinitum, & in latus, ut a de c, & de e, ut est numerus quantus, uel infinitus. Hoc autem in quo sit a, numerus impar quantus, in quo b, numerus impar in quo c: est &

itaq; a de c, & est par quantus numerus in quo sit d, par numerus in quo est e, est ergo a de e.

De demonstratione propter quid, & quod est.

CAPVT X.

SEd quia differt, & propter quid scire: primũ in eadẽ sciẽtia, & in hac dupliciter. Vno quidẽ modo si nõ per immediata fiat syllogismus: nõ enim accipitur prima caussa: sed quæ ꝓpter quid sciẽtia, est secũdum primã caussam. Alio modo si per immediata quidẽ, sed nõ per caussam, sed per cõuertentia, & per notius: prohibet enim nihil æquè prædicantium, notius aliquando esse non caussa: quare per hanc erit demonstratio. Vt quòd propè sint planetæ, per illud quòd nõ scintillare: sit in quo c planetæ, in quo b nõ scintillare, in quo a propè esse: uerũ igitur est de c, b dicere, planetæ enim nõ scintillãt: sed & a b, nõ scintillãs enim propè est. Hoc autẽ accipitur per inductionẽ, aut per sensum: necesse ergo a ipsi c inesse: quare demõstratũ est quod planetæ propè sunt. Hic ergo syllogismus non est propter quid, sed quia: nõ enim ex eo quòd nõ scintillãt propè sunt, sed propter illud quòd propè sunt, nõ scintillãt. Possibile est autẽ & per alterũ, alterũ mõstrare: & erit ꝓpter quid demõstratio: ut sit c planetæ, in quo b propè esse, a nõ scintillare: est igitur b in c, quod est nõ scintillare, quare & in c, & erit ꝓpter quid syllogismus: accepta enim est prima caussa. Iterũ sic lunã demõstrant quòd quidẽ circularis sit per incrementa: si enim quod augetur sic circulare quidem sit, augetur autem sic luna: manifestũ quoniam circularis: sic igitur ipsius quia, factus est syllogismus: ecõuerso autem posito medio, ipsius propter quid syllogismus fit.

Non

Non enim propter augmenta ipsius, circularis est: sed quia circularis est, accipit augmēta huiusmodi. Luna sit in quo c, in quo b sit augmentū, sit in quo a circulare. In quibus autē media nō cōuertūtur, & est notius quod nō est causa, quia mōstratur: sed & propter quid, nō amplius in quibus mediū extra ponitur: etenim in his nō ꝓpter qd: sed ipsius quia demōstratio: nō enim dicitur caussa. Vt propter quid non respirat paries, quia non est animal: si enim non respirandi caussa est hoc, oportet esse animal caussa respirandi. Vt si negatio caussa est ipsius non esse, affirmatio caussa est ipsius esse: sicut si sine mensura esse calida, & frigida, caussa est non sanādi: & mensura huius caussa erit sanādi. Similiter autem, & si affirmatio est caussa ipsius esse, & negatio ipsius non esse. In his autem sic demonstratis non contingit quod dictum est: non enim omne animal respirat. Syllogismus autem huius caussæ est in media figura: ut sit a animal, in quo b respirare, in quo paries: in quo b quidem igitur omni, est a: omne enim respirans est animal. in c autem nullo, quare neque b in c nullo est: non igitur respirat paries. Comparantur autem huiusmodi caussæ secundùm excellentiam dictis: hoc autem est plurimum distans medium dicere: sicut enim illud est quod Anacharsidis: quòd in Scythis non sunt sibilatores, neque enim uites. Secundùm igitur eandem scientiam, & secundùm mediorum positionem: hæ differentiæ sunt ipsius quia, ad eum qui propter quid est syllogismum.

Alio autem modo differt propter quid ab ipso quia: quod est per aliam scientiam utrunque speculari. Huiusmodi autem sunt, quæcunque sic se habent adinuicem, quòd alterum sub altero est: ut perspectiua ad geometriam,

Refert Laërti' Anacharsi interrogatū, essent ne apud Scythas tibicinæ? respondisse, Ne vites quidem, quasi id genus mulierum, quæ minimæ sunt, vini affectatrices sint.

triam, & machinatiua ad ſtereometriã, & harmonica ad arithmeticam, & apparentia ad aſtrologiam. Ferè quidem uniuocæ ſunt harum quædam ſcientiarũ: ut aſtrologia ma- thematica, & quæ naualis eſt, et harmonica mathematica, & quæ naualis eſt, & harmonica mathematica, quæ eſt ſe- cundùm auditũ. Hic enim ipſum quia, ſenſibilium eſt ſcire: ſed propter quid, mathematicorũ. Hi enim habent cauſſa- rum demonſtrationes, & frequenter neſciunt ipſum quia: ſicut illi uniuerſale conſiderantes, ſæpè quædam ſingulariũ neſciunt, propter id quod non intendunt. Sunt autem hæc quæcunq; alterum quiddam ſunt ſecũdùm ſubſtantiam, & utuntur ſpeciebus. Mathematicæ enim circa ſpecies ſunt, nõ enim de ſubiecto aliquo: ſi enim de aliquo ſubiecto geo- metrica ſunt, ſed non ſunt ſecundùm quod geometrica ſunt. Habet autem ſe ad perſpectiuam ſicut hæc ad geometriam, & alia ad iſtam, ut id quod eſt de iride ipſum quidem quia eſt ſcire phyſici, ſed propter quid perſpectiui, aut ſimplici- ter, aut ſecundùm diſciplinam. Multæ autem, & non ſub ſeinuicem ſcientiarum, habent ſic: ut medicina ad geome- triam: quod enim uulnera circularia tardius ſanantur, me- dici eſt ſcire quia: propter quid autem, geometræ.

Primam figuram maximè ſcientiæ eſſe accommodatam.

CAPVT XI.

31 Figurarum autem faciens ſcire maximè, prima eſt: ma- thematicæ enim ſcientiarum per hanc demõſtrationes ferunt: ut arithmetica, & geometria, & perſpectiua: & ferè eſt dicere quæcunq; propter quid ſpeculari faciunt cõ- ſiderationem: aut enim omnino, aut ſicut frequentius, & in plurimis, per hanc figurã (qui eſt propter quid) fit ſyllo- giſmus:

gismus: quare & propter hoc erit maximè faciens scire: proprijssimũ enim scire, propter quid speculari. Posteà ipsius quod quid est scientiã, per hanc solã uenari poßibile est. In media enim figura nõ fit prædicatiuus syllogismus, sed ipsius quod quid est sciẽtia, affirmationis est: in ultima autem fit quidẽ, sed nõ uniuersaliter, sed quod quid est, uniuersaliũ est: nõ enim quodam modo est animal bipes homo. Amplius hæc quidem illis nihil indiget: illæ autem per hãc densantur, & augmentãtur quousque utiq; ad immediata ueniant: manifestũ igitur est quòd maximè propria scientiæ est prima figura. Sicut autem a esse in b cõtingit indiuisibiliter, sic & non esse poßibile est: dico autẽ indiuisibiliter esse, uel non esse, eò quòd nõ est aliquid eorũ mediũ: sic enim non erit secundùm aliud esse. Cùm igitur aut a aut b in toto aliquo sit, aut etiam ambo, non cõtingit a in b primo nõ esse. Sit enim a in toto c, igitur si b nõ est in toto c (potest enim a quidem esse in quodã toto, sed b non esse in hoc) syllogismus erit quòd non sit a in b: si enim in a quidẽ omni est c, in b autem nullo est: in nullo b est a. Similiter autem & si b in aliquo toto est, ut in d: d enim in omni b est, in a autẽ nullo d: quare a in nullo b erit per syllogismũ. Eodem autẽ modo mõstrabitur etsi utraq; in toto aliquo sit. Quòd autẽ cõtingit b nõ esse in quo toto est a, aut iterum a in quo est b, manifestum est ex coordinationibus, quæcunq; nõ cõmutãtur adinuicem: si enim nihil eorũ quæ sunt in a c d coordinatione, de nullo prædicatur eorũ quæ sunt in b c f, a autem in toto g. sic coordinatione existẽte: manifestũ est quòd b nõ erit in g, cõmutarẽtur enim coordinationes: similiter autem est & si b in toto aliquo est. Si uerò neutrum sit in toto aliquo nullo, non sit autem a in b, necesse

necesse est indiuisibiliter non esse: si enim erit aliquod medium, necesse est alterum horum in quodam toto esse: aut enim in prima figura, aut in media erit syllogismus: si quidem igitur in prima figura, b erit in toto aliquo: affirmatiuam enim ad hoc oportet fieri propositionem. Si uerò in media, utrũq; contingit: ad utrunq; enim posito priuatiuo, erit syllogismus: cùm autẽ utraq; priuatiua sit, nõ erit: manifestũ igitur est quòd cõtingit & aliud in alio nõ esse indiuisibiliter: & quando contingit, & quo modo diximus.

De ignorantia, & syllogismo imperitiæ eorum, quæ primò, immediateque insunt.

CAPVT XII.

32 *IGnorantia autem non secũdùm negationem, sed secundùm dispositionem dicta: est quidem per syllogismum facta deceptio. Hæc autem in ijs, quæ insunt primo, aut nõ insunt, contingit dupliciter: aut enim est cum simpliciter accipiat esse, uel non esse, aut cùm per syllogismũ accipiat opinionem: simplicis quidem ergo opinionis simplex deceptio, sed quæ est per syllogismũ plures sunt. Non sit enim a in nullo b indiuisibiliter, ergo si syllogizet a esse in b mediũ accipiens c, deceptus erit per syllogismũ: cõtingit igitur utrasq; propositiones esse falsas, contingit autem alteram solùm esse falsam: si enim neq; a in nullo c erit, neq; c in nullo b erit: accepta autem utraq; econtrario, utræq; enim erũt falsæ. Potest autem sic se habere c ad a, & ad b, quòd neq; c sub a sit, neq; in b uniuersaliter: b quidem impoßibile est esse in aliquo toto: primum enim dictum est in ipso a, b non esse: a autem non neceße est omnibus inesse, quæ sunt c uniuersaliter: quare utræque falsæ sunt. Sed*

alteram contingit uerã accipere,non tamen quamlibet contingit,sed quæ est a c,nam c b propositio semper falsa erit,propter id quod c,in nullo b est: sed quæ est a c potest:ut si a & in c, & b indiuisibiliter est: cùm enim primum prædicetur idem de pluribus:neutrum in neutro erit. Differt autem nihil,neq; si non indiuisibiliter insit: ipsius quidem esse igitur deceptio per ista,& sic fit solùm: non enim erat in alia figura ipsius esse syllogismus, qui uerò ipsius nõ esse,in prima figura,& in media est:primùm igitur dicamus quot modis in prima fit: & quomodo se habentibus propositionibus. Contingit igitur utrisq; falsis:ut si a & in b,& in c indiuisibiliter sit:si enim accipiatur a in c nullo esse,c autẽ in omni b:falsæ sunt propositiones. Contingit autẽ & altera falsa,& hac quacunq; cõtingente:potest enim quæ est a c uera esse,quæ uerò b c falsa,sed quæ est a c uera,quoniã nõ in omnibus quæ sunt, inest a:sed quæ est c b falsa esse,quoniã impoßibile est esse in b c,in quo nullo est a:non enim etiã uera erit,quæ est a c propositio:simul autẽ & si sint utræq; ueræ, & conclusio uera erit,sed & etiã quæ est c b. Cõtingit uerã esse cùm altera sit falsa:ut si b in c sit,& in a,necesse est enim alterum sub altero esse:quare si accipiatur a in nullo c esse,falsa erit propositio:palàm igitur quoniã & cũ altera sit falsa,& in utrisque,falsus syllogismus erit. Sed in media quidẽ figura totas propositiones esse utrasq; falsas nõ contingit,cùm enim in omni b,a sit,nihil erit accipere quod in altero erit omni,in altero uerò nullo erit:oportet aũt sic in media figura accipere propositiões,& quòd in hoc qui dẽ sit,& quòd in hoc nõ sit,si quidẽ erit syllogismus:si igitur accipiantur sic falsæ,palàm quòd contrariæ econuerso se

habebunt,

habebunt,hoc autẽ impoßibile eſt. In aliquo autẽ utrãq; propoſitionẽ nihil prohibet falſam eſſe,ut ſi c in a,& in b aliquo eſt:ſi enim a in omni c accipiatur eſſe,b autẽ in nullo,falſæ quidẽ utræque propoſitiones,nõ tamẽ totæ,ſed in aliquo:ecõuerſo autẽ poſito priuatiuo ſimiliter. Alteram autem falſam,& quamlibet cõtingit:quod enim eſt in a omni,& in b eſt:ſi igitur accipiatur in a quidẽ toto eſſe c,in b autẽ toto non eſſe,quæ quidem eſt c a erit uera,ſed quæ eſt c b falſa.Iterũ quod in b nullo eſt,neq; in a omni erit:ſi enim in a eſt,& in b:ſed nõ inerat:ſi igitur accipiatur c in toto quidẽ a eſſe,in b autẽ nullo quidẽ,quæ eſt b c propoſitio uera eſt,altera uerò falſa.Similiter aũt fit trãſpoſito priuatiuo: quod enim in nullo eſt a,neq; in b nullo erit:ſi igitur accipiatur c in toto quidẽ a,nõ eſſe,in b autẽ eſſe toto,quæ quidẽ eſt a c propoſitio uera eſt,altera autẽ falſa.Et iterũ quod in omni b eſt,in nullo accipere a eſſe, falſum eſt:neceſſe enim eſt ſi in omni b,& in quodã a eſſe: ſi igitur accipiatur in omni quidem b eſſe c,in a autẽ nullo,quæ quidem eſt c b, uera erit, quæ autem eſt a c,falſa. manifeſtum igitur quòd utriſq; falſis,& altera ſolùm,erit ſyllogiſmus deceptiuus in indiuiſibilibus.

De ſyllogiſmo imperitiæ eorum quæ inſunt immediatè.

CAPVT XIII.

IN ijs autem quæ non indiuiſibiliter inſunt,aut non inſunt,cùm quidẽ per propriũ mediũ falſitatis fiat ſyllogiſmus,nõ poßibile eſt falſas utraſq; eſſe propoſitiones,ſed ſolùm quæ ante maius extremum.Dico autem propriũ medium,per quod fit cõtradictionis ſyllogiſmus: ſit enim a in b per mediũ c,quoniã igitur neceſſe eſt quæ eſt c b affirmatiuam

tiuam accipi syllogismo facto: manifestū quòd semper hæc est uera, nō enim cōuertitur: sed quæ est a c falsa, hac enim cōuersa, ecōtrario fiet syllogismus. Similiter autē est, & si ex alia coordinatiōe accipiatur mediū: ut d, si & in toto a, & de b prædicatur omni, necesse est enim (quæ quidem est d b.) propositionē manere, alterā autē cōuerti. Quare hæc quidē semper uera, illa uerò semper falsa. & ferè huiusmodi deceptio, eadem est ei quæ fit per propriū mediū. Si uerò nō per propriū mediū fiat syllogismus, cùm quidē sub a sit mediū, in b autē nullo est, necesse est utrasq; falsas esse: sumendæ enim ecōtrario sunt quàm ut se habeant propositiones, si debeat syllogismus esse: sic autē acceptis, utræque fiūt falsæ: ut si a quidē in toto d est, d autē in nullo b: conuersis enim ijs, syllogismus erit, & propositiones utræque falsæ. Cùm uerò non sit sub a mediū ut d, quæ quidem est a d uera erit, quæ uerò est d b falsa: quæ enim est a d uera est, quia nō erit in a d: quæ uerò est d b falsa, quia si esset uera, & conclusio esset uera, sed falsa erat. Sed per mediā figurā facta deceptione, utrasque quidē non cōtingit falsas esse propositiones totas: cùm enim sit b quidē sub a, nihil cōtingit in hoc quidem omni, in illo autem nullo esse: sicut dictū est & prius. Altera uerò potest esse falsa, & quæcunq; cōtingit, si enim c & in b, & in a est, si accipiatur in a quidē esse, in b uerò non esse, quæ quidē a c uera erit, altera autē falsa. Item si in b accipiatur c esse, in a autē nullo est, quæ quidē est c b uera erit, altera autē falsa: si quidē igitur priuatiuus sit deceptionis syllogismus, dictū est quādo, & per quæ erit deceptio. Si uerò sit affirmatiuus, tunc cùm per propriū mediū, impoßibile est utrasque esse falsas: necesse est enim quæ est c b manere, si quidem erit

Superiora & inferiora sunt ex eadē coordinatione: ac contra, quorū vnum alterius superi⁹ nō est, alterius ordinis sunt.

syllogismus sicut dictū est & prius, quare c a semper erit falsa, hæc enim est cōuersa. Similiter autē est & si ex alia ordinatione accipiatur mediū, sicut dictū est & in priuatiua deceptiōe: necesse enim est quæ quidē est d b manere, quæ uerò est a d cōuerti: & hæc deceptio eadē est priori. Cū uerò sic nō per propriū: si quidē sit d sub a, hæc quidē erit uera, altera uerò falsa: potest enim a in pluribus esse, quæ nō sunt sub seinuicem. Si uerò nō sit d sub a, hæc quidem semper manifestū est quoniā est falsa: affirmatiua enim accipiatur, quæ uerò est d b, cōtingit & uerā esse, & falsam: nihil enim prohibet a quidem in nullo d, esse d autē in omni b: ut animal in scientia, scientia autem ut in musica, neque utiq; a in nullo d, neque d in nullo b esse: manifestum igitur est quoniam cùm non sit medium propriū, & utræq; pos-

33 *sunt simul esse falsæ, & quæcunq; contingit. Quot quidē igitur modis, & per quæ possunt fieri secundùm syllogismum deceptiones, & in alijs quæ sunt sine medio, & in ijs quæ sunt per demonstrationem, manifestum est.*

Si sensus à natura deficit, & sciētiam propriorum sensibilium illius deficere.

CAPVT XIIII.

Sensus, sentiēdi potentia: ut visus, auditus, odoratus, gustus, tactus.

Manifestum est autem, & si aliquis sensus defecerit, necesse est aliquam scientiā deficere, quam impoßibile est accipere: si quidem discimus, aut per inductionē, aut per demōstrationem. Est autem demōstratio ex uniuersalibus: inductio autē ex ijs quæ sunt particularia. Impoßibile autē est uniuersalia speculari, nisi per inductionem, quoniam & quæ ex abstractione dicūtur, est per inductionem nota facere. si quis uult nota facere: quia sunt in unoquoq; genere quædam, & si non separabilia sint secundùm quod huiusmodi

huiuſmodi unũquodq; eſt. Inducere *autẽ nõ habentes ſenſum, impoßibile eſt: ſingulariũ enim ſenſus eſt: nõ enim cõtingit accipere ipſorũ ſcientiam: neq; enim eſt ex uniuerſalibus ſine inductione, neq; per inductionem ſine ſenſu.*

Ex quot, & qualibus conſtet ſyllogiſmus: & an ſurſum, deorſum'ue fiat in infinitum abitio.

CAPVT XV.

Est autẽ omnis ſyllogiſmus per tres terminos, & quidem mõſtrare poßibilis eſt: quoniã a eſt in c, propter id quod eſt in b, & hoc in c. Sed priuatiuus eſt quidem alteram propoſitionem habens quoniã eſt aliquid aliud in alio, alterã autem quoniã non eſt. manifeſtũ igitur eſt quòd principia, & ſuppoſitiones dicta hæc ſunt: accipientẽ enim hæc ſic, neceſſe eſt monſtrare: ut quòd a ſit in c per b: iterum autem quòd a ſit in b per aliud medium, & quod b ſit in c ſimiliter. Secundùm igitur opinionẽ ſyllogizantibus, & ſolum dialecticè, manifeſtum eſt quòd hoc ſolum intendendum, ſi ex quibus contingit maximè probabilibus fiat ſyllogiſmus. Quare & ſi eſt aliquid in ueritate eorum, quæ ſunt a b medium: uidetur autem non eſſe per hoc ſyllogizans, ſyllogizat dialecticè. Ad ueritatem autem, ex ijs quæ ſunt oportet intendere, habet autem ſe ſic.

Quoniam autem eſt quòd ipſum quidem de alia prædicatur, non ſecundùm accidens. dico autem ſecundùm accidens: ut album aliquãdo dicimus illud eſſe hominem, non ſimiliter dicentes & hominem album. cùm enim non ſit alterum, aliquod album eſt: album autem eſt homo, quoniam accidit homini eſſe album: ſunt igitur quædam huiuſmodi, quæcũq; ſecũdùm ſe prædicãtur. Si igitur c huiuſmodi

quòd ipsum quidem nō in alio sit, in hoc autē b sit primo, & non per aliud mediū: iterum e de d sit, & similiter & hoc in b, nunquid igitur hoc necesse est stare, an contingit in infinitum ire? Et iterum si de a quidem nihil prædicatur per se, a autē in f est primo, mediū autem in nullo priori, & f in a, & hoc in b, nunquid & hoc stare necesse est? an & hic cōtingit in infinitum abire? Differt autem hoc à priori in tantū, quoniā hoc quidē est nūquid cōtingit incœpturū ab huiusmodi quod in nullo est altero, sed aliud in illo, in sursum in infinitū abire: alterū autē incœpturū ab huiusmodi quod ipsum quidem de alio, de illo autē nihil prædicatur, in deorsum intendentem si contingit in infinitum ire. Amplius, media nunquid cōtingit infinita esse determinatis terminis? dico autem ut si a in c sit, medium ipsorum sit b, ab ipso autem b, & ab a altera, sed horū alia, nunquid & hæc in infinitum contingit abire? an impoßibile est? est autem hoc quidem intendere idem & si demonstrationes in infinitū ueniunt: & si est demonstratio omnis rei, an adinuicē cōcludantur. Similiter autem dico & in priuatiuis syllogismis, & propositionibus: ut si a non inest b nulli, aut primo, aut est aliquid medium, cui priori non inest a, ut si sit g quod omni b inest, & iterum hoc non etiā alij priori, ut si h est quod sit in omni b: & nanque in his aut infinita sunt, in quibus non est in prioribus, aut statur. Sed in conuertibilibus non similiter se habet: non enim est in æquè prædicabilibus de quo primo prædicatur, aut ultimò: omnia enim ad omnia sic similiter se habent, siue sunt infinita de ipso prædicata, siue utraq; sunt dubitata infinita: nisi similiter conuerti contingat: sed hoc quidem sicut accidens, illud uerò sicut prædicatum.

De

De terminatis extremis, summo, imoq́;, media non esse infinita.

CAPVT XVI.

QVoniam igitur media non contingit infinita esse: si in sursum, & deorsum stent prædicata, manifestum est. Dico autem sursum quidẽ, quod uniuersale magis est: deorsum autẽ, quòd particulare est. Si enim a prædicante de c, infinita sunt media, in quibus est. b: manifestum est quod continget utriq;: ut ab a in deorsum alterum de altero contingit prædicari in infinitũ, antequàm enim in c ueniat, infinita sunt media: & ab c in sursum infinita, antequàm in a ueniat? quare si hæc impoßibilia sunt, & ipsius a & c impoßibile est infinita esse media. Neque *enim si aliquis dicat quòd hæc quidem quæ a b c contingentia sunt adinuicem, ut & non sint media, illa uerò non esse accipere: nihil differt. Quodcunq; enim accipio eorum quæ sunt b: erunt ab a, aut c infinita media. An non à quo iam prima sint infinita siue statim, siue non statim, nihil differt? quæ enim sunt post hæc, infinita sunt.*

Propositionis negatiuæ mediatæ media, quibus reuocetur ad immediatam, non esse infinita.

CAPVT XVII.

MAnifestum autem & in priuata demonstratione quoniam statur, si quidem in prædicatiua statur in utrisq;. Sit enim non contingens neque in sursum ab ultimo in infinitũ ire (dico autẽ in quo statur, quod ipsum quidem in alio nullo est: sed in illo aliud ut c) neq; à primo in ultimum. Dico *autem primum, quod ipsum quidẽ de alio, sed de illo nullum aliud dicitur: si igitur hæc erunt, manifestum*

Vltimum in diuiduũ est: Primum summum genus.

quòd & in negatione ſtabitur. Tripliciter autem mõſtratur nõ eſſe: aut enim in quo quidem eſt c, b ineſt omni, ſed in quo eſt b nulli, ineſt a. ipſum igitur b c, & ſemper alterum ſpacium neceſſe eſt ire immediata: prædicatiuum enim eſt hoc ſpacium. Sed alterũ manifeſtum eſt, quòd ſi in alio nõ eſt priori, ut in d, hoc indigebit in omni b eſſe: & ſi iterum a in alio priore quàm d non fuerit: illud indigebit in omni d eſſe: quare quoniam in deorſum ſtat uia, & quæ in ſurſum ſtabit, & erit aliquid in quo primo non erit a. Item ſi b quidem in omni a, in c autem nullo, a in c nullo erit. Iterum hoc ſi oportet monſtrare, manifeſtũ eſt, quòd aut per ſuperiorem modum ſurſum monſtrabitur, aut per hunc, aut tertium. Primus quidem igitur dictus eſt: ſecundus autem demonſtrabitur. Sic autem utiq; monſtrabitur: ut quòd d in b omni eſt, in c autem nullo: ſi neceſſe eſt aliquid eſſe in b, & iterum ſi hoc in c, non erit, aliud uerò in d eſt quod in c non eſt: igitur quoniã eſſe ſemper ſuperiori ſtat, ſtabit & non eſſe. Tertius autem modus eſt: ſi a b omni inſit, c uerò in nullo b ſit, non in omni c, in quo eſt a. Iterum autem hoc per ſuperius dicta aut ſimiliter demonſtrabitur. Illis igitur modis ſtatur. Si uerò ſic eſt, iterum accipietur b in e eſſe, in quo c non in omni e, & hoc iterũ ſimiliter. Quoniã autẽ ſuppoſitum eſt ſtare & in deorſum, manifeſtum eſt quòd ſtabit & quod in c non eſt. Manifeſtum autem eſt quoniam & ſi non una uia monſtretur ſed omnibus, aliquando quidem ex prima figura, aliquando uerò ex ſecunda, aut ex tertia, quoniam & ſic ſtabitur: finitæ enim ſunt uiæ. Finita autem finitè ſumpta pluries, neceſſe eſt finiri omnia. Quod quidem igitur in priuatione ſiquidem & ineſſe ſtatim, manifeſtum eſt.

Propoſi

Propositionis affirmatiuæ mediatæ media non esse infinita.

CAPVT XVIII.

SEd quod in illis qui quidem logicè speculantur: sic manifestũ fit. In ijs quidem igitur quæ quidem in eo quod quid est prædicantur, manifestũ est: si est enim definire, aut si notũ est quòd quid erat esse, infinita autẽ non est trãsire: necesse est finiri in eo quòd quid est prædicata. Vniuersaliter autem sic dicimus: est enim uerè dicere album ambulare, & magnũ illud lignũ esse: & iterũ lignũ magnũ esse, & hominẽ ambulare: sed alterũ est sic dicere: aut illo modo: cùm enim albũ quidẽ esse dico quod cui accidit album esse, lignum est: sed non quòd subiectũ ligno, album sit: & nanq; neq; quod albũ est, neq; quod quidẽ albũ aliquod est, factũ lignũ est: quare nõ est aliter quàm secundùm accidẽs: cùm autẽ lignũ albũ esse dico, nõ quòd aliquod alterum sit album: illi autem accidit lignũ esse, ut cùm musicum album esse dico: tũc enim quoniam homo est albus, cui accidit esse musicũ, dico: sed lignũ est subiectũ, quod quidem & factũ est, nõ cùm alterum aliquid sit quàm quod quidem lignum est, aut lignum aliquod. Si igitur oportet nomina ponere, sit sic dicere prædicari, sed illo modo, aut nullo modo prædicari, aut prædicari quidem non simpliciter, sed secundùm accidens prædicatur: est autem tanquam album quidem quod prædicatur, sed sicut lignum est de quo prædicatur. Supponatur ergo prædicatũ prædicari semper de quo prædicatur simpliciter, sed non secũdùm accidens. sic enim demõstrationes demõstrant. quare in eo quod quid est, aut quoniã quale, aut quantũ, aut ad aliquid, aut faciẽs, aut patiens, aut ubi, aut quando: cùm unum de uno prædicabitur.

Amplius, substantiã quidem significantia: quod quidẽ illud est, aut aliquod illud quidẽ significant de quo prædicantur. Quæcunq; uerò non substantiam significant, sed de aliquo subiecto dicũtur, quod nõ est, neq; quod illud est, neq; quod quidẽ illud aliquid est, accidẽtia sunt: ut de homine album. Neq; enim est homo, neq; quod quidem albũ est, neq; quod quidem albũ est aliquid, sed animal forsan: quod quidẽ enim animal est: homo est. Quæcunq; uerò nõ substantiã significant, oportet de aliquo subiecto prædicari, & non esse quid album: quod nõ cùm alterũ aliquod sit, albũ est. Species enim ualeant, & genera, monstra enim sunt: & si sint, nihil ad rationem sunt: demõstrationes enim de huiusmodi sunt. Amplius, si non est hoc huius qualitas, & illud huius, neq; qualitatis qualitas, impoßibile est æquè prædicari adinuicem sic: sed uerũ quidem cõtingit dicere sic: æquè autẽ uerè prædicari nõ cõtingit. An enim sicut substãtia prædicabitur, aut ut genus, aut ut differentia prædicari? hæc autẽ ostensa sunt, quoniã non erunt infinita, neq; in sursum, neq; in deorsum: ut homo bipes, hoc animal, hoc autẽ alterum est: neq; animal de homine, hoc autem de Callia, hoc autem de alio in eo quod quid est: substantiam enim omnẽ est definire huiusmodi: infinita autẽ nõ est transire intelligentem: quare neq; in sursum, neq; in deorsum infinita sunt: illam enim nõ est definire, de qua infinita prædicantur. Sic igitur genera adinuicẽ nõ æqualiter prædicãtur: erit enim ipsum, quod qdẽ ipsum aliqd est, neq; tamẽ de qualitate, aut aliorũ nullo, nisi secũdùm accidens prædicabitur: omnia enim hæc accidũt, & de substantijs prædicantur, sed quoniã neque in sursum, infinita sunt: de unoquoq; enim prædicatur quod significat aut quantũ aliquid, aut quale aliquid, aut huiusmodi quæ

di quæ ſunt in ſubſtãtia: hæc autem finita ſunt, & genera prædicamentorũ finita: aut enim quale, aut quantũ, aut ad aliquid, aut facere, aut pati, aut ubi, aut quãdo. Suppoſitum autem eſt unũ de uno prædicari, ipſa autẽ de ipſis quæcũq; non ad aliquid ſunt, prædicari nõ dicimus: accidentia enim ſunt omnia: ſed hæc quidẽ ſecundùm ſeipſa, alia uerò ſecũdùm alterũ modum. Hæc autem omnia de ſubiecto quodam prædicari dicimus, accidens autẽ nõ eſſe ſubiectũ aliquod, nihil enim taliũ ponimus eſſe, non quòd alterũ aliquod eſſe dicitur, ſed ipſum de alijs, & alia quidem de alio, neque in ſurſum: ergo unum de uno, neq; in deorſum eſſe dicetur, de quibus enim dicũtur accidẽtia: quæcunq; in ſubſtantia uniuſcuiuſq; ſunt: hæc autem non ſunt infinita: ſed ſurſum ipſa quoq; & accidẽtia utraq; nõ infinita ſunt. Neceſſe eſt ergo eſſe aliquid, de quo primùm prædicetur, & de hoc aliud: & hoc ſtare, & eſſe aliquid quod nõ amplius, neq; de alio priori, neq; de illo aliud prius prædicetur. Vnus quidẽ igitur modus demõſtrationis, dicitur hic. Adhuc autẽ alius, ſi de quibus priora quædã prædicantur eſt horũ demõſtratio: quorũ autem eſt demõſtratio, neq; potius habere poſſibile eſt ad ipſa, quàm ſcire, neq; ſcire eſt ſine demõſtratione: ſi autẽ hoc, per hæc ſit notum. Hæc autẽ neſcimus, neq; melius habemus ad ipſa, quàm ſcire: neque per hæc notum ſciemus. Si igitur eſt aliquid ſcire per demonſtrationẽ ſimpliciter, & nõ ex aliquibus, neq; ex ſuppoſitione, neceſſarium eſt ſtare prædicationes mediorũ: ſi enim nõ ſteterint, ſed eſt ſemper acceptio in ſuperius, omniũ erit demonſtratio: quare ſi infinita nõ poßibile eſt pertrãſire, quorum eſt demõſtratio, hæc nõ ſciemus per demonſtrationẽ. Si igitur neq; melius habemus ad ipſa quàm ſcire, non erit ſcire per

36 demonstrationem simpliciter, sed ex suppositione. Logicè quidem igitur ex his utiq; aliquis credat: de eo quod dictũ est. Analyticè autem manifestum est per hæc uelocius, neq; in sursum, neq; in deorsum infinita prædicata cõtingit esse in demonstratiuis scientijs de quibus intentio est: demonstratio enim est ex his quæcunq; ipsa quidem insunt secundùm seipsa rebus: secundùm seipsa uerò dupliciter: quæcunque enim in illis insunt in eo quod quid est, & in quibus ipsa in eo quod quid est insunt ipsis: ut in numero impar, quod inest quidem numero, est autem ipse numerus in ratione ipsius: & iterum multitudo, aut diuisibile, in ratione numeri: horum autem neutra contingit infinita esse, neq; ut impar numeri. Iterum enim si impari aliud insit, cui inerat existẽti: hoc si est primum numerus, erit ijs quæ insunt ipsi. Si igitur non contingit infinita huiusmodi esse in uno, neq; in sursum erũt infinita: at uerò necesse est omnia inesse primo, ut numero, & in illis numerũ: quare conuertibilia erũt, sed non excedentia. Neq; tamen quæcunq; sunt in eo quod quid est, neq; hæc infinita sunt, neq; esset definire: quare si prædicata per se quidẽ omnia dicũtur, hæc autẽ non infinita sunt, stabũt utiq; in sursum, quare & in deorsum: si autem sic est, & quæ sunt in medio duorum terminorum semper sunt finita. Si uerò hoc est: manifestum iã est, & demõstratio nõ quòd necesse est principia esse, & nõ omniũ esse demõstrationẽ, quod qdẽ diximus quosdã dicere iuxta principiũ: si enim principia sunt, nõ omnia sunt demõstrabilia, neq; in infinitũ poßibile ire: esse enim horũ quodlibet, nihil est aliud, quàm esse nullũ spaciũ sine medio, & indiuisibile: sed omnia diuisibilia. Intus enim immittendo terminum, sed non assumendo, demonstratur quod demonstratur:

monstratur: quare si hoc in infinitum contingit ire, contingit utiq; duorum terminorum infinita esse interius media: sed hoc impoßibile est, si prædicationes steterint in superius, & in inferius: quòd autem stent, mõstratum est logicè prius, analyticè uerò nunc.

Elementa monstrandarum mediatarum non infinita esse.

CAPVT XIX.

Monstratis autem his, manifestum est si aliquid idem insit duobus, ut a & in c, & in d, non prædicante altero de altero, aut nullo modo, aut non de omni: quod non semper secundùm commune aliquid inerit: ut isosceli, & scaleno, æquales duobus rectis habere: secundùm commune aliquid inest: secundùm enim quòd figura quædam sunt, & non secundùm alterum. Hoc autem non semper sic se habet. Sit enim b secundùm quod a, in c & d, erit manifestum igitur quòd b in c d secũdùm aliud commune est, & illud secundùm alterum: quare duorum terminorum medij infiniti utique inciderunt termini, sed hoc est impoßibile, secundùm igitur aliquid commune inesse, non necesse est semper idem pluribus, quoniam quidem erunt immediata spatia. In codẽ tamen genere, & ex eisdem atomis necesse est terminos esse: si quidẽ ijs quæ per se sunt, erit commune: nõ enim erat ex alio genere in aliud genus descendere quæ demonstrãtur. Manifestum est autem quoniam & cum a in b sit, si quidem est aliquid medium, est demonstrare quod a in b sit, & elementa huius sunt hæc & tot, quot media sunt: immediatæ enim propositiones sunt elementa, aut omnes, aut uniuersales: si uerò non est medium, non amplius erit demonstratio, sed in

57 58

principia

principia uia est hæc. Similiter autẽ erit & si a in b non sit, si quidem enim aut medium est, aut prius cui non inest, erit demõstratio. Si uerò non sit mediũ, non est demonstratio, sed principia, & elementa sunt tot, quot sunt termini: horum enim propositiones, principia demõstrationis sunt: & sicut quædam principia sunt indemonstrabilia, quòd sit hoc illud, & quòd sit hoc in illo: sic quòd nõ erit hoc illud, neq; quòd sit hoc in illo. Quare hæc quidẽ esse aliquid, alia non esse aliquid, erũt principia. Cùm ergo indigeat mõstrare aliquid, accipiendũ quod de b primũ prædicetur. Sic c, & de hoc similiter a, & sic semper eunti nũquàm extra, erit propositio, neq; si esse ipsius a accipiatur ut demonstretur, sed semper mediũ densetur, quousq; indiuisibilia fiãt, & unũ: est autẽ unũ, cùm immediatũ fiat: & una propositio simplex est immediata: & quemadmodũ in alijs est principiũ simplex: hoc autem non idem ubiq; est, sed in graui quidem uncia, in melodia autem diesis, aliud autem in alio: sic est in syllogismo unum, propositio immediata: in demonstratione autẽ, & scientia, intellectus. In ostensiuis igitur syllogismis eius quod est, nihil cadit extra. Sed in priuatiuis, ubi quidem quod oportet esse, nihil cadit extra hoc: ut si a in b per c non inest: si enim in b quidem omni c, est autem a in nullo c. Iterum si indigeat quòd in c, a nullo sit: medium accipiendũ est ipsius a & c: & sic semper procedet. Si uerò indigeat monstrare quòd d in e non sit, eò quòd est c in d quidẽ omni, in e autem nullo, aut non in omni e: nnnquam extra cadit: hoc autem est, cui non oportet inesse. In tertio autem modo, neque à quo oportet, neque quod oportet priuari, nequaquam extra ibit.

Quòd

Quòd demonstratio vniuersalis præstantior sit particulari.

CAPVT XX.

CVm autem sit omnis demonstratio, alia quidē uniuersalis, alia uerò particularis, & hæc quidem cathegorica, illa uerò priuatiua, dubitabitur qualis potior sit: similiter autem & de ea, quæ demonstrare dicitur, & deducenti ad impoßibile demonstratione. Primùm quidem igitur intendamus de uniuersali, & particulari. ostendentes autem hoc, & de ea quæ demōstrare dicitur, & quæ est ad impoßibile, dicemus. Videbitur igitur fortaßis utiq; quibusdā sic intendētibus, quòd particularis est potior: si enim secundùm quā magis scimus demōstrationē, potior demonstratio est: hæc enim uirtus demōstrationis. magis autē scimus unūquodq; cùm ipsum cognoscimus secūdùm ipsum, quàm secundùm aliud: ut musicū Coriscū, quādo cognoscemus quòd Coriscus musicus est, quàm quòd homo musicus sit. Similiter autē & in alijs. Sed uniuersalis quoniā aliud, non quoniā ipsum fortasse demōstrat, ut quoniam isosceles habet tres angulos æquales duobus rectis, nō quoniam isosceles, sed quoniā triangulus: sed particularis quoniā ipsum est: si igitur potior est quæ est secundùm ipsum: huiusmodi autē est particularis, & uniuersali magis, & potior utique secūdùm partē demōstratio erit. Amplius, si uniuersale quidē non est aliquid præter singularia, demōstratio autem opinionem conficit esse aliquid hoc de quo demonstrat, & quandā naturā esse hanc in ijs quæ sunt (ut triāguli præter quosdā, & figuræ præter quasdā, & numeri præter quosdam numeros) potior autē est quæ est de esse, quàm de nō esse, & propter quam nō errabitur, quàm ꝓpter quam errabitur:

rabitur: est autẽ uniuersalis huiusmodi (procedentes enim demõstrant uniuersale quẽadmodũ de eo quod est proportionale ut quod sit tale: erit proportionale quod neq; linea, neq; numerus, neq; solidũ, neq; planũ est, sed præter hæc ali quid) si igitur uniuersalis magis hæc est, & de eo quidem quod est minus, uniuersalis quàm particularis, & facit opinionem falsam: indignior utiq; erit uniuersalis particulari.

Et primũ quidẽ nihil magis in uniuersali quàm in particulari altera ratio est: si enim quod duobus rectis inest, nõ est secũdùm quod est isosceles, sed secũdùm quòd triãgulus est: cognoscens quoniã isosceles habet tres inquantũ ipsum est, minus cognouit, quàm cognoscens quoniã triãgulus est: & omnino si non quidem secũdùm quod sit triangulus, & postea mõstrat, nõ erit utiq; demõstratio: si uerò sit cognoscens unũquodq; secundùm quòd unũquodq; est, magis cognouit: si igitur triãgulus in plus est, & eadẽ ratio & nõ secũdùm æquiuocationẽ triãgulus est, & inest omni triangulo quod est duobus rectis æquales habens: non utiq; est triangulus inquantũ isosceles, sed isosceles secundùm quòd triãgulus huiusmodi habet tres angulos. Quare uniuersaliter sciẽs magis cognouit secũdùm quod est, quàm particulariter: potior est ergo uniuersalis, quàm particularis. Amplius, si quidẽ sit quædã ratio una, & nõ æquiuocatio: uniuersale erit utiq; nil minus secundùm partem quibusdã, sed magis est quãtò incorruptibiliora sunt illis: quæ uerò secũdùm partẽ sunt corruptibilia magis. Amplius, nec una necessitas est opinari aliqd esse hoc præter hæc, quoniã ostẽdunt unũ nihil magis, quàm in alijs quæcũq; non aliquid significãt, sed aut quale, aut ad aliquid, aut agere: si ergo, non demõstratio causa est, sed audiẽs. Amplius, si demõstratio est

tio est syllogismus demõstratiuus qui fit causæ & propter quod, uniuersale magis causa: cui enim per se inest aliquid, hoc idẽ ipsi causa est: uniuersale aũt primũ: causa ergo uniuersale est, quare & demonstratio dignior est: magis enim causæ est uniuersale, & eius quod ꝓpter quid est. Amplius, usq; ad hoc quærimus propter quid: etenim tũc opinamur scire, cùm nõ sit aliqd aliud quàm hoc aut quod fiat, aut quod fit: finis enim & terminus ultimus iam sic est, ut cuius causa uenit? ut accipiat argentũ. Hoc autẽ est quatenus reddat cui debuit. Hoc autem ut nõ iniustè agat, & sic procedentes cùm nõ sit amplius propter quid, nec alterius causa, propter hoc sicut ꝓpter finẽ dicimus uenire, & esse, & fieri, & tũc est scire maximè ꝓpter quid uenit: si igitur se habet similiter & in omnibus causis, & quæ sunt propter quod: in ijs autẽ quæcunq; sic sunt causæ, sicut quæ est eius causa sic scimus maximè: & in alijs igitur tunc maximè scimus, cùm non amplius sit hoc quoniã aliud est: cùm igitur cognoscimus quidem, quòd quatuor qui extra sunt, æquales sunt, quoniam isosceles: adhuc deest propter quid isosceles? quia triangulus: & hoc, quia est figura rectis lineis contenta. Si autem hoc non amplius propter quid aliud, tunc maximè scimus: uniuersale est autem tũc, uniuersalis igitur potior. Amplius, quantocunque utique magis secundùm partes est, in infinita cadit: uniuersale autem in simplex, & in finem: sunt autem secundùm quòd infinita non scibilia, sed secundùm quòd finita scibilia sunt, secundùm utique quòd uniuersalia magis scibilia sunt, quàm quæ sunt secũdùm partem demõstrabilia: ergo magis uniuersalia. De magis demõstrabilibus aũt, magis est demõstratio, simul enim magis ad aliquid sunt: dignior igitur

tur uniuersalis est, quoniã quidẽ & magis demõstratio est.
Amplius, si magis eligenda est secundùm quàm hoc & aliud, quàm secundùm quàm hoc solũ cognouit: uniuersale autẽ habens, cognouit particulare, hoc autẽ, uniuersale non sciuit: quare & sic utique magis eligenda erit uniuersalis.
Amplius autẽ & sic. Vniuersale enim magis scire est eo quod est per mediũ demõstrare, cùm propius sit principio: proximè autẽ immediatũ est: hoc autẽ est principiũ. Si igitur quæ ex principio est ea quæ nõ ex principio, quæ magis ex principio ea quæ minus est, certior est demonstratio: est autẽ huiusmodi uniuersalis magis, dignior utiq; erit uniuersalis: ut si oportet mõstrare a de d, media aũt sint in quibus est b c, magis autẽ sursum sit b quàm c. quare si per b magis est uniuersalis: sed eorũ quæ dicta sunt, quædã logica sunt.
Maximè aũt manifestũ est quòd uniuersalis magis præcipua sit, quoniã propositionũ quidẽ hãc priorẽ habentes, scimus quodã modo, & posteriorẽ & habemus potẽtia: ut si aliqs cognouerit quòd omnis triãgulus habeat tres duobus rectis æquales, sciuit quodã modo et quòd isosceles duobus rectis potẽtia sit, et si nõ cognouit isoscelẽ quòd triãgulus sit: hãc autẽ habẽs propositionẽ, nullo modo uniuersale cognouit, neq; potẽtia, neq; actu. Et uniuersalis quidẽ intelligibilis est, sed particularis in sensu perficitur. Quòd igitur uniuersalis dignior sit particulari, tot nobis dicta sint.

Quòd demonstratio affirmatiua præstantior euadat negatiua.

CAPVT XXI.

40 *QVòd autem monstratiua sit dignior priuatiua, hinc manifestum est: sit enim hæc demonstratio dignior (alijs eisdem existentibus) aut ex minoribus quæstionibus,*

quæstionibus, aut suppositionibus, aut propositionibus. Si enim notæ sunt similiter * uelocius cognoscere per hæc erit: hoc autem appetibilius est. Ratio autem propositionis quòd melior sit ex minoribus, uniuersaliter est sic: si enim contingit similiter cognita esse media, priora autem notiora sunt. Sit autẽ per media demõstratio eorum, quæ sunt b c d quod a in e sit: altera autem demonstratio quòd a in d sit per b c, similiter igitur se habet hoc quòd a in d sit, & quòd a in e sit: sed quòd a in d sit prius est, & cognoscibilius, quàm quòd a in e: per hoc enim illud demonstratur: credibilius autem est per quod. Et quæ per pauciora demonstratio, potior, alijs eisdem existentibus: utræque quidem per terminos tres, & propositiones duas monstrant: sed hæc quidem esse aliquid accipit, illa uerò & esse, & non esse aliquid: per plura itaque, quare indignior est. Amplius, quoniam ostensum est impoßibile per utrãque priuatiuarum propositionum fieri syllogismum: sed oportere quidem huiusmodi esse unam, aliam uerò quoniam est. Amplius, præter hoc oportet & hoc accipere, prædicatiuas enim augmentata demonstratione necesse est fieri plures, priuatiuas autem impoßibile plures una in omni syllogismo esse. Sit enim in nullo esse a in quibus est b, in c autem omni sit b: si igitur opus est rursus augere utrasque propositiones, mediũ inijciendum est: huius quidem a b sit d, sed b c sit e: e igitur manifestum est prædicatiuum esse, sed d de b quidem prædicatiuum, a autem de d tanquam priuatiuum ponitur: d enim de omni b: sed a oportet in nullo d esse: fit ergo una priuatiua propositio. Idem autem modus est, & in alijs syllogismis. semper enim medium prædicatiuorum

* Hoc est, aut notæ simpliciter, & natura: aut notæ quæ ad nos.

terminorum, prædicatiuum in utraque est, sed priuatiui in altera priuatiuum necesse est esse: quare hæc una huiusmodi fit propositio, aliæ uerò prædicatiuæ. Si igitur notius est per quod demonstratur, & credibilius, demonstratur autem priuatiua quidem per prædicatiuam, hæc autem per illam non demonstratur: prior ergo, & notior, & credibilior cùm sit, melior itaque erit. Amplius, si principium syllogismi propositio uniuersalis sit immediata, est autem ut in monstratiua prædicatiua: in priuatiua autem, negatiua propositio uniuersalis, affirmatiua autem negatiua prior, & notior (per affirmatiuam enim negatiua nota) & prior affirmatiua est, sicut esse prius est non esse.

Quare potius est principium monstratiuæ, quàm priuatiuæ: dignioribus autem principijs utitur dignior. Adhuc principalior est: sine enim monstratiua non est priuatiua.
41 *Quòd quidem prædicatiua, priuatiua dignior sit, manifestum est.*

Demonstrationem ostensiuam potiorem esse ea, quæ ducit ad incommodum.

CAPVT XXII.

ET *ad impoßibile ducente: oportet autem scire quæ differentia sit ipsarum. Si igitur a in nullo b, in c autem omni, b: necesse est in nullo c esse a: sic igitur acceptis, ostensiua priuatiua erit demonstratio, quoniam a in c non erit. quæ uerò est ad impoßibile sic se habet, si opus est demonstrare quòd a in b non sit: accipiendum est a esse in b, & b in c: quare accidit a in c esse. Hoc autem sit notum, & concessum quod ipsum est impoßibile esse: nõ igitur poßibile est a in b esse. Si ergo b in c concessum est inesse, a*

esse, a in b impoßibile est esse: termini igitur similiter ordinantur. Differt autem quo, qualis sit notior priuatiua propositio: utrum igitur quia a b non inest, an quia a c: cùm igitur est conclusio notior quoniam non est, quod est impoßibile, fit demonstratio: cùm autem in syllogismo sit, demonstratiua est. Natura autem prior est, quæ est quòd a in b non sit, quàm a in c non sit: priora enim conclusione sunt, ex quibus est conclusio: est autem quæ est a in c non esse, conclusio: a autem in b ex quibus est conclusio. Non enim si contingit remoueri aliquid, hoc conclusio est, illa autem ex quibus sunt: sed hoc quidem ex quo syllogismus est, utique sic se habet, ut aut sicut totum ad partem, aut ut pars ad totũ se habet: sed quæ sunt a c, & a b propositiones, non sic se habent adinuicem. Si igitur ex dignioribus, & credibilioribus dignior est: sunt autem utræque ex non esse aliquid, credibiles, sed hæc quidem ex priori, illa uerò ex posteriori: potior utique simpliciter erit ea, quæ est ad impoßibile, priuatiua demõstratio: quare & hæc dignior prædicatiua. Manifestum est ergo quòd & ea quæ est ad impoßibile, potior est.

Quæ scientia certior, quæ vna, quæ altera: & eiusdem plures esse posse demonstrationes.

CAPVT XXIII.

Certior autem est sciẽtia, scientia & prior: quæ ipsius quia, & propter quid eadem est quàm non, extra eam quæ est propter quid. Et quæ non est de subiecto, ea quæ est de subiecto: ut arithmetica, harmonica. Et quæ est ex minoribus, ea quæ ex appositione: ut arithmetica, geometria: dico autem ex additione, ut unitas substantia 42

est sine positione. punctum autem substantia posita: hoc
43 *autem ex appositione. Vna autem scientia est, quæ est unius generis, quæcunque ex primis componitur, & partes sunt aut paßiones horum, quæ sunt per se. Altera autem scientia est ab altera, quarũcunque principia neque ex eisdem, neque ex alteris sunt. Huius autem est signum, cùm indemonstrabilia ueniant: oportet enim in eodem genere esse cum ijs quæ demõstrantur: signum autem est & huius, cùm demonstrabilia per ipsa in eodem genere sunt, & proxima. Plures autem demonstrationes eiusdem poßibile est esse, non solum ex eodem ordine accipiendi non continuum medium (ut eorum quæ sunt a b, c & d & e) sed & ex altero: ut sit a transmutari, in quo autem d moueri, sed lætari sit in quo b, & iterum e quiescere: uerum igitur est & d de b, & a de d prædicari: lætans enim mouetur, & quod mouetur transmutatur: iterum a de e, & e de b, uerum prædicari: omnis enim lætans quiescit, & quiescens transmutatur: quare per altera media, & non ex eodem ordine syllogismus est: non tamen est neutrũ de neutro dici mediorum. Necesse est enim idem e alicui utraque inesse: intendere autem est per alias figuras, quot modis contingit eiusdem fieri syllogismum.*

Non esse scientiam fortuitorum, neq; in sensuum functione.

CAPVT XXIIII.

SEd eius quod est à fortuna non est scientia per demonstrationem. Neque enim sicut necessarium, neque sicut frequẽter quod est à fortuna, sed extra hoc fit: sed demõstratio alterius horum. Omnis enim syllogismus aut per necessarias, aut per eas quæ sunt tanquam frequenter propositiones:

De casu, & fortuna Aristo. in secundo physicorum.

positiones: & siquidem propositiones necessariæ sunt, & conclusio erit necessaria: si uerò sint sicut frequenter: & conclusio huiusmodi. Quare si id quod est à fortuna, neq; est sicut frequenter, neque necessarium: neque utique erit ipsius demonstratio. Neque per sensum est scire: si enim est sensus talis huius, & non huius alicuius: sed sentire hoc aliquid est necesse & ubi, & nunc. Vniuersale autem quod est in omnibus, impoßibile est sentire: neq; enim hoc aliquid est, neque nunc, neque ubi, neque enim utique esset uniuersale: quod enim semper est, & ubique, uniuersale dicimus esse: quoniam igitur demonstrationes uniuersales sunt, hæc autem non est sentire, manifestum est quòd neque scire per sensum est. Sed manifestum quoniam si esset sentire triãgulum, quòd duobus rectis haberet æquales angulos: quæreremus utique demonstrationem, & non sicut quidam fatentur, sciremus. Sentire enim necesse est singulariter: scientia autem est in cognoscendo uniuersale.

Vnde & si super lunam essemus, & uideremus obiectam terram, non utique sciremus causam defectus: sentiremus enim quoniam deficeret, sed non propter quid omnino: non enim uniuersalis, sensus. Sed ex considerare hoc multoties accidere uniuersale uenantes, demonstrationem habemus: ex singularibus enim pluribus, uniuersale, manifestum est. Vniuersale autem honorabile, quoniã ostendit causam: quare de huiusmodi uniuersalis honorabilior est sensibus & cognitione quorumcunque altera causa est: sed de primis alia ratio est. Manifestum igitur est quòd impoßibile sit sentiendo scire aliud demonstratorum: nisi aliquis dicat sentire, scientiam habere per demonstrationem. Sunt tamen quædam reducta ad sensus defectum

in propositis: quædam enim si uideremus,nõ utique quæreremus.Sed nõ tanquàm scientes in uidendo,sed tanquàm habentes uniuersale ex eo quòd uidemus:ut si uitrum foratum uideremus,& lumen pertransiens,manifestum utique erit & propter quid illuminat,propter id quod uideremus quidem seorsum in unoquoq;: intelligere autem simul est, quoniam in omnibus sic est.

Non omnium syllogismorum eadem principia esse posse.

CAPVT XXV.

EAdem autem esse principia omnium syllogismorum impoßibile est:primum quidem logicè speculãtibus: hi enim ueri sunt syllogismi,alij autem falsi.Et si enim sit uerum ex falsis syllogizare,sed semel hoc fit: ut si a de c uerũ sit,mediũ autem b,falsum:neq; enim a in b,neq; b in c: sed si harũ media accipiantur propositionũ,falsæ erunt: ex eo quòd omnis conclusio falsa ex falsis est, uera autem ex ueris:altera autẽ sunt uera & falsa.Posteà neq; falsa ex eisdẽ sunt:est enim falsa adinuicẽ,& cõtraria,& impoßibilia simul esse: ut iustitiam esse iniustitiam,aut timorem audaciam,aut hominẽ equũ, aut bouem, aut æquale,maius & minus. Ex oppositis autem sic est,neq; enim uerorum eadem principia omniũ sunt: altera enim multorũ genere principia sunt,& neq; cõueniunt: ut unitates punctis non cõueniunt:hæ enim non habent positionẽ,illa autẽ habent. Necesse autẽ est aut in media conuenire,aut in sursum,aut deorsum,aut hos interius habere,illos autẽ exterius terminorum. Sed neq; cõmuniũ principiorũ possunt esse aliqua ex quibus omnia demõstrabuntur: dico autem cõmunia,ut omne affirmare,aut negare: genera enim eorum quæ sunt, altera

altera sunt, & alia quidē in quātitatibus, alia uerò in qualitatibus sunt solum, cum quibus demonstrantur per cōmunia. Amplius, principia nō multò minora sunt conclusionibus: principia enim propositiones sunt, propositiones autē assumpti termini, aut immißi * termini sunt. Adhuc cōclusiones sunt infinitæ, & termini autē finiti. Amplius, principia hæc quidē ex neceßitate, illa contingentia. Sic igitur considerantibus impoßibile est eadē principia esse, aut finita: cū infinitæ sint cōclusiones. Si uerò aliter quodammodo dicat quis, quòd hæc quidem geometriæ, illa uerò numerorū, illa autē medicinæ: quid utiq; erit aliud quod dicitur, nisi quòd sunt principia scientiarū diuersa? sed eadē dicere derisio est, quoniam eadem eisdem eadem erunt: omnia nanq; sic fiunt eadē. At uerò neq; quod est ex omnibus demonstrare quodlibet, est quærere omniū esse eadem principia: multum enim insipiens est. Neq; enim in manifestis doctrinis hoc fit, neque in resolutione hoc est poßibile: immediatæ enim propositiones sunt principia: altera autem conclusio fit accepta propositione immediata. Si autem dicat aliquis primas immediatas propositiones eadem esse principia: una in unoquoque genere est. Si uerò neque ex omnibus ut opus est demōstrari contingit quodlibet, neque sic ex altero tanquam erunt uniuscuiusque scientiæ altera: relinquitur quòd proxima sint principia omnium: & ex his quidem hæc, ex illis autem illa. Manifestum autem & hoc est, quoniam nō contingit: monstratum est enim quòd altera principia genere sunt differentium genere. Principia enim duplicia sunt, ex quibus, & circa quod. ex quibus quidem igitur, communia sunt: quæ autem sunt circa quod, propria sunt, ut numerus, magnitudo.

*Assumpti termini, & immißi, genitiui sunt singulares.

Principia circa quod, sunt scientiarū subiecta.

Quòd scientia, & scibile, ab opinatione, & opinabili discrepent.

CAPVT XXVI.

Scibile autem, & scientia differũt ab opinabili, & opinione: quoniam scientia uniuersalis, & pernecessaria est: necessarium autem non contingit aliter se habere. Sunt autem quædam uera, quæ cõtingit aliter se habere: manifestum est igitur quòd circa hæc, scientia non est, essent enim utiq; impoßibilia aliter se habere. At uerò neq; intellectus: dico enim intellectum principium esse scientiæ, neq; scientia indemonstrabilis: hæc autem est acceptio immediatæ ꝓpositionis: uerus enim est intellectus, & sciẽtia, & opinio: & quid per hæc dicitur. Quare relinquitur opinionem esse circa uerum quidem, aut falsum: contingens autem est & aliter se habere. Hoc autem est acceptio im*mediatæ propositionis, & non necessariæ. Certum autem est sic apparentibus: opinio ei incertum est: & natura huiusmodi est. Adhuc autem nullus arbitratur opinari, cùm opinetur impoßibile aliter se habere, sed scire: sed quando esse quidem sic, sed tamen aliter, nihil prohibet & tunc opinari, tanquam huiusmodi quidem opinionem esse, necessariam autem scientiam. Quomodo est igitur non idem opinari, & scire? & quare non erit opinio scientia, si quis posuerit omne quod scit contingere opinari? consequitur enim hic quidem sciens, ille uerò opinans per media, quousque ad immediata ueniat: quare si ille quidem sciuit, & opinans sciuit: sicut enim & quia opinari, & propter quid: hoc autem medium est. An si quis sic arbitrabitur non contingentia aliter se habere, sicut se habent definitiones per quas sunt demonstrationes: non opinabitur,*

nabitur, sed sciet? si autem uera quidem esse, non tamen hæc ipsis inesse secundùm substantiam, & secundùm speciem, opinabitur & non sciet uerè: & quia & propter quid, si quidem per immediata opinabitur: si uerò non per immediata opinabitur, solum ipsum quia opinabitur. Eiusdem autē opinio, & scientia non penitus est: sed sicut uera, & falsa eiusdem quodam modo est, sic & scientia & opinio eiusdem: & opinionem ei ueram, & falsam (sicut dicunt quidam) eiusdem esse, inconuenientia accidunt, apparere aliaq́;, & non opinari quæ opinantur falsè. Quoniam autem idem multipliciter dicitur: est autem sicut contingit, est autem ut non: commensuratam enim diametrum esse uerè, opinari incōueniens est: sed quòd diameter (circa quam sunt opiniones) idem: sic eiusdem est, sed quod quid erat esse, unicuique secundùm rationem non est idem. Similiter autem & scientia, & opinio eiusdem est: hæc enim sic animalis est, quòd non est contingere non esse animal, sed illa quidem quæ est contingere: ut si hæc quidem quod hominis quidem est, illa uerò hominis quidem, non autem quod quidem hominis est: idem enim est, quia homo: hoc autem sicut non idem. Manifestum autem ex his est, quòd neque opinari simul idem, & scire contingit: simul enim haberet utique opinionem aliter habendi, & non aliter idem, quod quidem non contingit: in alio enim unumquodque esse contingit eiusdem, sicut dictum est: sed in eodem nihil sic potest esse, haberet enim opinionem simul, ut quòd homo esset secundùm quod est animal: hoc enim fuerit non contingere esse non animal: & non secundùm quod animal: hoc enim sicut contingere. Reliqua autem quomodo oportet distribuere in rationem, &

intellectum, & scientiam, & artem, & prudentiam, & sapientiam: hæc quidem physicæ est, illa uerò ethicæ speculationis magis.

De solertia.

CAPVT XXVII.

Solertia autem, est subtilitas quædam in non perspecto tempore medij. Vt si aliquis uidens quòd luna splendorem semper habet ad solem, statim intellexit propter quid hoc sit, *quia propter id quòd illustratur à sole: aut disputantem cum diuite,* * *cognouit quoniam commodatum est: aut propter id quòd amici sunt, quia inimici eiusdem sunt.* Omnes enim *causas medias uidens, cognouit & ultima. splendidum esse ad solem, sit in quo a: lucere à sole, b: luna, c: inest igitur lunæ quidem ipsi c, b: quod quidem est lucere à sole: ipsi autem b, a: quod est ad hoc esse splendidum, à quo splendet: quare & ipsi c, inest a per b.*

* Sic Græcè Aristoteles. ἢ διαλεγόμενον πλουσίω, ἔγνω διότι δανείζεται, Pro quo Argyropilus, aut si viso paupe diuitem adeūte, hoc illum propterea facere, quòd mutuo argentum accipit, itellexerit.

POSTE

POSTERIORUM ARISTOTELIS LIBER SECUNDUS.

Quot quæri solent in disciplinis.

CAPUT I.

Væstiones æquales sunt numero ijs quæcunq; uerè scimus. Quærimus autẽ quatuor: quia, ꝓpter quid, si est, & quid est. Cùm enim utrũ hoc insit, aut hoc quærimus, in numerũ ponẽtes: ut utrùm sol deficiat, aut nõ, ipsum quia quærimus. Signũ autẽ huius: inueniẽtes enim quia deficit, pausamus: & si in principio sciremus quia deficeret, nõ quæreremus utrũ. Cùm autẽ sciamus ipsum quia, ipsum ꝓpter quid quærimus: ut sciẽtes quia deficit sol, & quia mouetur terra: & ꝓpter quid deficit, & ꝓpter quid terra mouetur: quærimus hæc q̃dẽ sic. Quædã autẽ alio modo quærimus: ut si est, aut nõ est cẽtaurus, aut Deus: hoc aũt si est, aut nõ, simpliciter dico: sed nõ si albus est, aut nõ. Cognoscẽtes autẽ quoniã est, quid est quærimus: ut q̃d igitur est Deus, aut quid est homo. Quæ quidẽ igitur quærimus, & quæ inuenientes scimus: hæc & tot sunt.

Tex. 1.

Omnem quæstionem medij esse.

CAPUT II.

QVærimus aũt, cùm quærimus quia est, aut si est simpliciter, utrũ sit mediũ ipsius, aut non: cùm autẽ cognoscentes aut quia est, aut si est, aut in parte, aut

aut simpliciter,iterũ propter quid quærimus,aut quid est: & tũc quærimus quid sit mediũ. Dico *autẽ quia est,aut si est,aut in parte,aut simpliciter:in parte qdẽ,ut utrũ deficit luna,aut augetur: si enim est aliquid,aut non est aliquid,in huiusmodi quærimus:simpliciter aũt,si est,aut nõ est luna, aut nox.* Cõtingit *itaq; in omnibus quæstionibus quærere, aut si est mediũ,aut quid est mediũ. Causa enim est mediũ: in omnibus autẽ hæc quæritur,ut utrũ deficit luna,utrũ est aliqua causa,aut non:post hæc sciẽtes quia est aliqua,quid igitur hæc sit,quærimus.* Caussa *enim ipsius esse nõ hoc,aut hoc:sed simpliciter substantiam,aut nõ simpliciter,sed aliquid eorũ quæ sunt per se,aut secundùm accidẽs:mediũ est.* Dico *autẽ simpliciter quidem subiectũ:ut lunã,aut terram, aut solẽ,aut triangulũ: quid autem esse defectũ,æqualitatem,aut inæqualitatem:si in medio sit,aut non.* In *omnibus enim his manifestũ est quòd idẽ sit quod quid est,& propter quid est.* Vt *quid est defectus? priuatio luminis à luna à terræ obiectu.* Propter *quid est defectus, aut ꝑpter quid deficit luna? propter defectũ luminis obiecta terra.* Quid *est cõsonantia?ratio numerorũ in acuto,& graui:& propter quid cõsonat acutum graui?propter id quod rationem habet numerorũ & graue & acutũ.* Vtrum *est consonare acutũ & graue?* Vtrũ *sit in numeris ratio eorũ? Accipiẽtes autẽ quia est,quid igitur est ratio quærimus.* Quòd *autem sit medij quæstio,ostenditur quandocunq; medium est sensibile:quærimus enim nõ sentientes,ut de defectu si est.* Si *uerò essemus super lunã,non utique quæreremus, neq; si fit,neq; propter quid fit,sed simul manifestum utiq; esset utrunq;:ex eo enim quòd sentimus,& uniuersale factũ est nobis notũ.* Sensus *enim quod nunc obijcitur, & manifestũ*

est quòd

est quòd nunc deficit: ex his autẽ uniuersale utiq; factũ est. Sicut igitur diximus, quod quid est scire idẽ est, & propter quid est: hoc autẽ aut est simpliciter, & nõ eorum quæ insunt aliquid est: aut quæ insunt, ut quoniam duo recti sunt: aut quoniam maius, aut minus est. Quòd igitur omnia quæ quæruntur medij quæstio sint, manifestum est.

Discrepatio quòd demonstratio, & definitio non eiusdem sint.

CAPVT III.

Quomodo autẽ quod quid est demonstratur, & quis modus introductiõis, & quid est definitio, & quorum, dicemus: primùm opponẽtes de ipsis. Principiũ autẽ sit futurorũ: quod quidẽ sit maximè ꝓpriũ habentis rationibus. Dubitabit autẽ aliquis, utrũ sit idẽ, & secundùm idẽ definitione scire, & demõstratione scire, aut sit impoßibile. Definitio enim ipsius quod quid est esse uidetur: quod autẽ qd est, omne uniuersale, & prædicatiuũ est: syllogismi autem sunt, alij quidem priuatiui, alij uerò nõ uniuersales: sicut in secunda figura priuatiui omnes sunt, in tertia uerò non uniuersales. Posteà neq; eorũ quæ in prima figura prædicatiuorũ omniũ est definitio: ut quoniã omnis triangulus tres duobus rectis habet æquales. Huius autem ratio est, quoniã scire demõstrabile, est demõstrationẽ habere, quare si in talibus est demõstratio, est manifestũ quòd non utiq; erit eorũ definitio. Sciet enim utiq; aliquis & secundùm definitionem, nõ habens demõstrationẽ: nihil enim prohibet nõ simul habere. Sufficit autem fides & ex inductione: nihil enim definientes aliquando cognoscemus, neq; eorũ, quæ per se sunt, neq; quæ secũdùm accidẽs. Amplius, si definitio, substantiæ quædã cognitio est: huiusmodi manifestum

manifestum est quòd non sint substantiæ: quoniam quidem igitur non est definitio omnis cuius est demonstratio, manifestum est. Quid autẽ cuius est definitio: nunquid omnis demonstratio est, aut non? una quidem iam ratio, & de hoc eadem est: unius enim inquantũ unum, est una scientia: quare si utique scire demonstrabile, est demonstrationem habere, accidit quoddã impossibile: definitionẽ enim habens, sine demõstratione scies. Amplius. Principia demõstrationum sunt definitiones, quorum non esse demonstrationes mõstratũ est prius: aut enim erũt principia demõstrabilia, & principiorũ principia, & hoc in infinitum abibit: aut primæ definitiones erũt indemõstrabiles. Sed utrum sit non omnis eiusdẽ, sed alicuius eiusdẽ sit definitio & demõstratio: an impoßibile sit: nõ enim eiusdẽ demonstratio, cuius est definitio: definitio quidẽ ipsius quid est, & substantiæ est, sed demõstrationes omnes uidẽtur supponere, & accipiẽtes quod quid est: ut mathematicæ quid unitas, & quid impar, & similiter aliæ. Amplius, Omnis demõstratio aliquid de aliquo mõstrat, ut quia est, aut non est: in definitione autẽ nihil alterũ de altero prædicatur: ut neq; quod animal de bipede, neq; hoc de animali: neque de plano figura, neq; enim est planũ figura, neq; figura planũ. Amplius, alterũ quod quid est, & quia monstrare: definitio enim quid est ostendit: sed demonstratio quia est hoc de hoc, aut non est. Alterius autem altera demonstratio est, nisi sit tanquam pars quædam totius (hoc autem dico quòd ostensum est duobus rectis equales habere de isoscele, si omnis ostensus est triangulus, pars enim hoc est: illud totum) hæc autem adinuicem non sese habent sic: & quia est, & quid est: non enim alterum est alterius pars. Manifestum itaque

quoniam

quoniam neque cuius definitio, omnis huius demonstratio: neque cuius omnis sit demonstratio, & huius omnis sit definitio, quare omnino eiusdem nullius contingit utraq; habere. Manifestum est itaq; quòd neq; definitio, & demonstratio, neq; idem erunt, neque alterum in altero: & nãque subiecta similiter se haberent. Hæc ergo usque huc addubitata sunt.

Syllogismo duplante non demonstrari quid est de eo cuius est.

CAPVT IIII.

*IPsius autẽ quid est utrũ syllogismus sit, & demõstratio aut nõ, sicut nunc ratio supposuit. Syllogismus enim aliquid de aliquo monstrat per mediũ: sed quid est, proprium quidem est, * & in eo quod quid est prædicatur: hoc autem necesse est conuerti. Si enim ipsi c, propriũ est a: manifestũ quòd & ipsi b: & hoc ipsi c, quare omnia sunt adinuicẽ: at uerò & si a in eo quod quid est omni b inest, & uniuersaliter b de omni c, in eo quod quid est dicitur, necesse est a in eo quod quid est de c dici: si uerò nõ sic accipit aliquis duplicãs, non necesse erit a in eo quod qd est prædicari de c: sed si a de b in eo quod quid est, non autẽ b de quocũq; in eo quod quid est: ipsum autẽ quid est utraque habebũt: de hoc erit utique & b de c in eo quod quid est. Si igitur quod quid est & quid erat esse utraque habent, in medio termino erit prius quod quid erat esse: & omnino si est monstrare quid est homo, si c homo, a uerò quod quid est, siue animal bipes, siue aliquid aliud: si ergo syllogizatur a de c, necesse est a de omni b prædicari: huius autem erit alia media ratio, quare & hoc erit quod quid est homo: accipit igitur quod oportet ostendere, etenim b est quod quid*

*Id est æquale, quod neque plus, neq; minus, quodq; omni, soliq; conuenit, atq; recurrit.

5

quid est hominis. Oportet autem in duabus propositionibus, & primis, & immediatis cõsiderare: maximè enim manifestum quod dicitur, fit. Per cõuersionẽ quidẽ igitur mõstrantes quid est anima, aut quid est homo, aut aliud quodlibet eorũ quæ sunt, quod est ex principio petunt: ut si quis putet animã esse eandẽ sibijpsi causam uiuendi, hoc autem numerũ eundẽ seipsum mouentem, necesse est enim petere, animã hoc esse quod numerũ esse seipsum mouentẽ sic sicut idem. Nõ enim si cõsequitur a,b, & hoc,c: erit in ipso c,a quod erat esse: sed uerum erit dicere c solum. Neq; si est a quod quid est, & de b prædicatur omni: & nanq; animalis esse, prædicatur de hominis esse: uerũ enim est de omni hominis esse, animalis esse, sicut & de omni homine, animal: sed non sic sicut unum esse. Si quidem igitur non sic accipiat, non syllogizatur quòd a sit in c, quod quid erat esse, & substãtia: si uerò sic accipiat, prius erit accipiens in c, quoniam est quod quid erat esse b: quare non demonstratum est: quod enim erat in principio accepit.

Neq; idem effici posse per diuisionem, syllogismo.

CAPVT V.

4 AT uerò neq; per diuisionem uia est syllogizare, sicut in resolutione circa figuras dictum est. Nequaquam enim necesse sit rem illã esse, cùm hæc sint, sed sicut neque inducẽs demõstrat: nõ enim oportet cõclusionẽ interrogare, neq; in cõcedendo esse, sed necesse est esse cùm sint illa: & si nõ dicat respõdens, utrũ homo animal est, aut inanimatũ? posteà accipit animal, nõ syllogizat: iterũ omne animal, aut greßibile, aut aquaticũ, accipit greßibile, & hominem esse totũ animal greßibile, nõ necesse erit ex dictis, sed

accipit & hoc. Differt autē nihil in multis, aut in paucis sic dicere: idē enim est. Nō syllogisticus qdē igitur & usus fit sic ꝓcedentibus: & de cōtingētibus syllogizari. Quid enim prohibet & hoc uerū quidē omne esse de homine, nō tamē quid est, neq; quod quid erat esse ostendens. Amplius, quid prohibet aut apponere aliquid, aut auferre, aut excellere substātias: hæc quidē igitur dimittūtur. Cōtingit autē soluere in accipiēdo in eo quod qd est omnia, & quòd est cōsequēter diuisionē facere quæsitū prius, & nihil relinquere: hoc aūt necessariū est, si omne in diuisionē cadit, et nihil relinqt, indiuiduū enim specie oportet esse. Sed syllogismus tamē nō inest, sed si quidē alio modo cognoscere facit, hoc quidē nō fuit incōueniens, neq; enim inducens fortè demōstrat, sed tamē ostēdit aliqd. Syllogismū autē nō dicit, ex diuisione eligens definitionē: sicut enim in cōclusionibus quæ sine medijs sunt, si aliquis dicat quoniā his existentibus necesse est hoc esse, cōtingit interrogare propter quid sit: sic & in diuisis terminis? ut quid est homo? animal mortale, pedes habēs, bipes, sine pennis. Propter quid scit unāquāq; appositionem, & dicet enim, & mōstrabit diuisione: sicut opinatur quòd omne animal aut mortale, aut immortale sit: huiusmodi autē oratio omnis, nō est definitio: quare quāuis diuisione mōstrauit: sed tamē definitio, nō syllogismus fit.

Non monstrari definitionem sumendo definitionem definitionis, neque definitione contrarij.

CAPVT VI.

Sed utrū sit demōstrare quod quid est, secundùm substantiā ex cōditione accipientē quod qd erat esse: quod est ex ijs, quæ sunt in eo quod quid est ꝓprijs. hæc aūt in eo S

Tota, aut pars: id est maior, aut minor: minus enim maioris pars est.

quod quid est sola, & propriũ est omne: hoc enim est esse illi. An iterũ accepit quod quid erat esse & in hoc necesse est enim per mediũ mõstrare. Amplius, sicut neq; in syllogismo accipitur quod quid est syllogizare, semp enim tota, aut pars est ꝓpositio, ex qbus est syllogismus: sic neq; qd' qd est esse, oportet esse in syllogismo, sed seorsum hoc à positis esse. Et ad dubitantẽ an syllogizatũ est, an nõ est hoc? obuiandũ, quoniã: hoc enim erat syllogismus: & adhuc quòd nec quod qd erat syllogizatũ est, quoniã utiq;: hoc enim positũ est nobis quod quid erat esse: quare necesse & sine eo quod quid est, sit Syllogismus: aut quod quid erat esse syllogizare aliquid. Et si ex cõditione mõstret, ut si malo inest diuisibile esse: in cõtrario est cõtrariũ esse, in quibuscũq; est aliqd cõtrariũ: bonũ autẽ malo cõtrariũ est, & indiuisibile diuisibili: est itaq; boni & indiuisibile esse. Etenim hic accipiens quod erat esse, mõstrat. Accipit autem ad demõstrandũ quod quid erat esse, alterũ tamẽ sit. Etenim in demõstrationibus est hoc quidem de hoc, sed non ipsum, neq; cuius est eadẽ ratio: & cõuertitur. Ad utrosque autẽ, & secundùm diuisionẽ demõstrãtem, & ad sic syllogismũ: est eadem dubitatio propter quid est homo animal greßibile bipes, sed non animal & bipes: ex acceptis enim neq; una neceßitas est unũ fieri quod prædicatur, sed utiq; sicut idem homo erit & musicus & grammaticus.

Contendit quid est non posse monstrari.

CAPVT VII.

QValiter igitur definiens demõstrabit substantiã, aut quod quid est? neq; enim sicut demõstrãs ex certis, manifestũ esse faciet, quòd necesse est cùm sint illa, alterũ aliquid esse. Demõstratio enim hoc est, neq; sicut inducens

inducens per singulari, cùm manifesta sint: quoniam omne sic est, eò quòd nihil aliter est. Nō enim quid est demōstrat, sed quoniā est, aut nō est. Quis igitur est alius modus reliquus? nō enim demōstrabit sensu, aut digito. Amplius, quomodo mōstrabit quod qd est homo? necesse est enim scientē quid est homo, aut aliud quodcunq;, scire quia est. Quod enim nō est, nullus scit quod qd est, sed qd significat: oratio qdē, aut nomen cùm dico tragelaphus: qd autē est tragelaphus, impoßibile est scire. At uerò si demōstrabit q̄d est, et quia est, & qualiter eadē ratiōe demōstrabit: definitio enim unū aliqd, & demōstratio: id aūt quod est qd est homo, & esse hominē, aliud est. Posteà per demōstrationē dicimus necessariū esse demōstrare omne quia est, nisi substātia sit: esse aūt nō substantia ulla est: nō enim est genus, quod est: dem ōstratio itaq; erit quia est, quod quidem & nūc faciūt sciētiæ: qd enim significat triāgulus, accipit geometra: quia autē est, demōstrat. Quid igitur mōstrabit definiens, qd est triāgulus? sciens itaq; aliquis definitione quid est, si est non sciet, sed impoßibile. Manifestū est & secūdùm nūc modos terminorū, quod nō mōstrāt definiētes, quia est. si enim & ex medio aliquod æquale: sed propter quid est quod definitur, & propter quid est circulus quæritur: esset enim utiq; & mōtis ænei dicere ipsum: neq; enim quia poßibile sit esse quod dicitur aßignant termini, neq; quòd illud est cuius dicunt esse definitionē: sed semper licet dicere & ꝓpter quid. Si ergo definiens mōstrabit aut quid est, aut quid significat nomen: sed non est ullo modo eius quod quid est, erit utique definitio ratio nominis, idem significans, sed non cōueniens est. Primū quidem quia & nō substantiarū esset definitio, & eorū quæ nō sunt: significare enim est, & quæ non sunt.

 Amplius,

*Amplius, omnes orationes definitiões erũt: eſſet enim utiq; nomen ponere cuilibet orationi: quare terminis utiq; diſputabimus omnes, & * ilias definitio erit. Amplius, neq; una ſcientia demõſtrat utiq; quia hoc nomen eius quod quid eſt eſſe oſtendit, neq; igitur definitiones hoc aſſignant. Ex his igitur neq; definitio & ſyllogiſmus idem uidetur eſſe, neq; eiuſdem ſyllogiſmus & definitio. adhuc autẽ quòd neq; definitio nihil demonſtrat, neq; monſtrat, neq; quod quid eſt, neq; definitione, neq; demonſtratione cognoſcere eſt.*

* Ilias hiſtoria Troię, quam ſcripſit Homerus.

Quid eſt, monſtrari per aliud quid eſt.

CAPVT VIII.

8 *ITerum autem ſpeculandũ eſt quid eorũ dicitur bene, & quid nõ bene, & quid eſt definitio: & eius quod quid eſt, nũquid quodã modo eſt demõſtratio, aut definitio, aut nullo modo. Quoniã (ſicut diximus) * idẽ eſt ſcire quod quid eſt, & ſcire cauſam ipſius ſi eſt: ratio autẽ huius eſt, quoniã eſt aliqua cauſa, & hæc, aut eadẽ, aut alia eſt: et ſi utiq; alia eſt, aut demõſtrabilis eſt, aut indemonſtrabilis. Si igitur eſt alia, et cõtingit demõſtrari: neceſſe eſt mediã cauſam eſſe, et in figura prima mõſtrari: uniuerſale enim, & prædicatiuũ eſt quod demõſtratur. Vnus quidẽ modus nũc exquiſitus eſt per aliud quod qd eſt mõſtrare: horũ enim quod qd eſt neceſſe eſt mediũ eſſe qd eſt, & ꝓpriorũ ꝓprium. Quare hoc quidẽ mõſtrabit, illud uerò nõ eorũ quod quid erat eſſe eiuſdem rei. Hic quidẽ igitur modus quòd nõ ſit demõſtratio dictũ eſt prius: ſed eſt ſyllogiſmus logicus ipſius qd eſt.*

* In fine, 2. capi. huius libri.

De quid eſt, & quod eſt.

CAPVT IX.

QVo autem modo cõtingat dicemus, iterũ dicentes ex principio. Sicut enim propter quid quærimus,

mus, habẽtes quia est: aliquãdo aũt & simul manifesta fiũt: sed neq; prius propter quid poßibile est cognoscere quàm quia: manifestũ est quod similiter & quod quid erat esse nõ sine quia est: impoßibile est enim scire quid est, ignorãtes si est. Hoc autẽ si est aliquãdo quidẽ, sed secundùm accidens habemus, aliquãdo uerò habẽtes quid ipsius rei: ut tonitruũ, quoniã sonus quidã est nebularũ: & defectũ, quoniã priuatio quædã luminis: & hominẽ, quoniã animal quoddã est: & animã, idem seipsum mouens. Sed quæcunq; quidem secũdum accidẽs scimus quia sunt, necesse est illa nullo modo se habere ad qd est: neq; enim quia sunt, scimus: quærere autẽ quid est, nõ habẽtes quia est, nihil quærere est: secundùm quæcunq; autẽ habemus, quid facile est: quare quẽadmodũ habemus quia est, sic habemus & ad qd est. Quorũ igitur habemus aliquid, quod quid est: primũ quidẽ sit defectus, in quo a: luna in quo c: oppositio terræ in quo b: utrũ quidẽ deficit, an non: b quærere est, nũquid est, aut nõ. Hoc autẽ nihil differt quærere, quàm si est ratio ipsius: & si sit hoc, & illud dicimus esse: aut utrius cõtradictiõis est ratio: utrũ habẽdi duos rectos, aut nõ habendi? Cùm autẽ inueniamus simul ipsum quia, & ꝓpter quid scimus, si per media sit: si uerò non, quia scimus, ꝓpter quid autẽ nõ. Si ergo luna c, defectus a, lunã plenã, umbrã non posse facere, nullo nostrũm in medio existẽte manifesto, in quo b: si ergo in c est b, quod est nõ posse facere umbrã, cùm nullus nostrûm in medio sit, in hoc quidẽ a, quod est deficere, quia deficit manifestũ est, sed ꝓpter quid, nondũ: sed quia defectus quidem est scimus: quid autẽ est, nescimus. Cùm autẽ manifestũ est quia a in c sit, sed propter quid est? quærere b quidẽ est, utrùm obiectio, aut conuersio lunæ, aut extinctio luminis:

Crediderunt nõnulli, lunam medietatẽ vnã habere opacã, & alteram lucidam: cùm autem pars opaca ad nos conuerteretur, aiebãt esse deliquiũ.

hoc autẽ ratio alterius termini: ut in his, ipsius a: est enim defectus, obiectio terræ. Quid autẽ est tonitruus? ignis extinctio in nube. Propter quid tonat? ꝑpter extingui ignem in nube. Sit nubes c, tonitruũ a, extinctio ignis b: in c igitur nube est, b extinguitur enim in ipsa ignis: huic autẽ inest a, & est ratio b, ipsius a primi termini: si autẽ iterũ huius aliud mediũ sit, ex reliquis erit rationibus. Vt igitur accipitur q̃d est, & sit notũ, dictũ est. Quare syllogismus quidẽ ipsius quod quid est nõ fit, neq; demonstratio, manifestũ tamẽ est per syllogismũ & demõstrationẽ: quare neq; sine demonstratione est cognoscere quid est, cuius est causa alia: neque est demõstratio ipsius, sicut & in dubitationibus diximus.

De definitione quid est, & propter quid.

CAPVT X.

Est autẽ quorundã quædã causa altera, quorũdam autẽ nõ est, quare manifestũ quoniã eorũ quæ sunt quid est, alia quidẽ sine medio, ut principia sunt: quæ quia sunt, & quæ quid sunt, supponere oportet, aut alio modo facere manifesta: quod quidẽ arithmeticus facit. Et nanq; quid est, unitas supponit, & quia est: sed habentiũ mediũ, & quorũ est quædã altera causa substãtiæ, & ipsius esse: est per demonstrationẽ (sicut diximus) ostendere, non demõstrare.*

* Hic in multis exẽplaribus Latinis habentũr multa verba, quæ quoniam in Græco non sunt, à doctis reiecta sunt.

Definitio autẽ quoniã quidẽ, ratio ipsius quod quid est, manifestũ est quoniã aliqua erit ratio ipsius quod quidẽ significat nomẽ, aut ratio altera, nomina ponens: ut quid significat quod quid est, secundùm quòd triangulus est, quod quidẽ habentes quia est, quærimus ꝑpter quid est: difficile autẽ sic est accipere quæ nescimus quia sunt: causa autẽ dicta est prius difficultatis: quia neq; si est, neq; si nõ est scimus: sed aut hoc secũdùm accidens. Oratio autẽ una est

10

duplic i

dupliciter, hæc quidẽ cõiunctione, ut Ilias.: alia uerò unũ de uno ostendẽs nõ secũdùm accidẽs: una quidẽ igitur terminus est termini, quæ dicta est. Alius uerò terminus est oratio demõstrans ꝑpter quid est: quare prior significat quidem, demõstrat autẽ non. Quæ uerò posterior est, manifestũ est quoniã erit ut demõstratio eius quod quid est, positione differens à demõstratione. Differt enim dicere propter quid tonat, & quid est tonitruus dicet enim sic quidẽ, propter id quod extinguitur ignis in nubibus. qd est tonitruus? sonus extinctionis ignis in nube. Quare eadẽ oratio alio modo, & alio dicitur: & sic quidẽ demõstratio cõtinua, sic autẽ definitio. Amplius est terminus tonitrui, sonus in nubibus: hæc autem est quæ est ipsius quid est, demõstrationis conclusio: quæ autẽ est immediatorum definitio, positio est ipsius quid est, & indemonstrabilis: est ergo definitio una quidẽ oratio eius quod quid est, indemonstrabilis, una uerò syllogismus ipsius quid est: casu differens à demõstratione: tertia uerò est quæ est ipsius quid est, demõstrationis conclusio. Manifestũ igitur ex dictis est, & qualiter est ipsius quod quid est demõstratio, & quomodo nõ est: & quorũ est, & quorũ nõ est. Amplius aũt definitio quot modis dicitur, & qualiter quod quid est monstrat, & quomodo non, & quorũ est, &, quorum non: adhuc autem & ad demonstrationem quomodo se habet, & quomodo cõtingit eiusdem esse, & qualiter non contingit.

Per quodlibet genus causæ demõstrari posse.

CAPVT XI.

QVoniam autẽ scire opinamur cùm sciamus causam: causæ autem quatuor sunt: una quidem quod quid erat esse, una uerò cùm hoc sit, necesse est hoc 11

esse.altera autē quæ aliquid primò mouit,quarta uerò cuius gratia,omnes hæ per medium monstrant.Et hoc enim quod cùm sit hoc,necesse est esse,una quidē accepta ꝑpositione non est,duabus autē ad minus:hoc autē est,cùm unū mediū habeant: hoc ergo uno accepto,cōclusionē necesse est esse. Manifestū est autē & sic,propter quid est rectus in semicirculo? aut quo existente,rectus est?sit ergo rectus in quo a,media duorum rectorū in quo b,qui est in semicirculo in quo c: ipsius a igitur rectū esse in c,qui est in semicirculo. caussa est b,hoc enim ipsi a æquale est:qui uerò est c,ipsi b. duorum enim rectorū dimidiū est:existente igitur dimidio duorū rectorū,a in c est:hoc autē erat in semicirculo rectū esse.Hoc autē idē est ei,quod quid erat esse:cùm hoc significaret oratiōe:at uerò & ipsius quod quid erat esse,caussa monstrata est media.Hoc autē propter quid Medorū bellū factū est Atheniensibus?quæ caussa est præliari Athenienses? quoniam in Sardes cum Erethrijs cōmiserunt:propter hoc enim motū est.Primū sit bellū in quo a, priores committentes in alios b,Athenienses c: est igitur b in c, prius enim est cōmittere Atheniēsibus: a autē in b,debellauerūt enim prius iniustos,est itaq; in b a,debellari prius incipientes. b autē in c,siue in Atheniensibus,priores enim incceperunt:mediū itaq; hîc caussa primùm mouēs. Quoruncūq; uerò caussa est cuius gratia:ut propter quid ambulat?ut sanus fiat.propter quid domus est? ut saluētur uasa,Hoc quidem gratia huius quod est sanari, illud uerò gratia huius quod est saluari:& propter quid oportet post cœnā ambulare:et cuius gratia oportet,nihil differt.Sit ambulare post cœnam,in quo c: nō eminere cibos,in quo b:sanari in quo a: sit igitur in eo quod est post cœnā ambulat,esse facere

non

non supereminere cibos iuxta os uentris, & hoc esse sanũ: uidetur enim inesse ipsi ambulare quod est c, b nõ eminere cibos: in b autẽ a, hoc quod est sanatiuũ: quæ igitur caussa est, in c quòd a sit, quod est gratia cuius? b nõ eminere: hoc autẽ est sicut illius ratio. a enim sic reddetur, ꝓpter quid b inest c? quoniam hoc est sanari, hoc sic habere. Oportet *autẽ cõmutare rationes, & sic singula magis apparebunt.* Generationes *autem econtrario hîc & in causis secundùm motũ: ibi enim mediũ oportet primùm fieri: hîc autẽ ipsum c extremũ, ultimũ autẽ gratia cuius.* Contingit *autem* 12 *idem & gratia cuius esse & ex necessitate: ut per lucernæ pellem lumẽ egredi, etenim ex necessitate disgreditur, quòd in parua est partibilius: & per maiores poros, si quidẽ lumen fit disgrediendo: & gratia cuius, ut non offendamus. nónne igitur si esse cõtingit, & fieri, cõtingit? sicut si tonat extincto igne, necesse est sizire, & sonare: & (quẽadmodũ* σίζειν, est sonare, vt cùm in aqua cãdẽs ferrum extinguitur. *Pythagorici dicũt) minarũ caussa ijs qui sunt in tartaro, quatenus timeãt. Plurima autẽ huiusmodi sunt, & maximè in ijs quæ natura subsistũt: & in cõstantibus hæc quidem propter hoc natura facit: illa uerò ex necessitate.* Necessitas *autẽ est duplex: hæc quidẽ secundùm naturã, & aptitudinem: hæc uerò uiolenta, & cõtra aptitudinẽ: sicut lapis ex necessitate & sursum, & deorsum fertur, sed non ꝓpter eandẽ necessitatem.* Sed *in ijs quæ sunt ab intelligentia, alia quidẽ nequaquam sunt ab eo quod per se frustra est, ut domus aut effigies: neq; ex necessitate sunt: sed ꝓpter hoc.* Alia *uerò à fortuna sunt, ut sanitas, & salus, maximè in quibuscunq; cõtingit, & sic & aliter: cũ non à fortuna generatio sit.* Quare *finis bonus alicuius gratia fit, aut natura, aut arte: à fortuna autẽ nihil ꝓpter aliquid fit.* Eadem

autem caussa est & in ijs quæ fiunt, & in factis, & futuris, quæ uerè est ijs quæ sunt: mediũ enim caussa est, uerũtamen in ijs quæ sunt, & quæ est: in ijs autẽ quæ fiũt, quæ fit, factis autẽ facta, & futuris futura. Vt propter quid factus est defectus: propter id quòd in medio facta est terra: fit enim propter id quod fit: erit autẽ & propter id quod erit in medio: & est autẽ propter id quod est. Vt quid est crystallus: accipiatur quoniã aqua cõgelata est. Aqua in quo c, congelata in quo a, caussa media in quo b: defectus caloris penitus, est igitur in c quidem, b: in hoc autem congelatum esse, quod est in quo est a: fit autem crystallus, cùm fiat b. factus est autẽ, facto: erit autem futuro b. Sicquidẽ igitur caussa, & cuius caussa est, simul fit cùm fit, & est, cùm est: & in eo quod factum est, & in futuro eodem modo.

De fieri, & facto esse.

CAPVT XII.

13 *IN ijs autẽ quæ nõ simul sunt, numquid sunt in cõtinuo tempore? sicut uidetur nobis alia eorũ caussa esse: ut facti esse altera facta, & futuri futura: et eius quod fit: si aliquid anteà factũ est. Est igitur à posterius facto, syllogismus: principiũ autẽ, & horũ quæ facta sunt, unde & in ijs quæ fiunt similiter: à priori autẽ nõ est, ut quoniã hoc factum est: quòd hoc posterius factũ est: & in futuro similiter est: neq; enim infinito aut finito erit tẽpore: quare quoniam hoc uerũ est dicere factũ esse, hoc uerũ est dicere factum esse posterius. In medio autẽ falsum esset dicere, hoc iam altero facto: eadẽ autem ratio est & in futuro. Neque quoniã hoc factũ est, hoc erit: mediũ enim simul genitum oportet esse, factorum factũ, futurorũ futurũ, cum ijs quæ fiunt, fieri: cum ijs quæ sunt, esse: sed futurum esse, & esse,*

non

non cõtingit simul esse genitũ. Amplius,neq; infinitum cõtingit esse tẽpus mediũ,neq; finitũ: falsum enim erit dicere in medio.Speculandũ ergo quid est cõtinens?ut post id quod factũ est,sit fieri in rebus?an manifestũ est quòd non continuũ cũ facto esse,quod fit?neq; factũ cum post facto esse? termini enim sunt atomi: sicut igitur neq; sunt pũcta adinuicem copulata,neq; quæ facta sunt: utraq; enim indiuisibilia sunt. Neq; igitur quod fit cũ eo quod factum est, propter idem: quod enim fit, diuisibile est: quod autem factum est, indiuisibile est. Sicut igitur linea ad punctũ se habet: sic quod fit, ad quod factũ est: sunt enim infinita facta in eo quod fit. manifestũ autẽ magis est in uniuersalibus: de motu oportet dicere de his. De eo igitur quomodo cum eo quod cõsequẽter fit generatione se habeat media caussa, intantũ acceptũ sit: necesse enim & in his mediũ, & primam immediata esse: ut a factũ, quoniã c factũ est: posterius autem c factũ, a autem prius: principium igitur est c, propter id quod proximũ est ipsi nũc, quod est principium tẽporis: sed c factum est, si d factũ est: cùm igitur d factũ est, necesse est & a factũ esse: caussa autẽ est c, d enim facto, necesse est c factũ esse: c autẽ facto, necesse est a prius fuisse. Si autẽ accipiens aliquod mediũ, stabit alicui immediatum: an semper extrà cadet propter infinitũ? nõ enim continuum factum cum facto, quemadmodum dictum est: sed incipere tamen est necesse à medio, & ab ipso nũc primo. Similiter autem est & in eo quod erit: si enim uerum est dicere quoniam erit d, necesse est prius uerum dicere quoniam a erit: huius autem caussa est c, siquidem enim d erit, prius c erit: si uerò c erit, prius a erit. Similiter aũt & infinita est decisio & in his: non enim erunt quæ erũt continua

tinua adinuicem: principium autẽ & in his sine medio accipiendum est. Habent autem sic se in operibus, si facta est domus, necesse est decisos esse lapides, & factum esse hoc propter quid est: quoniam necesse est fundamentũ factum esse, si quidem & domus facta est: si uerò fundamentum est, prius lapides esse factos necesse est: iterum si erit domus, similiter prius erunt parietes (demonstratur autẽ per medium similiter) erit enim fundamentum prius.

In ijs quæ circulo gignuntur, demonstrationem esse circularem.

CAPVT XIII.

15 *QVoniam autẽ uidemus in ijs quæ fiunt, circulo quãdam generationẽ esse, & cõtingit hoc esse: si quidẽ consequantur adinuicẽ mediũ & termini: in* * C.5.4.prior. *his enim cõuerti est: ostẽsum * autẽ est hoc in primis quòd conuertuntur cõclusiones: circulo autẽ hoc est. In operibus autem uidetur sic: depluta terra, necesse est uaporem fieri: hoc autem facto, nubem, hac autem facta, aquam, hac uerò facta, necesse est terrã deplutã esse. Hoc autẽ erat ex principio, quare circulo circuiuit: cũ enim unũ horũ quodlibet est, alterũ est: & cum illud, alterum: & cum hoc, primum.*
16 *Sunt autem quædã quæ fiunt uniuersaliter: semper enim & in omni aut sic se habent, aut fiunt: alia uero quidẽ semper non, sed sicut frequenter sunt: ut nõ omnis homo masculus habet barbam, sed est sicut frequenter. Taliũ igitur necesse est & mediũ sicut frequenter esse. Si enim a de b prædicatur uniuersaliter, & hoc de c uniuersaliter necesse est, & a de c semper, & de omni prædicari: hoc enim est uniuersaliter, & de omni, & semper: sed suppositum est sicut frequẽter esse: necesse est ergo mediũ sicut frequenter esse*

quod

quod est in quo b: erũt ergo & eorum principia frequenter sine medio, quæcunq; in plurimum sic sunt, aut fiunt.

Quo pacto definitio vestiganda sit.

CAPVT XIIII.

QVomodo quidem sit quod quid est in terminis aßignandum, & qualiter demõstratio, aut definitio sit ipsius, aut non, dictũ est prius. Quomodo 11 *autem oportet uenari in eo quod quid est prædicantia, nũc dicemus. Eorum igitur, quæ insunt semper unicuiq;, quædã se extendũt in plus, non tamẽ extra genus: dico autẽ in plus esse, quæcunq; insunt quidem unicuiq; uniuersaliter, at uerò & alij: ut est aliquid quod omni trinitati inest, sed & non trinitati: sicut quod est, inest trinitati, sed & non numero: sed impar inest omni trinitati, & in plus est, & nanq; ipsi quinario inest, sed non extra genus: quinarius qdẽ numerus est: nullũ autem extra numerũ, impar est. Huiusmodi igitur accipienda sunt usq; ad hoc, quousque tot accipiantur primum, quorũ unũquodq; in plus sit: omnia autẽ non in plus: hanc enim necesse est substantiam rei esse. Vt trinitati inest omni, numerus impar, primus utrobiq;: & sicut quod est nõ mensurari numero, & sicut nõ cõponi ex numeris. Hoc itaq; iam trinitas, est numerus impar primus: & sic primus. Horũ enim unũquodq; illa qdẽ imparibus omnibus insunt, ultimũ autẽ & dualitati: omnia autẽ nulli. Quoniam autem ostensum à nobis in superioribus, quòd necessaria quidem sunt in eo quod quid est prædicãtia: uniuersalia autem necessaria sunt: trinitati autem, & cuilibet alij sic accipiũtur in eo quod quid est accepta, sic ex neceßitate quidẽ erit trinitas hæc. Quod autem substantia sit, ex his manifestũ est: necesse est enim nisi hoc sit trinitatis esse, ut genus aliquod*

esse: hoc aut nominatum est, aut nō nominatum: erit igitur
in plus quàm trinitati inexistens. concessum enim huiusmo-
di sit esse genus, ut quod insit quidem secundùm potētiam
in plus: si igitur nulli inest alij quàm atomis trinitatibus,
hoc utiq; erit trinitatis esse: supponatur enim hoc substātia
uniuscuiusque esse, quæ in atomis ultimum prædicatum:
quare similiter & alij cuilibet, sic demonstratorū quidem,
18 *illi esse erit. Congruum autem est cùm totum aliquod*
negocietur aliquis, departiri genus in atoma specie prima:
ut numerum in trinitatem, & dualitatem: posteà sic illo-
rum definitiones accipere tētare, ut rectæ lineæ, & circuli,
& recti anguli. Post hæc autem accipientem quod genus
sit, ut utrum quantitatū, aut qualitatum, proprias passiones
speculari per cōmunia prima: compositis enim ex atomis
conuenientia, ex definitionibus erunt manifesta, propterea
quòd principium est omnium definitio, & quod simplex
est: & simplicibus per se inesse conuenientia solis, alijs
19 *autem secūdùm illa. Sed diuisiones quæ sunt secundùm*
differentias, utiles sunt ad hoc sic adeūdum: ut tamen mon-
strant, dictum est prius. Vtiles autem erunt sic utiq; solum
ad colligendum quod quid est: & uidebitur utiq; nihil
monstrare, sed mox decipere omnia, tanquam si ex princi-
pio acceperit aliquis sine diuisione. Differt autem aliquid
primum & posterius prædicamētorū prædicari: ut est di-
cere animal mansuetum, bipes: uel bipes animal mā suetum:
si enim omne ex duobus est, & unū quid sit animal man-
suetum, iterum ex hoc & differentia, homo aut quodlibet
unum sit, necesse est diuidentem petere. Amplius, nihil re-
linquendum in eo quod quid est, sic solummodo contingit:
cùm enim primùm accipiatur genus, si quidem alicuius in-
feriorum

speriorum aliquam diuisionum accipiat, non incidet omne in
hoc: ut non omne animal, aut totum pennatum est, aut di-
uisum pennis: sed pennatum, animal omne. Huius enim
differentia hæc est. Prima autem differētia est animalis, in
quam omne animal incidit. Similiter autem & in unoquo-
que aliorum, & in ijs que extra genera, & quæ sub ipsis
sunt: ut in aue, in qua est omnis auis: & in pisce, in quo
omnis est piscis. Sic igitur uadēti promptum est scire quo-
niam nihil relictum est: aliter autem, relinquere necesse
est, & non scire. Nihil autem oportet definientem & diui- 20
dentem omnia scire quæ sunt: & tamen impoßibile dicunt
esse quidam, differentias cognoscere, quæ sunt ad unūquod-
que non cognoscentem unūquodque: sine autem differētijs
non esse ununquodque scire: à quo enim non differt, idem
esse huic: à quo autē differt, alterum ab hoc. Primùm qui-
dem hoc falsum est: non enim secundùm omnem differen-
tiam, alterum est: multæ enim sunt differentiæ in eisdē spe-
cie, sed non secundùm substantiam, neque per se. Postea
cùm accipiantur opposita, & differentia, & quòd omne
incidit hinc aut inde, & accipiat in altero quòd quæritur
esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut non scire de
quibuscunque prædicantur alijs differentiæ. Manifestum
enim est, quòd si sic uadens ueniat in hæc, quorum non est
amplius differentia, habebit rationem substantiæ: omne
autem incidere in diuisionem, si sint opposita quibus nihil
interest, non est petitio: necesse est enim omne in altero
ipsorum esse, si quidem illius differentia est. Ad proban- 21
dum autem terminum per diuisiones, tria oportet conie-
cturare: ut accipiātur prædicata in eo quòd quid est, et hæc
ordinatè quid primum est, aut secūdùm: & quoniam hæc
omnia

omnia ſint.Eſt autẽ unũ horum & primũ per id quod poſſumus ſicut ad accidẽs ſyllogizare,quoniã eſt & per genus probare.Ordinare autẽ ſicut oportet,erit: ſi primũ accipiat:hoc autem erit ſi accipiatur quod omnibus ſequitur, illi autẽ non omnia:neceſſe eſt enim aliquod eſſe huiuſmodi:accepto autem hoc,iam idem inferioribus modus:ſecundùm enim,aliorum primum erit,& tertiũ continuorũ: remoto enim quod eſt ſurſum,cõtinuum aliorũ primũ erit: ſimiliter autẽ & in alijs.Quòd autẽ omnia hæc ſint,manifeſtum ex hoc quod recipimus:primùm quidẽ ſecũdùm diuiſionem,quoniã omne aut hoc,aut illud eſt:eſt autem hoc, & iterũ huius totius differentiã:extremi autẽ non amplius eſſe differentiam,uel etiam ſtatim cum ultima differentia à toto non differre ſpecie.Hoc manifeſtũ enim eſt,quoniam neq; plus hoc opponitur. Omnia enim in eo quod quid eſt accipiũtur horũ,neq; deficit nihil:aut enim genus,aut differentia utiq; erit:genus quidem igitur eſt primum,& cum differẽtijs hoc acceptũ eſt:differẽtiæ autẽ omnes habẽtur, nõ enim amplius eſt poſterior.ſpecie enim utiq; differret, & ultimũ:hoc autẽ dictũ eſt nõ differre.

22 *Quærere autẽ oportet intendentẽ in ſimilia,& indifferẽtia,primum quid omnia idẽ habeãt:poſtea iterũ in altera,quæ in eodẽ quidẽ genere ſunt cũ illis:ſunt autẽ ipſis quidẽ idẽ ſpecie,ab illis autẽ altera:cùm autẽ in his accipiatur quid omnimo idem, & in alijs ſimiliter:in acceptis iterũ intendendũ eſt ſi idem ſit,quouſq; in unam cõueniant rationẽ : hæc enim erit definitio.Si uerò nõ uadit in unã,ſed in duas,aut plures : manifeſtum eſt quòd utiq; nõ eſt unũ aliquod quod prædicatur, ſed plura. Vt dico,ſi quid eſt magnanimitas quærimus : intendendum eſt in quoſdam magnanimos,quos ſcimus quid habeant*

De Alcibiade vide Iuſti.li. 5. de Achille Ho

habeant unum omnes inquantũ sunt huiusmodi. Vt si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Aiax: quid unũ omnes habent? non tolerare iniuriati. Hic enim dimicauit, ille insaniuit, hic autem interfecit seipsum. Iterum idem est in alteris, ut Lysandro, & Socrate, si iam indiffere͂tes esse, & fortunati, & infortunati, hæc duo accipiens intendas quid idem habent, aut impaßibilitas quæ est circa fortunas, aut non tolerantia cùm iniuriantur: si uerò nullum sit cõmune, duæ species erunt utique magnanimitatis. Semper enim est omnis definitio uniuersalis: nõ enim in quodã oculo dicit sanabile medicus, sed aut in omni, aut in specie determinãs.

mer. li. 1. de Aiace Oui. li. 13. Metamor. de Lysandro Iusti. lib. 1. de Socrate, Laërtiũ, & Plato. Phædone, & Menexeuo.

Species facilius, quàm genera finiri.

CAPVT XV.

Facile autem est magis singulare definire, quàm uniuersale: unde oportet à singularibus in uniuersalia asce͂dere. Et nanq; æquiuocatiões magis late͂t in uniuersalibus, quàm in indifferentibus. Sicut autem in demõstrationibus oportet syllogizari inesse, sic & in terminis clarum: hoc aute͂ erit, si per ea quæ secũdùm unũquodq; dicũtur, sit in unoquoq; genere definiri separatim: ut simile non omne, sed in coloribus & figuris: & acutũ, quod est in uoce: & sic in cõmune erit ire, timente͂ ne æquiuocatio cõtingat. Si autem non oportet disputare in metaphoris, manifestũ est neq; definire metaphoris, neq; quæcunq; dicũtur in metaphoris: disputare enim erit necesse in methaphoris.

Anatomen, & analogiam terminãdis problematis momentum habere.

CAPVT XVI.

Vt habeamus proposita, eligere oportet decisiones, & diuisiones: sic aute͂ eligere secundùm subiectum

genus cõmune omniũ. Vt si animalia sint quæ cõsiderantur, qualia omni animali insunt: acceptis autẽ his, reliquorum primo qualia omni sequãtur: ut si hoc est auis, qualia omni sequantur auẽ, & sic semper illi proxima. manifestũ enim est quoniam habebimus iam dicere propter quid insunt sequentia ijs quæ sunt sub cõmuni: ut ꝑpter quid homini, aut equo insunt. Sit autem animal in quo a, b autem sequentia omni animali: in quibus autẽ sunt c, d, e, sicut quædam animalia: manifestũ igitur est propter quid est b in d, propter a enim: similiter autem & in alijs, & semper in alijs eadẽ est ratio. Nũc quidem secũdùm ea quæ aßignãtur cõmunia nomina, dicimus.
23 Oportet autẽ nõ solùm in his cõsiderare, sed & si aliud aliquid uidetur cõmune existens accipientẽ: postea quibus hoc inhæreat, & qualia huic sequantur: ut cornua habentibus habere uentres, & nõ utrobique dentes esse: item habere cornua quibus sequitur: manifestum enim propter quid in illis est quod dicitur, propter id enim quòd cornua habẽt, inest. Amplius, alius modus est secũdùm analogũ eligere: unũ enim accipere non est idem, quod oportet uocare scipsum, & spinam, & os: sunt autẽ quæ sequũtur
24 & his: tanquam natura una huiusmodi existẽte. Eadem autẽ proposita sunt, quæ quidẽ idem mediũ habent, ut quoniam omnia cõtrarij status: horũ autẽ quædã genere eadem sunt, quæcunq; habent differentias, ex quo aliorũ aut aliter sunt: ut propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris: omnia enim hæc quidem unũ propositum sunt genere: omnia enim repercußio sunt, sed specie altera. Alia autem ex eo quòd mediũ quidem subalternũ mediũ est, differunt propositorum: ut propter quid Nilus finiente mense magis fluit? propter id quòd hybernior est finiens

finiens mensis. propter quid autem hybernior est finiens mensis? propter id quòd luna deficit, hæc enim sic se habent adinuicem.

De causis, & effectis: & an vnius plures sint causæ.

CAPVT XVII.

DE caussa autē, & cuius caussa est dubitabit aliquis: nunquid cùm caussatum est, & caussa est: ut si folia fluūt, aut deficit luna: & caussa deficiendi, uel folia cadendi erit: ut si huius est, lata habere folia: deficiendi autē, terram in medio esse. Si enim nō, aliqua alia erit caussa ipsorū: si uerò caussa sit, & caussatū simul: ut si in medio est terra, deficit, aut si latū est foliū, folia fluunt: si autē sic est, simul utiq; erūt, & demōstrabuntur per inuicem. Sit enim foliū fluere in quo a, latū autē foliū in quo b, uitis uerò in quo c: si igitur in b est a, omne enim latū foliū habens folio fluit: c autem inest b, omnis enim uitis habet lata folia: & a in c est, omnis uitis folio fluit: caussa est b mediū. Sed & quoniā latis folijs uitis sit, est propter id quod folio fluit, demonstrare. sit enim d latum quidē folium, e autem folio fluere, uitis uerò in quo f, in f igitur est e, etenim folio fluit omnis uitis: in e autē d est: omne enim fluens folio, latū est folium habens: omnis itaq; uitis latū est foliū habens: causa autem est folio fluere. Si autem non contingit causas esse adinuicem, causa enim prius est eo cuius est causa. & deficiendi quidem est causa, terram esse in medio: eius autē quod est in medio terrā esse, non est causa deficere. Si igitur per causam demonstratio est, propter quid est: si uerò non per causam ipsius, quia: quoniā quidē terra in medio est cognouit, propter quid autē non. Quòd autē nō, deficere causa sit in me-

Quare arborū aliæ citius, aliæ serius folio fluant, lege Theophr. lib. 1. de stirp. & plāris.

dio esse, sed hoc, deficiẽdi manifestũ est: in ratione enim deficiendi, inest quod est in medio: quare manifestũ est quòd per hoc, illud cognoscetur: sed nõ hoc, per illud. An contingit unius plures esse caussas? & nanq; si est idẽ de pluribus primis prædicari primo: sit a in b primo existẽs, & in c alio primo, & hoc sit in d, hoc uerò sit in e, erit itaq; a in d, & in e: causa autẽ quòd a sit in d quidẽ, b: in e autẽ, c: quare cùm causa sit, necesse est rem omnẽ esse: sed res cùm sit, non necesse est esse omne quodcũq; sit causa: sed causam quidem necesse est esse: nõ tamen omnem. An si semper uniuersale propositũ, & causa totum quiddã est, & cuius est causa uniuersale? ut folio fluere in toto quodã determinatum est: & si species ipsius sint: uniuersaliter igitur aut plantis, aut huiusmodi plãtis: quare et mediũ æquale oportet esse in his & cuius est causa, & cõuerti: ut ꝓpter quid arbores folio fluunt: si ergo propter densitatẽ humidi, siue folio fluit arbor, oportet esse densitatẽ: siue densitas est nõ in qualibet, sed in arbore: est folio fluere. Vtrum autem contingat non eandẽ esse caussam eiusdẽ in omnibus, sed alteram, an non? an si quidẽ per se demõstretur, aut non secundùm signũ aut accidens? non potest esse. ratio enim extremi, mediũ: si uerò non sic, contingit: est autem & cuius causa & cui, considerare secundùm accidens, nõ tamen uidentur proposita esse. Si autẽ non, similiter se habebit medium: si quidẽ sunt æquiuoca, æquiuocũ mediũ est: si uerò sicut in genere, similiter se habebit: ut propter quid cõmutabiliter, analogũ: alia enim est causa in numeris, & in lineis, & eadẽ quidẽ inquantũ lineæ, alia: inquantũ autẽ habens augmentũ huiusmodi, eadẽ: sic in omnibus. Similẽ autẽ esse colorẽ colori, & figurã figuræ, aliam esse causam alij:

æquiuo

æquiuocum enim est simile in his: hic quidem est fortaßis secundùm analogiam habere latera & æquales angulos, in coloribus autẽ unũ sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi: quæ autẽ secundùm analogiam sunt eadẽ, & mediũ habent secundùm analogiam. Habet autẽ *sic cõsequi causa ad inuicem, & cuius est causa, & cui est causa: unũquodque quidem accipienti, & cuius est causa in plus est: ut quatuor æquales qui sunt extrà, in plus sunt quàm triangulus, aut quadrangulus, in omnibus autem ut in æqualibus est: quæcunq; enim, quatuor æquales qui sunt extrà: & mediũ similiter est. Est autẽ mediũ ratio primi extremi, ex quo omnes scientiæ per definitionẽ fiũt: ut folio fluere similiter sequitur uiti, & excellit: & ficui, & excellit, sed non omnia, sed æqualia sunt: si uerò accipias primum mediũ, ratio fluendi folijs est: erit enim primùm quidẽ in altera mediũ, quoniã huiusmodi sunt omnia: deinde huius mediũ, quoniam succus densatur, aut quiddã aliud huiusmodi. Quid autem est folio fluere? dẽsari in cõtractu seminis succũ.* In *figuris autẽ sic aßignabit quærentibus cõsecutionẽ causæ, & cuius est causa: sit a quidẽ in b omni. b autẽ in unoquoq; eorũ, quæ sunt d, in plus autẽ: b igitur uniuersale utiq; ipsis inerit d: hoc autẽ dico uniuersale, quod nõ cõuertitur: primũ autẽ uniuersale, cui unũquodq; quidẽ non cõuertitur, omnia autẽ conuertuntur, & nõ excedunt: ipsis d igitur causa ipsius a, est b. oportet itaq; a in plus quàm b extendi: si uerò non, quid magis causa erit hoc illius?* Si *igitur in omnibus e est a, erũt aliquid illa unũ omnia aliud quàm b: si enim non, quomodo erit dicere quoniã in quo est e, sit a, omni? in quo autem a, non omni sit e? propter quid enim non erit causa aliqua ut a sit in omnibus d? sed nũquid & quæ sunt e, erũt aliquod*

Felis vacuitas longæuitatis causa. vide Aristotel. in princ. lib. 4. de parti. animal.

unum? considerare oportet hoc, & sic c: contingit igitur eiusdem plures causas esse, sed nõ eisdẽ specie: ut longæ uitæ quadrupedia, nõ habere cholerã causa est: uolatilia autem, sicca esse, aut altera aliqua: si autẽ in atomũ non statim ueniunt, & non solùm unũ mediũ, sed plura, & causæ plures sunt. Vtrùm autem causa mediorũ, quod ad uniuersale primum est, aut quod ad singulare singularibus? Manifestũ igitur est ea esse, quæ ꝑxima unicuiq; cui causa est: primũ enim sub uniuersali esse, hæc est causa: ut in d, sit quod est a, causa est c: in d quidẽ igitur esse a, causa est c, in c autem

26 *b: in hoc autẽ, eadẽ est. De syllogismo igitur, & de demõstratione quidq; unũquodq; est, & quomodo fit: manifestũ est: simul autẽ & de sciẽtia demõstratiua, idem enim est.*

Quomodo principia cognoscantur, & quis principiorum sit habitus.

CAPVT XVIII.

27 *DE principijs autem qualiter fiũt cognita, & quis est cognoscens habitus: hinc est manifestum, dubitantibus primùm. Quòd quidem igitur non contingit scire per demonstrationem, non cognoscentem prima principia immediata, dictũ est prius: immediatorũ autẽ cognitionem utrum eadem est, an non eadem, dubitabit utique aliquis.*

Et utrũ scientia in utroq; est, an non: an huius quidem scientia, illius autem alterũ aliquod genus sit. Et utrùm cùm non insint habitus, fiant: an cùm insint, lateant. Si quidem igitur habemus ipsos, inconueniens est. contingit enim certiores habere cognitiones demonstratione, & latere: si autem accipiamus non habentes prius: qualiter utique cognoscamus. & addiscamus ex nõ præexistenti cognitione? impoßibile enim est, sicut in demonstratione diximus. Manifestum

nifestum igitur est quoniam neq; habere poßibile est, neq; ignorantibus, & neq; non habentibus habitũ fieri. Necesse est itaq; habere quandã quidem potentiam: non huiusmodi autem habere, quæ est his honorabilior secundùm certitudinem. Videtur autem hæc omnibus inesse animalibus: habent enim connaturalem potentiam iudicatiuam, quam uocant sensum. Cùm insit autem sensus, in ijs quidem animalium fit mansio sensibilis, in alijs autem non fit: in quibuscunq; igitur non fit, aut omnino, aut circa quæ nõ fit: nec est in his cognitio extra quod sentiunt: in quibus autem inest sentientibus, habere unum quiddam in anima: multis quidem factis huiusmodi, iam differentia quædam fit, ut in his quandam fit fieri rationem ex talium memoria: in alijs uerò non. Ex sensu igitur fit memoria sicut diximus. ex memoria autem multoties eiusdem facta, experimentum. Multæ enim memoriæ numero, experimentum est unum: ex experimento aut ex omni quiescente uniuersale in anima: uno præter multa (quod cùm in omnibus unum sit illud idem) artis principium, & scientiæ: siquidem igitur circa generationem, artis est: si uerò circa ens, scientiæ. Neq; igitur insunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiũt notioribus, sed à sensu. Vt in pugna euersione facta, uno stante, alter stetit, posteà alter, quousque in principiũ ueniant: anima autem huiusmodi, cùm sit qualis poßit pati hoc stante. Quod autem dictum est antè, sed nõ clarè dictum est, iterũ dicamus: stante enim uno indifferentium, primùm quidem in anima uniuersale est: & nanque sentire quidem singulare, sensus autem uniuersalis est, ut hominis, non Calliæ hominis. Iterum in his statur, quousque uti impartibilia stent & uniuersalia: ut huiusmodi

 animal,

animal, quousq; animal: & in hoc similiter. Manifestũ igitur est, quoniam nobis prima, inductione cognoscere necessarium est: & nanque & sensus sic uniuersale facit.

Quoniam autem circa intelligentiam habituum quibus uerum dicimus, alij quidem semper ueri sunt, alij recipiunt falsitatem: ut opinio, & ratio: uera autem sunt semper scientia, & intellectus: & nihil est scientia certius aliud genus, quàm intellectus: principia autem demonstrationibus notiora sunt: scientia autem omnis cum ratione est: principiorum scientia quidem non utique erit. Quoniam autem nihil uerius contingit esse scientia quàm intellectũ: intellectus utiq; erit principiorum. Ex his considerationibus & quoniam demonstrationis principium non demonstratio: quare neq; scientiæ scientia. si igitur nullum aliud præter scientiam habemus genus uerum, intellectus utique erit scientiæ principium: & principium quidem principij erit utique: omne autem similiter se habet ad rem omnem.

FINIS.

TOPICORVM Ariſtotelis Philoſophi EMINENTISSIMI

Peripateticorum principis Libri OCTO, *Cum duobus Elenchorum Boëthio Seuerino interprete.*

CVM SCHOLIIS,

Argumentis, ac uarietatibus lectionum recens additis.

LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. XLVI.

IN TOPICORVM Librum I. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

VNC & Topica percurramus. Disserere hic in quouis negocio docemur. Tractaturque dialectica potissimum ratiocinatio ex probabilibus, differens à litigiosa. quoniam in ea non tam probabilia sunt, quàm uidentur. Confert exercitationi, congressibus Philosophiæ. Propositio igitur omnis, uel problema, quod à propositione modo tantum differt, circa genus, definitionem, proprium atque accidens, & quidem in prædicamentis omnibus uersantur. Cernitur & idem, & alterum, quod utrumque, genere, specie, numero. Quatuor dialectici instrumenta, acceptio propositionum, distinctio intellectuum, inuentio differentiarum, consideratio similitudinis. Propositiones accipimus, ex omnium, ex uulgi, è sapientium opinionibus, uel moralibus, uel naturalibus, uel rationalibus. Distinguuntur intellectus inspectis oppositis, specie ne an uocabulo differant: item casibus, generibus, finitionibus, comparationibus, discriminibus. Differentiæ generibus exquiruntur. similitudo ijs indagatur, quæ diuersorum sunt, aut eorundem generum. Horum quælibet usus habent in disputando proprios.

TOPICORVM ARISTOTELIS LIBER PRIMVS.

Quid intendit, & quæ ratiocinandi ſpecies.

CAPVT I.

PROPOSITVM *quidem negotij, eſt methodum inuenire, per quam poterimus ſyllogizare, de omni propoſito problemate ex probabilibus, & ipſi diſputationem ſuſtinentes, nihil dicemus repugnans. Primùm igitur dicendum, quid eſt ſyllogiſmus, & quæ eius differentiæ, quomodo ſumatur dialecticus ſyllogiſmus: hunc enim quærimus ſecundùm propoſitum negotium. Eſt itaque ſyllogiſmus, oratio in qua poſitis quibuſdam, aliquid aliud à poſitis ex neceßitate accidit, per ea quæ poſita ſunt.* Demonſtratio uerò, *eſt quando ex ueris & primis, ſyllogiſmus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & uera, eius quæ circa ipſa eſt, cognitionis principium ſumpſerunt.* Dialecticus autem *ſyllogiſmus, eſt qui ex probabilibus eſt collectus.*

Methodus ſignificat ſemitam, viamque compendiariã: quo nomine Ariſt. ſuas iure diſciplinas vocat: ſunt enim breuiſsimæ, & citò ad rei, de qua ſunt, ducentes cognitionem.

Sunt autem uera & prima, quæ non per alia, ſed per ſeipſa fidem habent. Non enim oportet in diſciplinaribus principijs, inquirere propter quid: ſed ſecundùm unumquodque principiorum ipſam per ſe eſſe fidem.

Probabilia autem ſunt quæ uidentur omnibus, aut plurimis, aut ſapientibus: & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè familiaribus, & probatis. Litigioſus autem

esse:hoc aut nominatum est,aut nō nominatum:erit igitur in plus quàm trinitati inexistens.concessum enim huiusmodi sit esse genus,ut quod insit quidem secundùm potētiam in plus: si igitur nulli inest alij quàm atomis trinitatibus, hoc utiq; erit trinitatis esse:supponatur enim hoc substātia uniuscuiusque esse, quæ in atomis ultimum prædicatum: quare similiter & alij cuilibet,sic demonstratorū quidem, illi esse erit.
18 Congruum autem est cùm totum aliquod negocietur aliquis,departiri genus in atoma specie prima: ut numerum in trinitatem,& dualitatem: posteà sic illorum definitiones accipere tētare,ut rectæ lineæ,& circuli, & recti anguli. Post hæc autem accipientem quod genus sit,ut utrum quantitatū,aut qualitatum,proprias paßiones speculari per cōmunia prima:compositis enim ex atomis conuenientia,ex definitionibus erunt manifesta, propterea quòd principium est omnium definitio, & quod simplex est: & simplicibus per se inesse conuenientia solis, alijs autem secūdùm illa.
19 Sed diuisiones quæ sunt secundùm differentias,utiles sunt ad hoc sic adeūdum:ut tamen monstrant,dictum est prius.Vtiles autem erunt sic utiq; solum ad colligendum quod quid est: & uidebitur utiq; nihil monstrare,sed mox decipere omnia,tanquam si ex principio acceperit aliquis sine diuisione.Differt autem aliquid primum & posterius prædicamētorū prædicari:ut est dicere animal mansuetum,bipes:uel bipes animal mā suetum: si enim omne ex duobus est,& unū quid sit animal mansuetum,iterum ex hoc & differentia, homo aut quodlibet unum sit,necesse est diuidentem petere. Amplius,nihil relinquendum in eo quod quid est,sic solummodo contingit: cùm enim primùm accipiatur genus,si quidem alicuius inferiorum

fteriorum aliquam diuisionum accipiat, non incidet omne in hoc: ut non omne animal, aut totum pennatum est, aut diuisum pennis: sed pennatum, animal omne. Huius enim differentia hæc est. Prima autem differẽtia est animalis, in quam omne animal incidit. Similiter autem & in unoquoque aliorum, & in ijs que extra genera, & quæ sub ipsis sunt: ut in aue, in qua est omnis auis: & in pisce, in quo omnis est piscis. Sic igitur uadẽti promptum est scire quoniam nihil relictum est: aliter autem, relinquere necesse est, & non scire. Nihil autem oportet definientem & diui- 20
dentem omnia scire quæ sunt: & tamen impoßibile dicunt esse quidam, differentias cognoscere, quæ sunt ad unũquodque non cognoscentem unũquodque: sine autem differẽtijs non esse ununquodque scire: à quo enim non differt, idem esse huic: à quo autẽ differt, alterum ab hoc. Primùm quidem hoc falsum est: non enim secundùm omnem differentiam, alterum est: multæ enim sunt differentiæ in eisdẽ specie, sed non secundùm substantiam, neque per se. Postea cùm accipiantur opposita, & differentia, & quòd omne incidit hinc aut inde, & accipiat in altero quòd quæritur esse, & hoc cognoscat, nihil differt scire, aut non scire de quibuscunque prædicantur alijs differentiæ. Manifestum enim est, quòd si sic uadens ueniat in hæc, quorum non est amplius differentia, habebit rationem substantiæ: omne autem incidere in diuisionem, si sint opposita quibus nihil interest, non est petitio: necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si quidem illius differentia est. Ad proban- 21
dum autem terminum per diuisiones, tria oportet coniecturare: ut accipiãtur prædicata in eo quòd quid est, et hæc ordinatè quid primum est, aut secũdùm: & quoniam hæc omnia

omnia sint. Est autē unū horum & primū per id quod possumus sicut ad accidēs syllogizare, quoniā est & per genus probare. Ordinare *autē sicut oportet, erit: si primū accipiat: hoc autem erit si accipiatur quod omnibus sequitur, illi autē non omnia: necesse est enim aliquod esse huiusmodi: accepto autem hoc, iam idem inferioribus modus: secundùm enim, aliorum primum erit, & tertiū continuorū: remoto enim quod est sursum, cōtinuum aliorū primū erit: similiter autē & in alijs. Quòd autē omnia hæc sint, manifestum ex hoc quod recipimus: primùm quidē secūdùm diuisionem, quoniā omne aut hoc, aut illud est: est autem hoc, & iterū huius totius differentiā: extremi autē non amplius esse differentiam, uel etiam statim cum ultima differentia à toto non differre specie.* Hoc *manifestū enim est, quoniam neq; plus hoc opponitur.* Omnia *enim in eo quod quid est accipiūtur horū, neq; deficit nihil: aut enim genus, aut differentia utiq; erit: genus quidem igitur est primum, & cum differētijs hoc acceptū est: differētiæ autē omnes habētur, nō enim amplius est posterior. specie enim utiq; differret,*

22 *& ultimū: hoc autē dictū est nō differre.* Quærere *autē oportet intendentē in similia, & indifferētia, primum quid omnia idē habeāt: postea iterū in altera, quæ in eodē quidē genere sunt cū illis: sunt autē ipsis quidē idē specie, ab illis autē altera: cum autē in his accipiatur quid omnino idem, & in alijs similiter: in acceptis iterū intendendū est si idem sit, quousq; in unam cōueniant rationē: hæc enim erit definitio. Si uerò nō uadit in unā, sed in duas, aut plures: manifestum est quòd utiq; nō est unū aliquod quod prædicatur, sed plura. Vt dico, si quid est magnanimitas quærimus: intendendum est in quosdam magnanimos, quos scimus quid habeant*

De Alcibiade vide Iusti. li. 5. de Achille Ho

habeant unum omnes inquantũ sunt huiusmodi. Vt si Alcibiades magnanimus, aut Achilles, & Aiax: quid unũ omnes habent? non tolerare iniuriati. Hic enim dimicauit, ille insaniuit, hic autem interfecit seipsum. Iterum idem est in alteris, ut Lysandro, & Socrate, si iam indiffere͂tes esse, & fortunati, & infortunati, hæc duo accipiens intendas quid idem habent, aut impaßibilitas quæ est circa fortunas, aut non tolerantia cùm iniuriantur: si uerò nulllum sit cõmune, duæ species erunt utique magnanimitatis. Semper enim est omnis definitio uniuersalis: nõ enim in quodã oculo dicit sanabile medicus, sed aut in omni, aut in specie determinãs.

mer. li. 1. de Aiace Oui. li. 13. Metamor. de Lysandro Iusti. lib. 5. de Socrate, Laërtiũ, & Plato. Phædone, & Menexeuo.

Species facilius, quàm genera finiri.

CAPVT XV.

Facile autem est magis singulare definire, quàm uniuersale: unde oportet à singularibus in uniuersalia ascẽdere. Et nanq; æquiuocatiões magis latẽt in uniuersalibus, quàm in indifferentibus. Sicut autem in demõstrationibus oportet syllogizari inesse, sic & in terminis clarum: hoc autẽ erit, si per ea quæ secũdùm unũquodq; dicũtur, sit in unoquoq; genere definiri separatim: ut simile non omne, sed in coloribus & figuris: & acutũ, quod est in uoce: & sic in cõmune erit ire, timentẽ ne æquiuocatio cõtingat. Si autem non oportet disputare in metaphoris, manifestũ est neq; definire metaphoris, neq; quæcunq; dicũtur in metaphoris: disputare enim erit necesse in methaphoris.

Anatomen, & analogiam terminãdis problematis momentum habere.

CAPVT XVI.

Vt habeamus proposita, eligere oportet decisiones, & diuisiones: sic autẽ eligere secundùm subiectum

genus cõmune omniũ. Vt si animalia sint quæ cõsiderantur, qualia omni animali insunt: acceptis autẽ his, reliquorum primo qualia omni sequãtur: ut si hoc est auis, qualia omni sequantur auẽ, & sic semper illi proxima. manifestũ enim est quoniam habebimus iam dicere propter quid insunt sequentia ijs quæ sunt sub cõmuni: ut ꝑpter quid homini, aut equo insunt. Sit autem animal in quo a, b autem sequentia omni animali: in quibus autẽ sunt c, d, e, sicut quædam animalia: manifestũ igitur est propter quid est b in d, propter a enim: similiter autem & in alijs, & semper in alijs eadẽ est ratio. Nũc quidem secũdùm ea quæ aßignãtur cõmunia
23 *nomina, dicimus. Oportet autẽ nõ solùm in his cõsiderare, sed & si aliud aliquid uidetur cõmune existens accipientẽ: postea quibus hoc inhæreat, & qualia huic sequantur: ut cornua habentibus habere uentres, & nõ utrobique dentes esse: item habere cornua quibus sequitur: manifestum enim propter quid in illis est quod dicitur, propter id enim quòd cornua habẽt, inest. Amplius, alius modus est secũdùm analogũ eligere: unũ enim accipere non est idem, quod oportet uocare seipsum, & spinam, & os: sunt autẽ quæ sequũtur*
24 *& his: tanquam natura una huiusmodi existẽte. Eadem autẽ proposita sunt, quæ quidẽ idem mediũ habent, ut quoniam omnia cõtrarij status: horũ autẽ quædã genere eadem sunt, quæcunq; habent differentias, ex quo aliorũ aut aliter sunt: ut propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid iris: omnia enim hæc quidem unũ propositum sunt genere: omnia enim repercußio sunt, sed specie altera. Alia autem ex eo quòd mediũ quidem subalternũ mediũ est, differunt propositorum: ut propter quid Nilus finiente mense magis fluit? propter id quòd hybernior est*

finiens

finiens mensis. propter quid autem hybernior est finiens mensis? propter id quòd luna deficit, hæc enim sic se habent adinuicem.

De causis, & effectis: & an vnius plures sint causæ.

CAPVT XVII.

DE caussa autē, & cuius caussa est dubitabit aliquis: nunquid cùm caussatum est, & caussa est: ut si folia fluūt, aut deficit luna: & caussa deficiendi, uel folia cadendi erit: ut si huius est, lata habere folia: deficiendi autē, terram in medio esse. Si enim nō, aliqua alia erit caussa ipsorū: si uerò caussa sit, & caussatū simul: ut si in medio est terra, deficit, aut si latū est foliū, folia fluunt: si autē sic est, simul utiq; erūt, & demōstrabuntur per inuicem. Sit enim foliū fluere in quo a, latū autē foliū in quo b, uitis uerò in quo c: si igitur in b est a, omne enim latū foliū habens folio fluit: c autem inest b, omnis enim uitis habet lata folia: & a in c est, omnis uitis folio fluit: caussa est b mediū. Sed & quoniā latis folijs uitis sit, est propter id quod folio fluit, demonstrare. sit enim d latum quidē folium, e autem folio fluere, uitis uerò in quo f, in f igitur est e, etenim folio fluit omnis uitis: in e autē d est: omne enim fluens folio, latū est folium habens: omnis itaq; uitis latū est foliū habens: causa autem est folio fluere. Si autem non contingit causas esse adinuicem, causa enim prius est eo cuius est causa. & deficiendi quidem est causa, terram esse in medio: eius autē quod est in medio terrā esse, non est causa deficere. Si igitur per causam demonstratio est, propter quid est: si uerò non per causam ipsius, quia: quoniā quidē terra in medio est cognouit, propter quid autē non. Quòd autē nō, deficere causa sit in me-

Quare arborū aliæ citius, aliæ serius folio fluant, lege Theophr. lib. 1. de stirp. & plāris,

dio esse,sed hoc,deficiēdi manifestū est:in ratione enim deficiendi,inest quod est in medio : quare manifestū est quòd per hoc,illud cognoscetur:sed nō hoc,per illud. An contingit unius plures esse caussas? & nanq; si est idē de pluribus primis prædicari primo:sit a in b primo existēs,& in c alio primo, & hoc sit in d,hoc uerò sit in e,erit itaq; a in d,& in e:causa autē quòd a sit in d quidē,b:in e autē,c: quare cùm causa sit,necesse est rem omnē esse : sed res cùm sit,non necesse est esse omne quodcūq; sit causa:sed causam quidem necesse est esse:nō tamen omnem. An si semper uniuersale propositū,& causa totum quiddā est,& cuius est causa uniuersale?ut folio fluere in toto quodā determinatum est:& si species ipsius sint:uniuersaliter igitur aut plantis,aut huiusmodi plātis:quare et mediū æquale oportet esse in his & cuius est causa,& cōuerti:ut ꝓpter quid arbores folio fluunt:si ergo propter densitatē humidi,siue folio fluit arbor,oportet esse densitatē:siue densitas est nō in qualibet,sed in arbore:est folio fluere. Vtrum autem contingat non eandē esse caussam eiusdē in omnibus,sed alteram,an non? an si quidē per se demōstretur,aut non secundùm signū aut accidens? non potest esse.ratio enim extremi,mediū:si uerò non sic,contingit: est autem & cuius causa & cui,considerare secundùm accidens,nō tamen uidentur proposita esse.Si autē non,similiter se habebit medium:si quidē sunt æquiuoca,æquiuocū mediū est ; si uerò sicut in genere,similiter se habebit:ut propter quid cōmutabiliter,analogū : alia enim est causa in numeris,& in lineis,& eadē quidē inquantū lineæ,alia:inquantū autē habens augmentū huiusmodi,eadē:sic in omnibus.Similē autē esse colorē colori,& figurā figuræ,aliam esse causam alij: æquiuo

æquiuocum enim est simile in his: hic quidem est fortaßis secundùm analogiam habere latera & æquales angulos, in coloribus autẽ unũ sensum esse, aut aliquid aliud huiusmodi: quæ autẽ secundùm analogiam sunt eadẽ, & mediũ habent secundùm analogiam. Habet autẽ sic cõsequi causa adinuicem, & cuius est causa, & cui est causa: unũquodque quidem accipienti, & cuius est causa in plus est: ut quatuor æquales qui sunt extrà, in plus sunt quàm triangulus, aut quadrangulus, in omnibus autem ut in æqualibus est: quæcunq; enim, quatuor æquales qui sunt extrà: & mediũ similiter est. Est autẽ mediũ ratio primi extremi, ex quo omnes scientiæ per definitionẽ fiũt: ut folio fluere similiter sequitur uiti, & excellit: & ficui, & excellit, sed non omnia, sed æqualia sunt: si uerò accipias primum mediũ, ratio fluendi folijs est: erit enim primùm quidẽ in altera mediũ, quoniã huiusmodi sunt omnia: deinde huius mediũ, quoniam succus densatur, aut quiddã aliud huiusmodi. Quid autem est folio fluere? dẽsari in cõtractu seminis succũ. In figuris autẽ sic aßignabit quærentibus cõsecutionẽ causæ, & cuius est causa: sit a quidẽ in b omni. b autẽ in unoquoq; eorũ, quæ sunt d, in plus autẽ: b igitur uniuersale utiq; ipsis inerit d: hoc autẽ dico uniuersale, quod nõ cõuertitur: primũ autẽ uniuersale, cui unũquodq; quidẽ non cõuertitur, omnia autẽ conuertuntur, & nõ excedunt: ipsis d igitur causa ipsius a, est b. oportet itaq; a in plus quàm b extendi: si uerò non, quid magis causa erit hoc illius? Si igitur in omnibus e est a, erũt aliquid illa unũ omnia aliud quàm b: si enim non, quomodo erit dicere quoniã in quo est e, sit a, omni? in quo autem a, non omni sit e? propter quid enim non erit causa aliqua ut a sit in omnibus d? sed nũquid & quæ sunt e, erũt aliquod

Felis vacuitas longæuitatis causa. vide Aristotel. in princ. lib. 4. de parti. animal.

unum? considerare oportet hoc, & sic c: contingit igitur eiusdem plures causas esse, sed nō eisdē specie: ut longæ uitæ quadrupedia, nō habere cholerā causa est: uolatilia autem, sicca esse, aut altera aliqua: si autē in atomū non statim ueniunt, & non solùm unū mediū, sed plura, & causæ plures sunt. Vtrùm autem causa mediorū, quod ad uniuersale primum est, aut quod ad singulare singularibus? Manifestū igitur est ea esse, quæ pxima unicuiq; cui causa est: primū enim sub uniuersali esse, hæc est causa: ut in d, sit quod est a, causa est c: in d quidē igitur esse a, causa est c, in c autem

26 b: in hoc autē, eadē est. De syllogismo igitur, & de demōstratione quidq; unūquodq; est, & quomodo fit: manifestū est: simul autē & de sciētia demōstratiua, idem enim est.

Quomodo principia cognoscantur, & quis principiorum sit habitus.

CAPVT XVIII.

27 De principijs autem qualiter fiūt cognita, & quis est cognoscens habitus: hinc est manifestum, dubitantibus primùm. Quòd quidem igitur non contingit scire per demonstrationem, non cognoscentem prima principia immediata, dictū est prius: immediatorū autē cognitionem utrum eadem est, an non eadem, dubitabit utique aliquis. Et utrū scientia in utroq; est, an non: an huius quidem scientia, illius autem alterū aliquod genus sit. Et utrùm cùm non insint habitus, fiant: an cùm insint, lateant. Si quidem igitur habemus ipsos, inconueniens est. contingit enim certiores habere cognitiones demonstratione, & latere: si autem accipiamus non habentes prius: qualiter utique cognoscamus, & addiscamus ex nō præexistenti cognitione? impoßibile enim est, sicut in demonstratione diximus. Manifestum

nifestum igitur est quoniam neq; habere poßibile est,neq; ignorantibus,& neq; non habentibus habitũ fieri. Necesse est itaq; habere quandã quidem potentiam: non huiusmodi autem habere,quæ est his honorabilior secundùm certitudinem. Videtur autem hæc omnibus inesse animalibus: habent enim connaturalem potentiam iudicatiuam, quam uocant sensum. Cùm insit autem sensus,in ijs quidem animalium fit mansio sensibilis,in alijs autem non fit: in quibuscunq; igitur non fit,aut omnino,aut circa quæ nõ fit: nec est in his cognitio extra quod sentiunt: in quibus autem inest sentientibus,habere unum quiddam in anima: multis quidem factis huiusmodi, iam differentia quædam fit,ut in his quandam sit fieri rationem ex talium memoria: in alijs uerò non.Ex sensu igitur fit memoria sicut diximus.ex memoria autem multoties eiusdem facta,experimentum.Multæ enim memoriæ numero,experimentum est unum: ex experimento aut ex omni quiescente uniuersale in anima: uno præter multa (quod cùm in omnibus unum sit illud idem) artis principium,& scientiæ:siquidem igitur circa generationem,artis est: si uerò circa ens,scientiæ. Neq; igitur insunt determinati habitus, neque ab alijs habitibus fiũt notioribus,sed à sensu. Vt in pugna euersione facta,uno stante,alter stetit, postea alter,quousque in principiũ ueniant:anima autem huiusmodi,cùm sit qualis poßit pati hoc stante.Quod autem dictum est antè,sed nõ clarè dictum est,iterũ dicamus:stante enim uno indifferentium,primùm quidem in anima uniuersale est:& nanque sentire quidem singulare,sensus autem uniuersalis est, ut hominis,non Calliæ hominis. Iterum in his statur,quousque uti impartibilia stent & uniuersalia: ut huiusmodi

 animal,

animal, quousq; animal: & in hoc similiter. Manifestū igitur est, quoniam nobis prima, inductione cognoscere necessarium est: & nanque & sensus sic uniuersale facit.

Quoniam autem circa intelligentiam habituum quibus uerum dicimus, alij quidem semper ueri sunt, alij recipiunt falsitatem: ut opinio, & ratio: uera autem sunt semper scientia, & intellectus: & nihil est scientia certius aliud genus, quàm intellectus: principia autem demonstrationibus notiora sunt: scientia autem omnis cum ratione est: principiorum scientia quidem non utique erit. Quoniam autem nihil uerius contingit esse scientia quàm intellectū: intellectus utiq; erit principiorum. Ex his considerationibus & quoniam demonstrationis principium non demonstratio: quare neq; scientiæ scientia. si igitur nullum aliud præter scientiam habemus genus uerum, intellectus utique erit scientiæ principium: & principium quidem principij erit utique: omne autem similiter se habet ad rem omnem.

FINIS.

TOPICORVM

Ariſtotelis Philoſophi

EMINENTISSIMI

Peripateticorum principis Libri OCTO, *Cum duobus Elen-chorum Boëthio Seue-rino interprete.*

CVM SCHOLIIS,

Argumentis, ac uarietatibus le-ctionum recens additis.

LVGDVNI,
Apud Theobaldum Paganum.
M. D. XLVI.

IN TOPICORVM Librum I. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

VNC & Topica percurramus. Disserere hîc in quouis negocio docemur. Tractaturque dialectica potissimum ratiocinatio ex probabilibus, differens à litigiosa. quoniam in ea non tam probabilia sunt, quàm uidentur. Confert exercitationi, congressibus Philosophiæ. Propositio igitur omnis, uel problema, quod à propositione modo tantum differt, circa genus, definitionem, proprium atque accidens, & quidem in prædicamentis omnibus uersantur. Cernitur & idem, & alterum, quod utrunque, genere, specie, numero. Quatuor dialectici instrumenta, acceptio propositionum, distinctio intellectuum, inuentio differentiarum, consideratio similitudinis. Propositiones accipimus, ex omnium, ex uulgi, è sapientium opinionibus, uel moralibus, uel naturalibus, uel rationalibus. Distinguuntur intellectus inspectis oppositis, specie ne an uocabulo differant: item casibus, generibus, finitionibus, comparationibus, discriminibus. Differentiæ generibus exquiruntur. similitudo ijs indagatur, quæ diuersorum sunt, aut eorundem generum. Horum qualibet usus habent in disputando proprios.

TOPICORVM ARISTOTELIS LIBER PRIMVS.

Quid intendit, & quæ ratiocinandi species.

CAPVT I.

ROPOSITVM *quidem negotij, est methodum inuenire, per quam poterimus syllogizare, de omni proposito problemate ex probabilibus, & ipsi disputationem sustinentes, nihil dicemus repugnans. Primùm igitur dicendum, quid est syllogismus, & quæ eius differentiæ, quomodo sumatur dialecticus syllogismus: hunc enim quærimus secundùm propositum negotium. Est itaque syllogismus, oratio in qua positis quibusdam, aliquid aliud à positis ex necessitate accidit, per ea quæ posita sunt. Demonstratio uerò, est quando ex ueris & primis, syllogismus erit, aut ex talibus, quæ per aliqua prima & uera, eius quæ circa ipsa est, cognitionis principium sumpserunt. Dialecticus autem syllogismus, est qui ex probabilibus est collectus.*

Methodus significat semitam, viamque compendiariã: quo nomine Arist. suas iure disciplinas vocat: sunt enim breuissimæ, & citò ad rei, de qua sunt, ducentes cognitionem.

Sunt autem uera & prima, quæ non per alia, sed per seipsa fidem habent. Non enim oportet in disciplinaribus principijs, inquirere propter quid: sed secundùm unumquodque principiorum ipsam per se esse fidem.

Probabilia autem sunt quæ uidentur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus: & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè familiaribus, & probatis. Litigiosus autem

est syllogismus, ex ijs quæ uidentur probabilia, non sunt autem. Et *qui ex probabilibus quidem, aut ex ijs quæ uidentur probabilia, est apparens.* Non *enim omne quod uidetur probabile, est probabile: nihil enim eorum quæ dicuntur probabilia tenus superficie, habet omnino phantasiam,*uelut circa litigiosarum disputationum principia, accidit se habere: statim enim, sæpius etiam eis qui parua uidere possunt, manifesta est in his, falsitatis natura.* Ergo *prior quidem eorum (qui dicti sunt litigiosi syllogismi) etiam syllogismus dicatur: reliquus uerò litigiosus quidem syllogismus, syllogismus autem non: eò quòd uidetur quidem ratiocinari, ratiocinatur autem minimè. Amplius autem præter omnes (qui dicti sunt) syllogismos, ex ijs, quæ sunt circa aliquas disciplinas peculiaria, fiunt paralogismi: quemadmodum in geometria, & huic cognatis, accidit se habere.* Videtur *autem hic modus differre à dictis syllogismis: nam neque ex ueris, & primis colligit pseudographus, neque ex probabilibus: nam sub definitionem non cadit: neque enim quæ omnibus uidentur sumit, neque quæ pluribus, neque sapientibus, & his, neque omnibus, neque plurimis, neque probatißimis, sed ex peculiaribus quidem disciplinæ sumptis, non ueris autem, syllogismum facit: nam eò quòd aut semicirculos describit, non ut oportet, aut lineas aliquas ducit, non ut ducendæ sunt, paralogismum facit. Species igitur syllogismorum, ut figuraliter sit complecti, dictæ sint. Summatim autem dicendo de omnibus prædictis, & de his quæ postea sunt dicenda, intantum nobis determinatum sit: eò quòd de nullo eorum exactam rationem aßignare deligimus: sed aliquantulum figuraliter de his uolumus pertransire: omnino sufficiens*

*Id est, talia sunt.

ciens arbitrantes esse secundum propositam methodum, posse cognoscere quomodo unumquodq; illorum, se habet.

Ad quot vtilis dialectica, disserendi'que disciplina.

CAPVT II.

Consequens autem est ex ijs quæ dicta sunt, dicere ad quot, & quæ, utile sit hoc negocium. Est autem ad tria: ad exercitationes, ad colloquia, ad eas, quæ secundùm philosophiam sunt, disciplinas. Quòd igitur ad exercitationem sit utile, ex his perspicuum est: methodum enim habentes, facilè de proposito argumentari poterimus. Ad colloquia uerò, eò quòd multorum annumerantes opiniones, non ex extraneis, sed ex proprijs doctrinis sermocinabimur ad eos transmutantes quicquid non bene, uidentur nobis dicere. Ad secundùm philosophiam autem disciplinas: quòd potentes ad utraque dubitare, facilè in singulis intuebimur uerum, & falsum: præterea autem ad prima eorum quæ in unaquaque disciplina sunt principia. Nam ex proprijs secundùm propositam disciplinam principijs, impossibile est dicere aliquid de ipsis, eò quòd prima principia sunt omnium: per ea uerò (quæ sunt circa singula) probabilia, necesse est de illis transigere. Id autem proprium, maximéue peculiare dialecticæ est: nam cùm sit inquisitiua, ad omnium methodorum principia uiam habet. Habebimus autem perfectè methodum, quando per'inde habebimus ac in rhetorica, & medicina, & huiusmodi facultatibus: hoc autem ex ijs quæ contingunt facere quæ eligimus. Nam neque rhetor omni ex modo persuadebit, neque medicus sanabit: sed ex ijs quæ cōtingunt nihil omiserit, sufficienter eum disciplinam habere dixerimus.

In disciplinis finem propositū quem per eas quærimus, non semper assequimur, sed nihilo minus eas habere dicimur si ex eis quæ contingunt nihil omittimus.

Ex quibus & quot, disceptatio dialectica constet. CAPVT III.

*PRimùm igitur considerandum, ex quibus est methodus: si quidem sumpserimus ad quot, & quæ, ex quibus orationes, & de quibus syllogismi: & quomodo his abundemus, habebimus sufficienter propositum. Sunt autem numero æqualia & eadem, ea ex quibus orationes, & de * quibus syllogismi: fiunt enim orationes ex propositionibus: de quibus autem syllogismi fiunt, problemata sunt. Omnis autem propositio, & omne problema, aut proprium, aut genus, aut accidens indicat: etenim differentia cùm sit generalis, cum genere ordinanda est. Quoniam autem proprium hoc quidem quid est esse significat, illud autem non significat, diuidatur proprium in utrasque prædictas partes, & uocetur illud quod quid erat esse significat, terminus: reliquum uerò secundùm communem de ipsis aßignatam nominationem, nuncupetur proprium. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, quòd secundùm præsentem diuisionem quatuor omnia accidit fieri, aut proprium, aut terminum, aut genus, aut accidens. Nemo autem nos opinetur dicere quòd unumquodque horum secundùm se dictum propositio, uel problema est: sed quòd ab* his et problemata, & propositiones fiunt. Differunt autem problema, & propositio, modo: nam cùm sic dicitur, putas'ne animal greßibile bipes definitio est hominis? & putas'ne animal genus est hominis? propositio fit. Si autẽ, utrum animal greßibile bipes definitio est hominis, an non? problema fit. Similiter autem & in alijs. Quare meritò æqualia numero problemata, et propositiones sunt: nam ab omni propositione problema efficies, mutans modum.*

*hìc de pro ex positũ est

Interrogatio problematis vtrunq; oppositorũ claudit: propositiõis autẽ, alterũ tantũ.

*ab pro ex.

De ter

De termino, proprio, genere, & accidente.
CAPVT IIII.

Dicẽdum autem, quid Terminus, quid Proprium, quid Genus, quid Accidens. Est autem terminus quidem oratio, quid erat esse significans. Aßignatur autem aut oratio pro nomine, aut oratio pro oratione: poßibile est enim & eorum, quæ sub oratione significãtur, quædam definiri. Quicunque autem quolibet modo nomine aßignationem faciunt, manifestum quoniam non aßignant ij rei definitionem, eò quòd omnis definitio, oratio quædam est: accommodatum tamen termino, & huiusmodi ponendum est: ut quod honestum est, decens. Similiter autem & utrùm idem sensus, & disciplina, an diuersum: etenim circa definitiones, utrum idem, an diuersum, plurima fit immoratio. Simpliciter autem accommodata termino omnia dicantur, quæ sub eadem disciplina cum definitionibus continentur. Quòd autem omnia quæ nunc dicta sunt, huiusmodi sunt, manifestum ex his. Potentes enim quòd idem, & quòd diuersum disputare, eodem modo & ad definitiones argumentari facilè poterimus: nam ostendentes quòd non idem est, interimentes erimus definitionem, non tamen conuertitur, quod nunc dictum est: non enim sufficiens est ad astruendum definitionem ostendere idem esse: attamen ad destruendum, sufficiens est ostendere quòd non idem est. Proprium autem est, quod non indicat quid est esse, soli autem inest, & conuersim prædicatur de re: ut proprium est hominis grammatices esse susceptiuum. Nam si homo est, & grammatices susceptibilis est: & si grammatices susceptiuum est, & homo est. Nemo enim proprium dicit, quod contingit alij inesse, ut

Nomine termini hîc semper & in sequentibus definitio intelligitur.

Aßignatur definitio pro nomine aut pro oratione.

Omnis definitio est oratio, quare dictio sola non est definitio, sed tamẽ aliquantum virium definitionis habet.

Non satis est ostendere idem esse ad definitionis constructionem: sed ad euersionẽ eius satis est diuersam ostendere esse.

homini dormire: neq; si forsitan per aliquod tempus inest soli. Si autem * fortè dicatur aliquid talium proprium, non simpliciter. aliquando, uel ad aliquid dicetur: nam ex dextris quidem esse, aliquando proprium est. Bipes autem ad aliquid proprium est dictum: ut homini ad equum, & canem. Quod autem eorum quæ contingunt alij inesse, nullum cõuersim prædicatur, manifestum est: non enim necessarium est si quid dormit, hominem esse. Genus autem est, quod de pluribus, & differentibus specie in eo quod quid est prædicatur. In eo quod quid prædicari ea dicuntur, quæcunq; conuenit eum, qui interrogatus est, reddere, quid est, quod propositum est: quemadmodum de homine, conuenit eum, qui interrogatus est, quid id est, quod propositum est: dicere quòd animal. Generi autem accommodatum est utrùm in eodem genere aliud alij, an in altero sit. Nam & huiusmodi sub eãdem methodũ cadit cum genere: disputãtes enim quòd animal genus hominis, simpliciter & bouis, disputantes erimus quoniam hæc in eodem sunt genere: si autem alterius quidem ostendamus quòd genus est, alterius autem quòd non est, disputantes erimus quoniam non in eodem genere hæc sunt. Accidens autem est, quòd nihil horum est, neq; definitio, neq; proprium, neq; genus: inest autem rei. Et quod contingit inesse cuiuis uni, & eidem, & non inesse: ut sedere contingit inesse alicui eidem, & non inesse. similiter autem & album: nam & idem nihil probibet quandoq; album, quandoq; non album esse.

Est autem accidentis definitionũ secunda melior: nam cùm dicitur prima, necessariũ est si debet quis intelligere, præscire quid est terminus, & genus, & proprium: secunda autem perfecta est ad cognoscendum, quid est quòd dicitur, per se.

*aliàs, si enim

Quid, in eo quod quid est prædicari sit.

per se. Annectantur autem accidenti, & quæ ad seinuicem sunt comparationes quolibet modo ab accidente dictæ: ut utrùm honestum, an quod confert, expetibilius: & utrùm quæ est secundum uirtutem, an quæ secundum uoluptatem suauior uita: & si quid aliud similiter his est dictum: in omnibus enim talibus utri magis prædicatum accidit, quæstio fit. Manifestum est autem ex his, quoniam accidens nihil prohibet, & quando, & ad aliquid proprium fieri: ut sedere cùm sit accidens, quando quis solus sedet, tunc aliquãdo propriũ erit: solo uerò sedente, ad non sedentes propriũ: quare & ad aliquid, & aliquando nihil prohibet accidens, proprium fieri: simpliciter autem proprium non erit.

Quod cætera prædicata aliquid claudant eorum, quæ definitio continet.

CAPVT V.

Non lateat autem nos quoniam quæ ad proprium, & genus, & accidens omnia dicuntur, & ad definitiones conueniet dici. Ostendentes enim quoniam non ei soli inest, quod est sub definitione (quemadmodum & in proprio) aut quoniam non genus quod aßignatum est in definitione, aut quoniam non inest, aliquid eorum quæ in definitione dicta sunt (quod quidem & in accidente dici potest) interimentes erimus definitionem. Quare secundùm prius aßignatam rationem, omnia erunt quodammodo definitioni accommodanda, quæ numerata sunt. Sed non propter hoc unam in omnibus uniuersalem methodum quærendum, neq; enim facilè inuenire hanc est: & si inueniatur, omnino obscura, & insuauis planè fuerit ad propositum negocium. Propria uerò in unoquoq; terminatorum generum aßignata methodo, facilè ex ijs quæ circa ununquodq; pro

Communitas aliorũ prædicatorum cum definitione.

propria sunt, decursus propositi fieri poßit. Quare uniuersaliter figura quidem (quemadmodum dictum est prius) diuidendum est: reliquorum autem ea quæ maximè sunt singulis peculiaria: annectendum, definitioni & generi accommodata ea nuncupantes: penè autem adiuncta sunt, quæ dicta sunt ad singula.

De eodem.

CAPVT VI.

PRimum autem omnium de eodem determinandum, quoties dicitur. Videbitur autem idem, ut figuraliter sit sumere, tripliciter diuidi. Numero enim, aut specie, aut genere, idem solemus appellare. Numero quidem, quorum nomina plura, res autem una: ut indumentum, & uestis. Specie autem quæ cùm sint plura, indifferentia sunt secundùm speciem: ut homo homini, equus equo: nam huiusmodi specie dicuntur eadem, quæcunq; sub eadem specie sunt. Similiter autem & genere eadem, quæcunq; sub eodem genere sunt: ut equus homini. Videbitur autem ab eodem fonte aqua, quæ eadem dicitur, habere aliquam differentiam præter dictos modos. Non tamen, sed & huiusmodi in eodem ordinetur ijs quæ secundùm unam speciem quoquomodo dicta sunt: omnia enim talia cognata, & affinia sibijnuicem uidentur esse: nam omnis aqua omni aquæ eadem specie dicitur, eò quòd habeat quandam similitudinem: ab eodem autem fonte aqua quæ eadem dicitur, nullo alio differt, quàm eo quòd uehementior sit similitudo: quare non separamus idem ab ijs quæ secundùm unam speciem quoquomodo dicuntur. Maximè autem indubitanter quod unum est numero, idem ab omnibus uidetur dici. Solet autem & hoc aßignari multipliciter:

Numero eadē sunt, quorum nomina plura, res autem vna.

Numero, specie, genere eadem sunt, quecunq; eadē dicuntur.

proprijßimè

proprijßimè autem, & primò, quando nomine, uel termino idem aßignatum fuerit: ut ueſtis indumento, & animal greßibile bipes, homini. Secundum autem, quando proprio: ut diſciplinæ ſuſceptibile, homini, & quod natura ſurſum fertur, igni. Tertium uerò, quando ab accidente: ut ſedens, uel muſicum Socrati: omnia enim hæc unum numero uolunt ſignificare. Quod autem uerum ſit quod nunc dictum eſt, ex tranſſumentibus nuncupationes maximè quis diſcat: ſæpe enim præcipientes nomine uocare aliquem ſedentium, tranſſumimus, quando fortè is non intelligit cui præceptum facimus, tanquam ab accidente ipſo magis intelligente: & iubemus ſedentem, uel diſputantem uocare ad nos, manifeſtum quòd ut eundem opinantes, & ſecundùm nomen, & ſecundùm accidens ſignificare. Ergo idem quemadmodum dictum eſt, tripliciter diuidatur.

Omnem diſputationem dialecticam eſſe ex termino, proprio, genere, aut accidente: & vbi illa reperiantur.

CAPVT VII.

QVoniam autem ex prius dictis ſunt orationes: & per hæc: & ad hæc una quidem fides eſt per inductionem. Si enim quis conſideret unamquanque propoſitionum, & problematum: apparebit aut à termino, aut à proprio, aut à genere, aut ab accidente facta. Alia autem fides per ſyllogiſmum: neceſſe eſt enim omne quod de aliquo prædicatur, aut conuerſim de re prædicari, aut non: & ſi conuerſim prædicatur, terminus erit, uel proprium. Nam ſi ſignificat quid eſt eſſe, eſt terminus: ſi autem non ſignificet, proprium: hoc enim erat proprium, quod conuerſim prædicatur, non ſignificans quid eſt eſſe. Qui differunt propriũ & definitio.

Si au

Si autem non conuersim prædicatur de re, aut ex ijs quæ in definitione subiecti dicuntur, est, aut non: & si est ex ijs, quæ in definitione dicuntur, genus, aut differentia erit, eo quòd definitio ex genere, & differentijs est: si uerò ex ijs non est, quæ in definitione dicuntur, palam est quoniam accidens erit: nam accidens dicebatur, quod neque terminus, neque genus, neq; proprium: inest autem rei.

De prædicamentis.

*Dicti quatuor loci.

Post hæc autem oportet determinare genera prædicamentorũ, in quibus sunt dictæ quatuor differẽtiæ: * sunt hæc autem numero decem: quid est, quantum, quale, ad aliquid, ubi, quando, situm esse, habere, facere, pati.

Omnis propositio aliqd' ex prædicamentis significat, quid est, aliquãdo significat accidens: accidens substantiam similiter.

Semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in uno prædicamentorum horum erit: nam omnes ab his propositiones, aut quid est, aut quale est, aut quantum, aut aliorum aliquod prædicamẽtorum significãt. Manifestum est autẽ ex eisdem, quoniam quod quid est significãs quandoq; quidem substãtiam significat, quandoq; autem quale, quandoq; uerò aliquod aliorum prædicamentorum: nam quando posito homine dixerit quòd positũ est hominem esse, uel animal: & quid est dicit, & significat substantiam: quando colore albo posito dixerit quòd positũ est album esse, uel colorem, quid est dicit, & quale significat. Similiter autem & si cubitali magnitudine posita, dixerit quòd positũ est cubitalem esse magnitudinẽ, & quid est dicit, & quantũ significat. Similiter autẽ & in alijs. Vnumquodque enim talium siue idem de eodem dicatur, siue genus de hoc, quid est significat: quando autem de alio, non quid est significat, sed quantum, aut quale, aut aliquod aliorum prædicamentorum. Quare de quibus sunt disputationes, & ex quibus, hæc & tot sunt. Quomodo autem sumemus, & per quæ copiosi erimus, post hæc dicendum.

De pro

De propositione dialectica.

CAPVT VIII.

*Primum igitur determinetur quid est propositio dialectica: & quid problema dialecticū. Non enim omnem propositionem, nec omne problema, dialecticum ponēdum: nullus enim offeret, qui mentem habeat: quod nulli uidetur. nec proponet quod omnibus est manifestum, uel plurimis: nam hæc quidem non habent dubitationem: illa autem nemo ponet. Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis aut omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his uel omnibus, uel plurimis, uel maximè familiaribus non inopinabilis. Ponet*enim aliquis quod uidetur sapientibus: nisi id contrarium sit multorum opinionibus. Sunt autem propositiones dialecticæ, et ea quæ probabilibus sunt similia, & contraria ijs quæ uidentur esse probabilia secundùm contradictionem protensa, & quæcunque opiniones sunt secundùm artes inuentas. Si enim probabile est eandem esse contrariorum disciplinam, & sensum eundem esse contrariorum probabile apparebit: & si unam numero grammaticem esse, & tibicinariam unam: si autem plures grammaticas, & plures tibicinarias: omnia enim similia & cognata hæc uidentur esse. Similiter autem & ea quæ probabilibus sunt contraria secundùm contradictionem protensa, probabilia uidentur: si enim probabile est quòd oportet amicis benefacere, & quòd non oportet amicis malefacere, probabile est: est autem contrarium quidem quòd oportet malefacere amicis, secundùm contradictionem autem quòd non oportet amicis malefacere. Similiter autem & si oportet amicis benefacere, inimicis non oportet: est autem & hoc secundùm contradictionem contrarium: nam contrarium*

*Ponere philosophis vox familiaris est, pro concedere.

trarium

trarium est quòd oportet inimicis benefacere. Similiter autem & in alijs. Probabile autem & in similitudine apparet, etiam contrarium de contrario: ut si oportet amicis benefacere, & inimicis oportet male: apparebit & contrarium hoc quod est amicis benefacere, ei quod inimicis male. Vtrùm autem secundùm ueritatem se habeat, an non, in ijs quæ de contrario dicentur, ostendetur. Palàm autẽ quoniam et quæcunq; opiniones secundùm artes sunt dialecticæ propositiones sunt. Ponet enim aliquis ea, quæ uidentur ijs, qui in eis probati sunt: ut de his quidẽ quæ in geometria, ut geometer: de illis autem quæ in medicina, ut medicus.

De problemate dialectico, & positione dialectica.

CAPVT IX.

PRoblema *autem dialecticum, est speculatio intendens uel ad electionem, & fugam: uel ad ueritatẽ, & scientiam, aut per se, aut ut adminiculans ad aliquid aliud talium, de quo aut neutro modo opinantur, aut contrariè plerique sapientibus, aut sapientes plerisque, aut utrisque ijdem eisdem. Quædam enim problematum utile est scire tantum ad eligendum, uel fugiendum: ut utrùm uoluptas sit eligenda, an non? Quædam autem ad sciendum tantum: ut utrùm mundus æternus sit, an non? Quædam uerò ipsa per se quidem ad neutrum horum: amminiculantia autem sunt ad aliqua talium. Pleraque enim ipsa quidem per se non uolumus cognoscere, sed aliorum gratia, ut per illa aliud quippiam cognoscamus. Sunt autem problemata, & de quibus contrarij sunt syllogismi: dubitationem enim habent utrùm sic se habent, an nõ sic: eò quòd de utrisque sunt rationes suasibiles. Et de quibus rationem non habemus,*

cùm

cùm sint magna: difficile arbitrantes esse propter quid assignare: ut utrùm mundus sit æternus, an non: nam huiusmodi quæret aliquis. Problemata ergo & propositiones (ut dictum est) determinata sint. *Positio est opinio admirabilis alicuius familiarium secundùm philosophiam: *ut quòd non est contradicere, quemadmodum dixit Antisthenes: & quòd omnia mouentur, secundùm Heraclitum: aut quòd unum est ens, quemadmodum Melissus dixit (nam de quouis contraria opinionibus proferente, curam habere stultum est) aut de quibus orationem habemus contrariam opinionibus: ut quoniam non omne quod est, uel factum est, uel æternum, quemadmodum sophistæ dicunt. Nam musicum, grammaticum esse: neque factum, neque esse æternum. Hoc enim & si alicui non uideatur, uidebitur utique eò quòd rationem habeat suasibilem.* *Est igitur & positio quidem problema, non autem omne problema positio, eò quòd quædam problematum talia sunt, de quibus neutro modo opinamur. Quod autem est & positio problema, manifestum est: necesse est enim ex ijs quæ dicta sunt, aut plures sapientibus circa positionem dubitare, aut utroslibet sibimet, eò quòd opinio quædam admiranda positio est. Penè autem nūc omnia dialectica problemata, positiones uocantur. Differat autem nihil quomodolibet dictum: non enim nomen effingere uolentes diuisimus sic ea, sed ut non lateant nos, cùm quædam eorum sunt differentiæ.* *Non oportet autem omne problema, nec omnem positionem considerare, sed quam dubitabit aliquis eorum, qui ratione egent, & non pœna, uel sensu. Nam qui dubitant utrùm oporteat deos honorare, & parentes diligere, an non? pœna indigent: qui uerò utrùm*

*Hoc est, notorum, & domesticorum in philosophia.

Positio est alicuius magni philosophi admiranda opinio.

Problema dialecticum.

utrùm nix alba, au non? sensu. *Neque uerò quorum propinqua est demonstratio, neque quorum ualde longè: nam illa quidē non habent dubitationem: hæc autem magis quàm secundùm facultatem exercitatiuam.**

*Id est, dialecticam.

De speciebus differendi, dialecticæq; disputationis. CAPVT X.

DEterminatis autem his oportet diuidere, quot dialecticarum disputationum sunt species. Est autem inductio quidem hæc: illa autem syllogismus. *Et syllogismus quidem quid est, dictum est prius. Inductio uerò est à singularibus ad uniuersalia accessio: ut si est gubernator eruditus, optimus, & auriga: & omnis qui est eruditus in unoquoque, optimus.* *Est autem inductio uerisimiliter, & clarior, & secundùm sensum notior, & pluribus communis: syllogismus autem ualentior,* & ad contradicentes efficacior. Ergo genera de quibus disputationes, & ex quibus, quemadmodum antè dictum est, determinata sint.*

Inductio est à singularibus ad vniuersalia accessio.

*aliàs, uiolētior

De instrumētis, quibus syllogismorum copiam nobis ad differendum suppeditamus. CAPVT XI.

INstrumenta autem per quæ abūdemus syllogismis, sunt quatuor.* *Vnū quidem, propositiones sumere.* *Secundum autem, quotupliciter unumquodque dicitur, posse distinguere. Tertium, differentias inuenire.* *Quartum autem, similitudinis consideratio.* *Sunt autē & modo quodam tria horum propositiones. Est enim unumquodq; eorum propositionem facere: ut quod eligendum est honestum, uel delectabile, uel utile: & quòd differt sensus à disciplina, eò quòd amittenti eam, poßibile est rursum sumere, illum autem impoßibile. Et quoniam similiter se habet salubre*

*Instrumenta abundandi ad differendum. *aliàs, in syllogismis & in ductionibus.*

Disciplinam amissā possibile est rursus sumere, sensum autem minimè.

salubre ad sanitatem, & habile ad bonam habitudinem. Est *autem prima propositio, ab ijs quæ multipliciter dicuntur: secunda, à differentijs: tertia uerò, à similibus.*

De sumptione propositionum.

CAPVT XII.

ERgo *propositiones quidẽ eligendum quotquot modis determinatum est *in propositione: aut omnium opiniones proponenti, aut plurium, aut sapientum, & horum, uel omnium, uel plurimorum, uel notißimorum.* Aut etiã *contrarias apparentibus, & quæcunq; opiniones secundùm artem sunt: at oportet protendere contrarias apparentibus probabilibus, secundùm contradictionem: quemadmodum dictũ est prius.* Vtile autem *& facere eas in eligendo nõ solùm quæ sunt probabiles, sed & similes eis: ut quòd contrariorum idem est sensus: nam & scientia contrariorum est eadem.* Et quòd uidemus *suscipientes aliquid, non emittentes: nam & in alijs sensibus sic est, nã & audimus suscipientes aliquid, non emittentes: & olfacimus eodem modo: similiter autẽ & in alijs.* Amplius: *Quæcunq; in omnibus, uel plurimis uidentur, sumendum ut principium, & apparentem positionem: nam ponunt qui non conspiciunt, in aliquo non sic.* Eligere aũt oportet *& ex scriptis disceptationibus.* Descriptiones aũt *facere in unoquoque genere supponentes seorsum (ut de bono, aut de animali, & de bono omni) incipiẽtem à quid est.* Annotare autẽ *& singulorum opiniones, ut quòd* Empedocles *quatuor dixit elementa corporũ esse: ponet enim aliquis quòd ab aliquo probato dictum est. Sunt autẽ (ut figuraliter sit complecti) propositionum, & problematum partes tres: nam aliæ sunt morales propositiones, aliæ naturales, aliæ rationales.* Morales

Cap. 8. huius libri.

Contrariorum idem sensus, quia eadem est disciplina.

quidem huiusmodi, ut utrùm oporteat parentibus magis, an legibus obedire, si dissentiant. Rationales uerò, ut utrùm cõtrariorum eadẽ disciplina, an nõ. Naturales autem, ut utrùm mundus sit æternus, nec'ne. Similiter autem & problemata. At uerò quales sint singulæ earum quæ dictæ sunt, definitione quidem non facile aßignare est de ipsis. Est autem ea (quæ per inductionem est) assuetudine tentandum cognoscere unamquanq; earum, secundùm prædicta exempla consideranti. Ad philosophiam igitur, secundùm ueritatem de his negociandum: dialectico autem modo, ad opinionem. Sumendæ autem quàm maximè uniuersales propositiones omnes, & una facienda multæ: ut quòd oppositorum eadem disciplina: deinde quòd ad aliquid. Eodem modo & ipsæ rursum diuidendæ, quousq; contingere potest diuisio: ut quòd boni, & mali: & albi, & nigri: & frigidi, & calidi: similiter autem & in alijs. De propositionibus igitur sufficiant prædicta.

De multiplicis distinctione.
CAPVT XIII.

A modo contrariorum.

IPsum autem quotupliciter negociandum est, non solùm quæcunq; dicũtur secũdùm aliũ modum, sed & rationes eorum tentandum aßignare: ut non solùm quòd bonum alio quidem modo dicitur iustitia & fortitudo, habile aũt & salubre: sed quòd & illa quidem eò quòd ipsa qualia quædam sunt, hæc autem eò quòd effectiua alicuius, & non eò quòd qualia quædã sunt: similiter aũt & in alijs. Vtrùm autẽ multipliciter, aut uno modo specie dicitur, per hæc considerandum. Primum quidem in contrario perspiciendum, si multipliciter dicitur, siue specie siue nomine dissonet. Quædam enim statim & nominibus alia sunt: ut acuto in

uoce contrarium est graue: in magnitudine autem obtusum: patet igitur quòd contrarium acuto multipliciter dicitur: si autem hoc, et acutum. Nam secundùm utrunq; horum aliud erat contrarium: non enim idem acutum erit obtuso, & graui contrarium, utrique autem acutum contrarium. Rursum graui uoce quidem contrarium acutum, magnitudine autem leue: quare multipliciter graue dicitur, eò quòd & contrarium. Similiter autem & pulchro, & quidem quod in animali turpe: ei uerò quod est in domo, perniciosum: quare æquiuocum pulchrum. In quibusdam autem nominibus quidem nullo modo dissonat, specie autem manifesta in eis statim differentia est: ut in claro, & obscuro: uox enim clara, & obscura dicitur. Similiter autem & color. Ergo nominibus quidem nihil dissonant, specie autem manifesta in eis statim differentia est: nō enim similiter et color clarus dicitur, & uox clara: manifestum autem id est & per sensum: nam eorum quæ eadem sunt specie, idem sensus: at clarum quod est in uoce, & in colore, non eodem sensu iudicamus: sed hoc quidem uisu, illud autem auditu. Similiter autē & acutum, & obtusum in humoribus, & in magnitudinibus: sed hoc quidē tactu, illud autem gustu. Nam neq; hæc dissonant nominibus, neq; in seipsis, neq; in contrarijs: obtusum enim est contrarium utrique. Amplius: Si huic quidem est aliquid contrarium, illi autem simpliciter nihil: ut ei quæ est à potu delectationi, ea quæ est à siti tristitia, contrarium: ei autem quæ est ab eo quod est considerare quòd diameter est costæ incōmensurabilis, nihil: quare multipliciter delectatio dicitur. Et ei quidem quæ est secundùm mentem amare, odisse contrarium est: ei autem quæ est secundùm corporalem actum, nihil: manifestum ergo quoniam amare æqui-

Si vnū contrariorū est multiplex, tale & cōtrarium est.

Quædam contraria specie, et nō nomine.

Eorū quæ eadē sunt specie, idem sensus.

Locus ab iis, in quibus reperitur alterū cōtrarium.

Amare æquiuocum.

Loc⁹ à medijs tertius.

Clari λευκὸς albi, obscuri μελανος nigri.

Si huius cõtrarij est medium, illius autẽ nullum.

A priuatione, & habitu.

A causis.

Cognitionem γνώμην arbitrium, consequentiam.

uocum. Praeterea in medijs. Si huic quidem est aliquid medium, illi autem nihil. Aut si utrisque quidem est, non idem autẽ: ut clari, & obscuri in coloribus quidem aliquid est medium, fuscum: in uoce autẽ nihil. Aut si fortè raucum, quemadmodum quidam dicũt raucam uocem, medium esse: quare aequiuocum clarum: similiter & obscurum. Insuper si horum quidem plura media, illorũ autem unum, ut in claro & obscuro. Nam in coloribus plura media: in uoce autẽ unum, raucum. Rursum in eo quod secundùm contradictionem opponitur considerandum: si multipliciter dicitur. Nam si hoc multipliciter dicitur, & quod huic opponitur multipliciter dicetur. Vt non uidere multipliciter dicitur, unum quidem non habere uisum: alterum autem non operari uisu. Si autem hoc multipliciter dicitur, necessarium est & uidere multipliciter dici, utrique enim non uidere opponitur: ut ei quidem quod est nõ habere uisum, habere: illi autem quod non est operari uisu, operari. Amplius, in his quae secundùm priuationem, & habitum dicuntur, perspiciendum. Si enim alterũ multipliciter dicitur, & reliquum: ut si sensibile multipliciter dicitur, & secundùm animam & corpus, & insensibile multipliciter dicetur, & secundùm animam & corpus. Quòd autem secundùm priuationem & habitum opponuntur, quae dicta sunt, manifestũ: eò quòd nata sint utrunq; sensum habere animalia, & secundùm animũ, & secundùm corpus. Amplius autem in casibus considerandum. Nam si iustè multipliciter dicitur, & iustum multipliciter dicetur: secundùm utrunq; enim iustorum est iustum: ut si iustè dicitur & secundùm sui cognitionem iudicare, & ut oportet: similiter & iustum. Eodem autem modo & si salubre multipliciter dicitur, & salubriter multipliciter dicetur: ut si salu

si salubre dicitur hoc quidem sanitatis effectiuum, illud autem conseruatiuum, quoddam uerò significatiuum: & salubriter uel effectiuè, uel cõseruatiuè, uel significatiuè dicetur. Similiter autem & in alijs quãdo ipsum multipliciter dictũ fuerit, & casus ab eo multipliciter dicetur: & si casus, & ipsum. Consideranda autem & genera secundùm nomen prædicationum, si eadem sint nominibus. Nam si nõ eædem, manifestum est quoniam æquiuocum est quod dicitur: ut bonum in cibis quidem effectiuum est uoluptatis, in medicina autem effectiuum sanitatis, in anima uerò qualem esse: ut castam, uel fortem, uel iustam: similiter autẽ & in homine, aliquoties autẽ et quando ut in tempore bonum (bonum enim, dicitur in tempore) plerunque autem quantum in mediocri (dicitur enim & mediocre bonum) quare æquiuocum bonũ. Similiter autem & candidum: in corpore quidem color, in uoce autem bene audibile. Similiter autem & acutum: non enim similiter idem in omnibus dicitur: nam uox acuta quidẽ uelox (sicut dicunt, qui secundùm numeros armonici sunt) angulus autem acutus, qui minor est recto: gladius uerò, qui est anguli acuti. Consideranda etiam & genera eorum, quæ sunt sub eodem nomine, si diuersa, & non subalterna sunt: ut equus, hoc autem animal, & hoc uas: diuersa enim, quæ secundùm nomen est horum ratio: nam hoc quidem animal, quid significat: illud uerò uas, quale quid. Si autem subalterna sint genera, non necessarium diuersas esse rationes: ut corui animal, & auis genus est: quando autem coruum dicimus auem esse & animal: quid dicimus eundem esse: quare utraque genera de eodem prædicantur. Similiter autem & quando animal uolatile bipes coruum dicimus, auem dicimus eandem esse: & sic ergo utraque genera de coruo prædican

A generis nõie.

A positione generum.

dicantur, & ratio eorum. In non ſubalternis generibus non accidit hoc: neq; enim quando uas dicimus, animal dicimus: neq; quando animal, uas. Conſiderandum autem non ſolùm ſi in propoſito diuerſa ſunt genera, & non ſubalterna: ſed & in contrario. Si enim contrarium multipliciter dicitur, manifeſtum quoniam & propoſitum. Vtile autem ad definitionem inſpicere, quæ de compoſito fit: ut candidi corporis, & candidæ uocis: nam ſublato proprio, eandem rationem oportet relinqui. Hoc autem nõ accidit in æquiuocis, ut in ijs quæ nunc dicta ſunt: nam hoc quidem erit corpus habens talem colorem, illud autem uox bene audibilis: ſublato igitur corpore, & uoce: non idem in utraque relinquitur: at oportet ſi uniuocum eſſet cãdidum, quod in utraque dicitur eſſe idem. Sæpe autem & in ipſis definitionibus latet aſſequens æquiuocum: quapropter & in definitione conſiderandum. Vt ſi quis ſignificatiuum, uel effectiuum ſanitatis, quòd moderatè ſe habet ad ſanitatem, dicat eſſe, non refutandum: ſed inſpiciendum quid moderatè quidem ſecundùm utrunque dixit: ut ſi hoc quidem tale ſignificat ut facere ſanitatem, illud autem tale ut ſignificare qualis quidem ſit habitus. Adhuc ſi non comparabilia ſunt ſecundùm magis, & minus, uel ſimiliter: ut clara uox, clara ueſtis: & acutus humor, & acuta uox: hæc enim neque ſimiliter dicuntur clara, uel acuta, neque magis alterum: quare æquiuocum clarum, & acutum: nam uniuocum omne, comparabile: aut enim ſimiliter dicetur, aut magis alterũ. Quoniam autem diuerſorum generum, & nõ ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſpecies ſunt, & differentiæ: ut animalis, & ſcientiæ (diuerſæ enim horum differentiæ) conſiderandum ſi quæ ſub eodem ſunt nomine diuerſorum generum, & non ſubalt

[Margin notes:]

Si contrariorũ vnum eſt æquiuocum, eſt & alterum æquiuocum.

Locus à comparatiõe ſignificatorum.

Idẽ in antepræ dicamentis capite iiij.

A differentia.

ſubalternorum diuerſæ differentiæ ſint, ut acutum uocis, & magnitudinis: differt enim uox à uoce eò quòd acuta ſit: ſimiliter & magnitudo à magnitudine: quare æquiuocū acutum: diuerſorum enim generum, & non ſubalternorum diuerſæ differentiæ ſunt. Rurſum *ſi eorundē, quæ ſunt ſub eodem nomine, diuerſæ differentiæ ſunt: ut coloris qui eſt in corporibus, & in melodijs.* Nam *eius, qui eſt in corporibus, cōgregatiuum, & diſgregatiuum uiſus: eius uerò qui in melodijs, non eædem differentiæ: quare æquiuocum color: nam eorundem, eædem differentiæ.* Amplius, *quoniā ſpecies nullius eſt differentia: inſpicere oportet, ſi eorum, quæ ſub eodem ſunt nomine, hoc quidem ſpecies eſt, illud autem differentia: ut clarum, quod in corpore quidem, ſpecies coloris: quod autem in uoce, differentia.* Differt *enim uox à uoce, eò quòd clara ſit.* De *eo igitur quod multipliciter dicitur per hæc, & huiuſmodi perſpiciendum.*

Color in melodijs, q & chirome: eſt cùm tetrachorda procedunt per duo hemitonia, & trihemitoniū. Id autē ex muſicis.

De differentiarum inuentione, ſimiliū conſideratione, & vtilitatibus inſtrumentorum.

CAPVT XIIII.

Differentias autem in ipſis generibus ad ſeinuicē perſpiciēdū: ut quo differt iuſtitia à fortitudine, & prudentia à tēperantia: hæc enim omnia ex eodē genere ſunt, ex uirtute. Et *ex alio ad aliud, ut in ijs quæ non nimium differunt: ut in quo differt ſenſus à ſcientia: nam in ijs quæ multum differūt, manifeſtæ ſunt omnino differentiæ. Similitudinem autem conſiderandum, in ijs quæ ſunt in diuerſis generibus: ut ſicut alterum ad alterum quidem, ſic aliud ad aliud: ut ſicut ſcientia ad ſcibile, ſic ſenſus ad ſenſibile: & ut alterum in altero aliquo, ſic aliud in alio: ut quemadmodum uiſus in oculo: mens in anima: & ut tranquillitas in mari,*

Differentiarū inuentio.

Similium conſideratio.

ſerenitas in aëre: utrũq; enim quies. Maximè aũt in iјs, quæ multũ diſtant exerceri oportet: facile enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere. Conſiderandum aũt & ea, quæ ſub eodẽ ſunt genere, ſi quid ineſt omnibus idẽ: ut homini, & equo, & cani: nã ſi ineſt aliquid eis idem, in eo ſunt ſimilia. Vtile aũt ipſum quidẽ: quod quotupliciter dicitur, conſideraſſe, ad diluciditatẽ: maximè aũt quis ſciet quid ponatur: manifeſto facto quotupliciter dicitur. Et ad fieri ſecundùm rem eandẽ, & nõ ad nomẽ ſyllogiſmos: ſi enim immanifeſtũ ſit quotupliciter dicitur, cõtingit nõ ad idẽ etiam qui reſpondet, & qui interrogat, ferre intellectũ: manifeſto aũt quotupliciter dicitur, & ad quid ferens ponat, ridiculus uidebitur interrogans eſſe, ſi non ad hoc ſermonem faciat.

A ſpecie.

Vtilitates conſideratiõis multiplicis.

Vtile etiã, & ut nõ falſa ratione decipiamur, ſed decipiamus potius: nã ſciẽtes quotupliciter dicitur, non allucinabimur, ſed ſciemus ſi non ad idẽ ſermonẽ faciat is, qui interrogat, & ipſi interrogãtes poterimus apparẽti ratiocinatione fallere, niſi is qui reſpondet, agnoſcat quotupliciter dicitur. Hoc nõ in omnibus ſemper poßibile, ſed quãdo fuerint eorũ, quæ multipliciter dicuntur, alia quidem uera, alia autẽ falſa. Eſt autem propriè non conueniens modus hic dialecticæ: quare omnino uitanda dialecticis huiuſmodi ad nomẽ diſputatio, niſi quis aliter non poßit de propoſito diſſerere.

Vtilitates inuẽtionis differentiarum.

Differẽtias aũt inuenire utile, & ad ſyllogiſmos de eodem, & diuerſo, & ad cognoſcendũ quid eſt unumquodq;. Quòd aũt ad ſyllogiſmos de eodẽ, & diuerſo utile, manifeſtum: inuenientes enim differentiã propoſitorum quamlibet, oſtendẽtes erimus, quoniã non idẽ. Ad cognoſcendũ aũt quid eſt unũquodq;, eò quòd propriã ſubſtantiæ cuiuſq; rationẽ: iјs, quæ circa unumquodq; ſunt, accõmodatis differentiјs

rentijs separare solemus. Similitudinis autē cōsideratio utilis est ad inductiuas ratiōes, & ad syllogismos ex suppositione, & ad aßignationē definitionū. Ad inductiuas quidē rationes, eò quòd circa singula in similibus inductione, uniuersale existimamus inducere: non enim facile est inducere ignorātes similia. Ad syllogismos ex suppositione, eò quòd probabile est quemadmodū in uno similiū se habet, sic & in reliquis. Quare ad quodcūq; eorū facultatem habebimus disputādi: profitebimur quemadmodū in his se habet, sic & in proposito habere. Id enim ostendētes, & propositū ex suppositione ostendentes erimus: supponentes enim quomodo in his se habet, sic & in proposito se habere demonstrationē faciemus. Ad definitionū autē aßignationē, eò quòd potentes conspicere quid in unoquoque idē, non dubitabimus ad quid oporteat genus (cùm definiemus propositum) collocare: nam cōmunium quod maximè in eo quod quid prædicatur, genus erit. Similiter autem & in multùm distantibus utilis ad definitiones similitudinis consideratio: ut quod idē trāquillitas in mari, & serenitas in aere: utrūq; enim quies: & quoniā punctū in linea, et unitas in numero: utrumq; enim principiū: quare cōmune in omnibus genus aßignātes, arbitrabimur non extraneè definire. Penè autem & definiētes sic solent aßignare: nam & unitatem, principium numeri dicūt esse: & punctum, principium lineæ. manifestum igitur quoniā ad cōmune utrorumq; genus collocant. Instrumēta itaq; per quæ sunt syllogismi, hæc sunt: loci autē, ad quos utilia sunt prædicta, ij sunt qui dicendi sunt.

Vtilitates considerationis similium.

Hypothesis

A multùm distantibus.

Primi Libri Topicorum.

FINIS.

IN TOPICORVM Librum II. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

N LIBRO secundo loci tractantur absoluti accidentis, siue ad refellendum, siue sit ad asserendum. Loci autem sunt hi ferè. Non est accidens interdum, quod ut accidens enunciatur. Subiectum seorsum capitur ab accidenti, seorsumque definitur. Transfertur problema ad uniuersalem propositionem. quæritur quid ipsi obijciatur. Decernitur, quibus appellationibus multitudinem sequi, quibus inde recedere oportet. Distinguenda æquiuocatio, sed & ambiguitas, obscuris infundenda lux: generis inspicienda contraria, sed & propositi generis species. utendum definitione, consequentia, tempore: reuocandum problema illuc, ubi argumentationes circunfluant: uestiganda quæ sequuntur. Inspiciendum, quo affirmatio ac negatio differāt. Eruenda etymologia: pensanda quæ cui necessario, quæ secus competunt. Complectenda omnino multiuoca, contrariorum connexio, & opposita quælibet, & conserta, & consertis obuia, & generationes corruptionesque, & propositionum consequentiæ. præterea quod magis, quod minus, quod æque sit. & appositio: & quod aliquatenus, & quando, & ubi.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER II.

De problematis vniuersalibus, & in quibus prædicatis inesse, & esse conuertuntur.

CAPVT I.

VNT autem problematum hæc quidem uniuersalia, illa uerò particularia: uniuersalia quidem, ut omnis uoluptas bonum est, & nulla uoluptas bonum: particularia uerò, ut aliqua uoluptas bonum, & aliqua uoluptas non bonum. Sunt autem ad utraque genera problematum, cõmunia uniuersalia: & constructiua, & destructiua. Ostendentes enim quod omni inest, & quod alicui inest ostendentes erimus: similiter autem & si quod nulli inest ostenderimus, & quod non omni inest ostendentes erimus. Primùm *ergo de uniuersalibus destructiuis dicendum, eò quòd communia sint huiusmodi ad uniuersalia, & particularia, & quia magis positiones afferant in eo quod inest, quàm non: disputantes autem destruant.* Est *autem difficilimum conuerti ab accidente propriam nominationem.* Nam *aliquo modo & non uniuersaliter in solis contingit accidentibus, à definitione enim, & proprio, & genere necessarium est conuerti: ut si inest alicui animal greßibile bipes esse, conuertentem uerum erit dicere, quoniam illud animal greßibile bipes est. Similiter autem à genere: nam si animal inest*

Problematum diuisio.

Quod cõstruit vniuersale, cõstruit particulare.

A cõuersione.

A definitione.

A genere.

A proprio. *inest alicui, animal est. Eodem autem modo & in proprio est: si enim alicui inest grammatices susceptiuum esse, grammatices susceptiuum erit. Nam nihil horum contingit secundùm quid inesse, uel non esse: sed simpliciter uel inesse, uel nõ inesse. In accidentibus autem nihil prohibet secundùm quid inesse, ut albedinem, uel iustitiam. Quare non sufficit ostendere quoniam inest albedo, uel iustitia, ad ostẽdendum quòd albus, uel iustus est: nam habet dubitationem, quoniam secundùm quid albus, uel iustus est, quapropter non necessarium est in accidentibus conuerti. Determinare autem oportet & peccata, quæ sunt in problematibus: nam sunt duo, uel in eo quod falsum dicunt, uel in eo quod transgrediuntur positam locutionem. Falsum etenim dicentes, & qui quod nõ inest, inesse alicui dicunt, peccant: & qui extraneis nominibus res appellãt (ut* platanum hominem) transgrediuntur positam nominationem.*

Platanus arbor est genialis, & voluptaria, foliorũ densissima vmbra magnæ capacitatis, quę vino radicibus infuso nutritur: hinc si quis hominem qꝫ vino quoqꝫ nutriatur, Platanũ vocet, vocabulo, vt inquit Aristoteles, abutetur.

Loci problematum quòd quicquam insit, vel non insit.

CAPVT II.

Primus locus, declaratio.

VNus autem locus est inspicere, si quid secundùm aliquem alium modum inest: ut accidens aßignauit. Peccatur autem maximè id circa genera: ut si quis albo dicat accidere colorem esse: non enim albo colorem esse accidit, sed genus eius color est. Contingit autem & secundùm nominationem determinare eum qui ponit: ut quod accidit iustitiæ uirtutem esse. Sæpe autem & cùm non determinet, manifestum quòd genus ut accidens aßignauit: ut si quis albedinem colorari dixerit, uel ambulationem moueri. à nullo enim genere denominatiuè prædicatio de specie dicitur: sed omnia uniuocè genera de speciebus prædicantur: nam

nam & nomen, & rationem generum suscipiunt species: qui igitur coloratum dixit album, neque genus aßignauit, quoniam denominatiuè dixit: neque ut proprium, uel ut definitionem: nam definitio, & proprium nulli alij inest, sunt autem colorata & pleraque aliorum, ut lignum, lapis, homo, equus. manifestum igitur quoniam ut accidēs aßignauit.

2. locus. declaratio.

Alius locus est inspicere ea, quibus inesse aut omnibus, aut nulli dictum est: & considerare secundùm species, & non in infinitis. Nam transitu magis, & in paucioribus consideratio: oportet autem considerare, & incipere à primis, deinde consequenter usque ad indiuidua: ut si oppositorum eandem disciplinam quis dixerit esse, perspiciendum si eorum quæ sunt ad aliquid, & contrariorum, & quæ secundùm priuationem & habitum, & quæ secundùm contradictionem dicuntur eadem sit disciplina: & si in his nondum manifestum est, rursum ea diuidendum usque ad indiuidua: ut si iusti, uel iniusti, uel dupli, uel dimidij: uel cæcitatis, uel uisus: uel esse, uel non esse. Nam si in aliquo ostendatur quòd non eadem, interimentes erimus problema: similiter autem & si nulli inest: iste autem locus conuertitur ad construendum & destruendum. Si enim in omnibus uideatur cùm diuisionem proferimus, uel in pluribus, postulādum est autem uniuersaliter ponere, aut instantiam ferre in aliquo non sic esse: nam si neutrū horum faciat, absurdus apparebit, qui nō ponet.

Hic loc⁹ est cō structionis & destructionis.

3. locus. declaratio. A definitione.

Alius est, definitiones facere accidentis, & eius cui accidit, aut utriusq; de utroque, aut alterius: deinde considerare si quid non uerum in definitionibus perinde ac uerum sumptū sit. Vt si est Deum iniustitiā facere, quid iniustitiā facere. si enim nocere sponte, manifestum, quoniam non est Deum iniustitiam facere, non enim contingit nocere Deum:

& si

& si inuidus sit studiosus, quis inuidus, & quæ inuidia.

Quid inuidia. *Nam si inuidia est tristitia in apparenti prosperitate alicuius proborum, manifestum est quòd studiosus non est inuidus, prauus enim esset: & si indignans inuidus, quis uterque eorum: sic enim manifestum erit utrùm uerum, an falsum sit, quod dictum est: ut si inuidus quidem sit, qui tristatur in bonorum prosperitatibus: indignans autem, qui in malorum prosperitatibus tristatur, manifestum quòd non erit inuidus indignans. Sumere autem & pro ijs (quæ in definitionibus sunt) nominibus definitiones, & non desistere donec ad notum deuentum sit: nam sæpe cùm tota quidem definitio aßignata sit, non manifestum est quod quæritur: pro aliquo autem eorum (quæ in definitione sunt) nominum, definitione dicta, manifestum fit.*

4. locus, Declaratio. Ab instantia. *Amplius, problema propositionem sibi facientem, instare. Nam instantia erit argumentum ad positionem. Est autem locus hic penè idem ei, quo considerare quibus inesse, uel omnibus, uel nullis dictum est: differt autem modo.*

5. locus, Declaratio. *Amplius, determinare quæ oportet dicere ut plures: & quæ non. Vtile enim & ad construendum, & ad destruendum: ut quod nominationibus quidem res nuncupandum ut plures: quæ autem sunt, taliáne, an non talia, non amplius attendendum ad plures: ut salubre quidem dicendum effectiuum sanitatis, ceu plures dicunt, utrùm autem propositum effectiuum sit sanitatis: an non, non amplius ut plures dicendum, sed ut medicus.*

6. locus, Declaratio. A multiplici, constructioni & destructioni aptus. *Amplius, si multipliciter dicatur, positū autē sit quoniam inest, aut quoniā non inest: alterum monstrare eorū quæ multipliciter dicuntur, si non utraq; contingat. Vtendum autē in ijs quæ latent: nam si nō lateat multipliciter dictum, instabit quoniam non*

monstra

monstratum est id quod ipse dubitabat, sed alterum. Hic autem locus conuertitur & ad construendum, & ad destruendum: nam construere uolentes ostendemus quoniam alterum inest: si non ambo poterimus: destruentes autem quoniam non inest alterum ostendemus, si ambo nō poterimus: ueruntamen destruenti quidem nihil oportet ex concessione disputare, neq; si omni, neq; si nulli dictum sit inesse: nam si ostenderimus quoniam non inest quodcunq; id sit, interimentes erimus omni inesse: similiter autem & si uni ostēderimus inesse, interimemus nulli inesse. Construentibus autem præconfitendum, quod cuiuis inest, omni inest, si uerisimile sit postulatum. Non sufficit enim ad ostendendum quòd omni inest, in uno disputasse: ut si hominis anima immortalis est, propter hoc, anima omnis immortalis: quare præconfitendum, quòd si quæcunq; anima immortalis, omnis immortalis: hoc autem non semper faciendum, sed quando non facilè possumus communem in omnibus unam rationem dicere: quemadmodum geometer, quòd triangulus duobus rectis æquos habet tres angulos.

Si autem non lateat quòd multipliciter dicitur: diuisum quotupliciter dicitur & interimendum, & construendum. Vt si decens est utile, aut honestum, tentandum ambo construere, uel interimere de proposito: ut quod honestum, & quod utile, uel quod neq; honestum, neque utile. Si autem non contingat utraque, alterum ostendendum, annotato quòd hoc quidem est, illud autem non: eadem autem ratio, etiam si plura sint, in quæ diuiditur. Rursum quæcunque non secundùm æquiuocationem dicuntur multipliciter, sed alio modo. Vt disciplina una plurium, aut ut finis, aut ut eius quod ad finem: ut medicina eius quod

Septimus locus. Declaratio. A multiplicis diuisione.

Octauus. Declaratio.

A fine et medio atq; accidente.

quod sanitatem facit, ut quod cibat, aut ut amborum finium uelut cõtrariorum eadem disciplina (nihil enim magis finis alterum altero) aut ut eius quod per se est, & eius quod per accidens: Vt per se quidem quòd triangulus duobus rectis æquales habet tres angulos: per accidens autem, quòd æquilaterus: quoniam enim accidit triangulo, æquilaterum triangulum esse, per hoc cognoscimus quòd duobus rectis æquales habet. Si ergo nullo modo contingit eadem esse plurium disciplinam, manifestum quoniam omnino non cõtingit esse: aut si aliquo modo contingit, manifestum quod contingit. Diuidere autem quotupliciter, utile: ut si uoluerimus construere, talia præstatuenda sunt quæcunque contingunt, & diuidendum in ea tantùm, quæcunque utilia sunt ad construendum. si autem destruere, quæcunq; non contingunt, reliqua uerò omittenda. Id autem faciendum in ijs cùm latuerit quotupliciter dicuntur: & esse hoc quidem huius aut non esse, ex eisdem locis astruendum: ut disciplinam, huius quidem aut ut finis, aut ut eorum quæ sunt ad finem, aut ut eorum quæ sunt secundùm accidens, *uel rursum non esse aliquid secundùm aliquem dictorum modorum: eadem autem ratio, & in desiderio, & quæcunque alia dicuntur plurium. Est enim desiderium huius aut ut finis, ut sanitatis: aut ut eorum quæ sunt ad finem, ut medicinæ conficiendæ: aut ut eorum quæ sunt secundùm accidens, ut in uino amicum dulce, non quia uinum, sed quia dulce est: nam per se dulce desiderat, uinum autem per accidens: si enim austerum fit, non amplius desiderat: per accidens ergo desiderabat. Vtilis autem locus hic & in ijs quæ sunt ad aliquid, penè enim talia ea, quæ ad aliquid sunt. Amplius, transferre ad euidentius nomen. Vt pro exacto in opinione clarum,

*alias, aut ut eorum quæ sunt per se, aut ut eorum quæ sunt secundùm accidens.

Nonus. Declaratio.

clarum, & pro curiositate cupiditas superfluarũ rerum: euidentiori enim facto quod dictum est, bene argumentabilis est positio. Est autem hic locus ad utrunq; communis: ad construendum, & ad destruendum. Ad ostendendum autem contraria circa idem inesse, considerandum in genere. Vt si uolumus ostendere quòd est circa sensum rectitudo, & peccatum: sentire quidẽ iudicare est, iudicare autẽ est rectè, & non rectè, & circa sensum erit rectitudo, & peccatum: nunc ergo ex genere circa speciem demonstratio fit: nam iudicare est genus sentire: qui nanq; sentit, aliquo modo iudicat. Rursum, ex specie generi: quaecunq; enim speciei insunt, & generi. Vt si disciplina praua est, & studiosa, & dispositio praua, & studiosa: nam dispositio, disciplinae genus. Primus autem locus falsus est ad cõstruendum, secũdus autẽ uerus: nõ enim necessarium quaecunq; generi insunt, & specie inesse: nam animal est uolatile, & quadrupes, homo autem non. quaecunq; uerò speciei insunt, necessariò & generi: si enim homo studiosus, & animal studiosum est. Ad destruendum autem & primus quidem uerus, secundus autem falsus: quaecũq; enim generi non insunt, neq; speciei: quaecunq; uerò speciei non insunt, non necesse est generi nõ inesse. Quoniã autem necessarium de quibus genus praedicatur, & specierum aliquam praedicari: & quaecũq; habẽt genus, uel denominatiuè dicũtur à genere, & specierum aliquam habere necesse est, uel denominatiuè ab aliqua specierum dici. Vt si de aliquo disciplina praedicatur: & grammatica, uel musica, uel aliqua disciplinarum aliarum praedicabitur: & si aliquis habet disciplinam, uel denominatiuè à disciplina dicitur, & grãmaticam habebit, aut musicam, aut aliquam aliarum disciplinarum, uel deno-

Ab euidentiore appellatiõe.

Decimus. Declaratio.

A genere.

Vndecimus. Declaratio. A specie.

Duodecimus. Declaratio.

A genere & a specie.

minatiuè ab aliqua earum dicetur, ut grammaticus, uel musicus: si igitur aliquid dictum à genere quoquo modo, ut animam moueri, considerandum est si secundùm aliquam specierum motus contingit animam moueri: ut augeri, uel minui, uel corrumpi, uel generari, aut quæcunque aliæ motus species sunt: nam si secundùm nullam, manifestum est quod non mouetur. Hic autem locus communis ad utrunque, & ad construendum, & ad destruendum: si enim secundùm aliquam speciem mouetur, perspicuum est quoniam mouetur: & si secundùm nullam specierum mouetur, manifestum quòd non mouetur.

Decimustertius
Declaratio.

Cùm autem facultas non aßit argumentationis ad positionem, intendendum ex definitionibus aut quæ sunt propositæ rei, uel quæ uideantur, & si non ab una, etiam à pluribus. Facilè enim definientibus argumentari erit: nam ad definitiones, facilis argumentatio.

Decimus quartus.
Declaratio.

Considerandum autem in proposito, quoniam existente necesse est positum esse, aut quid est ex necesßitate, si propositum est. Construere quidem uolenti, quo existente propositum erit ex necesßitate: nam si illud ostendatur esse, & propositum ostensum erit: destruere autem uolenti, quid est si propositum est: nam si ostenderimus consequens propositum, non esse: interimentes erimus propositum.

Decimus quintus.
Declaratio.

Amplius, ad tempus inspiciendum si alicubi dißonat. Vt si quod nutritur, dixerit quis ex necesßitate augeri: nutriuntur enim semper animalia, augentur autem non semper. Similiter autem & si scire dixerit quis reminisci: hoc enim præteriti temporis est, illud autem præsentis, & futuri: scire enim dicimur præsentia, & futura, ut quoniam erit solis defectus, reminisci autem non contingit aliud quàm præteritum.

Decimus sextus.
Declaratio.

Amplius,

sophisti

sophisticus modus ducere ad id, ad quod plurimam habemus argumentorum facultatem. Hoc autem erit quandoque quidem necessarium, quandoque autem apparens necessarium, quandoque autem neque apparens, neque necessarium: necessarium quidem, quando negante eo qui respondet aliquid utilium ad positionem, ad illud rationes facit: contingit autem id talium esse ad quæ copiosam argumentorum facultatem habemus, similiter autem & quando inductionem ad aliquid per positum faciens, interimere conatur: hoc enim interempto, & propositum interimitur. Apparens autem necessarium est, quando uidetur quidem utile: & accommodum positioni: non est autem ad id ad quod fiunt disputationes, siue negante eo qui disputationem sustinet, siue ab inductione probabili, per positionem ad idem factam interimere conetur idipsum: reliquum uerò quando nec necessarium est, nec apparens ad id ad quod fiunt disputationes, & sine causa accidit redarguere respondentem. Oportet autem deuitare postremum dictorum modum: omnino enim semotus, & extraneus uidetur esse à dialectica. Quare oportet & respondentem non grauiter ferre, sed ponendo quæ non utilia sunt ad positionem significare quæcunque non uidentur. ponit tamen: nam magis perplexos esse ut plurimùm contingit eos, qui interrogant, quando omnia huiusmodi ab eis posita fuerint, si non concludunt. Amplius, omnis qui dixit unumquoduis, quodam modo multa dixit: eò quòd plura unicuique ex necessitate consequentia sunt (ut qui hominem dixit esse, & quòd animal est dixit, & quòd animatum, & quòd bipes, quod'que mentis, & disciplinæ susceptiuum) quare quouis uno consequentium interempto

A facultate copiosa argumentorum.

17. declaratio.

empto, interimitur & quod in principio est: cauere autem oportet in huiusmodi, difficilioris assumptionem facere.

18. declaratio. *Nam quandoque facile est consequens interimere, quandoque idipsum propositum. Quibuscunque autem necesse est alterum tantum inesse, uel non inesse, ut homini ægritudinem, uel sanitatem: si ad alterum facilè poterimus disputare quod inest, uel non inest, & ad reliquum facilè poterimus. Hoc autem conuertitur ad utrunque: ostendentes enim quod inest alterum, quod non inest reliquum ostendentes erimus: si autem quod non inest ostendamus, reliquum inesse ostendētes erimus: manifestum igitur quòd ad utrunque utilis hic locus est.*

19. declaratio. *Amplius argumentari transferendo nomen in orationem: cùm longe magis consentaneum uisum fuerit transsumere quàm ut ponitur nomen. Vt magnanimum non fortem (ut ponitur) sed magnum animum habētem: quemadmodum fidentem, bona sperantem. Similiter autem & ingeniosum, cuius fuerit genius studiosus. quemadmodum Xenocrates inquit, ingeniosum eum esse, qui animam sortitus est studiosam: ipsam enim unicuique esse genium.*

20. declaratio. A positiōe vni us pro altero. *Quoniam autem rerum aliæ quidem sunt ex necessitate, aliæ autem ut in pluribus, aliæ uerò utrunlibet, si quod ex necessitate est, ut in pluribus ponatur, aut quod ut in pluribus, ex necessitate: aut ipsum, aut contrarium ei quod est in pluribus, semper dat locum argumentationis. Nam si quod ex necessitate est, ut in pluribus ponatur: manifestum quoniam non omni dicit inesse, cùm insit omni: quare peccauit: siue, quod ut in pluribus dicitur, ex necessitate dixit, omni dixit inesse, cùm non insit omni: similiter autem & si contrarium ei quod in pluribus est, ex necessitate dixit,*

ſemper enim in paucioribus dicitur contrarium ei, quod eſt ut in pluribus: ut ſi,ut in pluribus praui homines,boni in paucioribus, quare multò magis peccauit, ſi bonos ex neceßitate dixit eſſe: ſimiliter autem & ſi quod utrunlibet eſt,ex neceßitate dixit, uel ut in pluribus: neque enim ex neceßitate utrunlibet, neque ut in pluribus: contingit autem & ſi non determinans dixerit utrum ut in pluribus, an ex neceßitate dixit: ſit autem res ut in pluribus: diſputare, ut ſi ex neceßitate is dixerit. Vt ſi prauos exhæredandos dixit eſſe, non determinans: tanquam ex neceßitate is dixerit, diſputare. Amplius, & ſi idem ſibi accidens poſuerit ut alterum, eò quòd alterum ſit nomen. 11. declaratio. *Quemadmodum Prodicus diuidebat uoluptates, in gaudium,& iucunditatem, & lætitiam: hæc enim omnia eiuſdem (id eſt uoluptatis) nomina ſunt: ſi ergo aliquis gaudere, ei quod eſt lætari ponat accidere,idem utique ſibijpſi dicet accidere.*

De eiſdem terminandis problematis,loci alij.

CAPVT III.

QVoniam autem contraria connectuntur quidem ſibijnuicem ſex modis, contrarietatem autem faciunt quadrupliciter complexa: oportet accipere contratria quocunque modo utile fuerit & deſtruenti & conſtruenti. 12. declaratio. *Quòd autem ſex modis complectũtur,manifeſtum: nam aut utrũque contrariorum utrique contrariorum connectitur, hoc autem dupliciter, ut amicis benefacere, & inimicis malè, uel econuerſo, amicis malè, & inimicis bene: aut quando utraque de uno: dupliciter autem & hoc ut amicis benefacere, & amicis malè, uel inimicis be-*

nefacere, & inimicis malè: aut unum de utrisque, & hoc quoque dupliciter, ut amicis bene, & inimicis bene: uel amicis malè, & inimicis malè. Primæ autem duæ dictæ complexiones non faciunt contrarietatem: nam id quod est amicis benefacere, ei quod est inimicis malè facere, non est contrarium, utraq; enim eligenda sunt & eiusdem moris: neque id quod est amicis malè, ei quod est inimicis bene: nam & hæc utraque fugienda, & eiusdem moris. Non uidetur autem fugiendum fugiendo contrarium esse, nisi hoc quidem secundùm superabundantiam: illud autem secundùm defectum dictum sit. Nam superabundantia fugiendorum uidetur esse: similiter autem & defectus. Reliqua uerò quatuor omnia faciunt contrarietatem: nam id quod est amicis benefacere: ei quod est amicis malè, contrarium: nam à contrario more sunt, & illud quidem eligendum, hoc autem spernendum. similiter autem & in alijs. Nam in unaquaque coniugatione unum eligendum, & alterum fugiendum: illud quidem boni moris, hoc autem praui. Manifestum igitur ex ijs quæ dicta sunt, quòd eidem plura contraria accidunt fieri: nam ei quod est amicis benefacere, id quod est inimicis benefacere: & id quod est amicis malè, contrarium est. Similiter autem & aliorum singulis quibusque eodem modo considerantibus, duo contraria apparebunt: accipere igitur contrariorum quodcunque, erit ad positionem utile.

23. declaratio. Amplius si est aliquid contrarium accidenti, considerandum est si inest ei, cui dictum est accidens inesse. Nam si hoc inest, illud non inerit: impossibile enim simul contraria eidem inesse.

24. declaratio. Aut si quid tale dictum est de aliquo, quod cùm sit, necesse est contraria inesse: ut si ideas in nobis quis dixerit esse. Nam & moueri, &

quiescere easdem accidet, & etiam sensibiles, & insensibiles esse. nam uidentur ideæ quiescere, & immobiles, & intelligibiles esse ijs, qui ponunt ideas esse. attamen cùm sint in nobis, impoßibile est immobiles esse. nam motis nobis, necessarium est & quæ in nobis sunt omnia, simul moueri. manifestum autem quoniam & sensibiles, si in nobis sunt: nam per sensum qui circa uisum est, eam quæ in unoquoq; est formam cognoscimus. Rursum, *si positum est accidens, cui est aliquid contrarium: considerandum si & contrarij susceptiuum, quod & accidentis est.* Nam *idem contrariorum susceptiuum: ut si odium hærere iræ quis dixerit, erit odium in furoris specie, illic enim ira: inspiciendum igitur si & contrarium in furoris specie, an in concupiscentia: nam si non, sed in concupiscibili est, non cohæret odium iræ. Similiter autem & si concupiscibile, ignorare dixerit: nam erit & disciplinæ susceptiuum, siquidem & ignorantiæ: quod quidem non uidetur, concupiscibile susceptiuum esse disciplinæ.* Destruenti *ergo quemadmodum dictum est utendum: astruenti uerò quod inest quidem accidens non utilis locus, quod autem contingit inesse utilis.* Ostendentes *enim quòd non susceptiuum est contrarij, ostendentes erimus quòd neque inest accidens, neq; contingit inesse: si autem ostenderimus quòd inest contrarium, aut quòd susceptiuum est contrarij, nondum ostendentes erimus quòd & accidens inest, sed quòd contingit inesse in tantum solum ostensum erit.* Quoniam *autem oppositiones sunt quatuor, considerandum ex cotnradictionibus, econuerso ex consequentia, & interimenti, & construenti. Sumere autem est inductione: ut si homo, animal: non animal,*

Motis nobis necesse est omnia moueri quę in nobis sunt.

15. Locus. Declaratio.

16. Locus. Declaratio.

mal, non homo: similiter autem & in alijs. Hic enim econuerso consequentia: nam hominem, animal sequitur: non hominem autem, non animal, nequaquam, sed econuerso, non animal, non homo. In omnibus igitur tale est existimandum. ut si bonum, suaue: & non suaue, non bonum. si autē non hoc, nec illud. similiter autem & si non suaue, non bonum: bonum, suaue. Manifestum igitur quòd utrumque conuertitur: quæ secundum contradictionem est consequentia econuerso facta.

Bonum sequitur suaue.

27. Locus, Declaratio. In contrarijs autem considerandum si contrarium, contrarium sequatur, an contra seipsa consequentia, an econuerso, & interimenti, & construenti. Sumere autem & talia est ex inductione quantum utile est, contra ipsum consequentia est, ut in fortitudine, & timiditate: nam illam quidem sequitur uirtus, hanc autem uitium: & illam quidem sequitur eligendum, hanc autem fugiendum: igitur contra seipsa & horum consequentia: contrarium enim eligendum fugiendo: similiter autem & in alijs. Econuerso autem consequentia, ut bonam quidem habitudinem sanitas sequitur, malam autem habitudinem ægritudo nequaquam, sed ægritudinem mala habitudo: manifestum igitur quoniam econuerso in his consequentia fit. Raró autem econuerso accidit in contrarijs, sed in pluribus in seipsa consequentia: si ergo neque contra seipsa contrarium sequitur contrarium, neque econuerso, manifestum quoniam neque eorum quæ dicta sunt alterum sequitur alterum: si autem in contrarijs, & in ijs quæ dicta sunt necesse alterum sequi alterum.

A contrariorū consequentia.

28. Locus. Declaratio. Similiter autem contrarijs, & in priuationibus, & habitibus respiciendum. Veruntamen non est in priuationibus econuerso: sed contra seipsa consequentiam necessarium est semper fieri:

fieri: ueluti uisum sequi sensum, cæcitatem autem insensi-
bilitatem: opponitur enim sensus insensibilitati, ut habi-
tus & priuatio: nam illud horum quidem habitus, hoc
autem priuatio est. Similiter autem habitui & priuatio-
ni, & in ijs quæ sunt ad aliquid, utendum: contra seipsa
enim, & horum consequentia, ut si triplum multiplum,
& subtriplum submultiplum dicitur: dicitur enim tri-
plum quidem ad subtriplum, multiplum autem ad sub-
multiplum. Rursus, si scientia opinio: & scibile opina-
bile: & si uisus sensus, & uisibile sensibile. Instan-
tia, quòd non necesse est in ijs, quæ sunt ad aliquid conse-
quentiam fieri, quemadmodum dictum est: nam sensibile
scibile est, sensus autem non est scientia. Non tamen uera
instantia uidetur esse: multi enim non dicunt sensibilium
esse scientiam. Insuper autem ad contrarium non minus
utile quod dictum est: ut quòd sensibile non est scibile,
neq; enim sensus scientia. Rursus in coniugatis, & in 19 Locus. Declaratio.
casibus: & interimenti, & construenti. Dicuntur autem
coniugata huiusmodi, ut iusta, & iustus iustitiæ: & for- A coniugatis. & casibus.
tia, & fortis fortitudini. Similiter autem effectiua, & con-
seruatiua, coniugata illi cuius sunt effectiua, & conserua-
tiua, ut sanatiua sanitatis, habituatiua habitudinis: eodem
autem modo & in alijs: coniugata igitur talia solent dici.
Casus autem, ut iustè, & fortiter, & sanatiuè, habituati-
uè: & quæcunq; eodem modo dicuntur. Videntur autem &
quæ sunt secundum casus, cõiugata esse, ut iustè iustitiæ, &
fortiter fortitudini. Cõiugata autẽ dicũtur secundũ eandem
coniugationem omnia, ut iustitia, iustus, iustũ, iustè: manife-
stum igitur quoniam uno quouis ostenso eorum, quæ secun-
dum eandem cõiugationem dicuntur, ut bono, uel laudabili:

& reliqua omnia ostensa sunt: ut si iustitia est laudabilium, & iustè, iustus, iustum laudabilium: dicetur autem iustè & laudabiliter secundùm eundem casum (nam à laudabili) quemadmodum iustè à iustitia. 30, Locus. Declaratio. *Considerandum autem non solum in eo quod dictum est, sed & in contrario contrarium.* *Vt quòd bonum non ex necessitate suaue, neque enim malum triste: aut si hoc, & illud: & si iustitia scientia, & iniustitia ignorantia: & si quod iustè est, scienter & experienter est, quod iniustè est, ignoranter & inexperienter est: si autem hæc non, nec illa, uelut in hoc quod nunc dictum, nam magis utique apparebit quòd iniustè experienter, quàm inexperienter. Hic autem locus dictus est prius in contrariorum consequentijs, nihil enim aliud nunc ostendimus, quàm contrarium sequi contrarium.* 31, Locus. Declaratio. *Amplius in generationibus, & corruptionibus, & effectiuis, & corruptiuis: & interimenti & astruenti. Quorum enim generationes bonæ sunt & ipsa bona sunt: & si ipsa bona sunt, & generationes bonæ: si autem generationes malæ, & ipsa mala. In corruptionibus autem econtrario: nam si corruptiones bonæ, ipsa mala: si autem corruptiones malæ, ipsa sunt bona. Eadem ratio & in effectiuis, & corruptiuis: quorum enim effectiua bona, & ipsa bona: quorum uerò corruptiua bona, ipsa mala.*

Ex similibus, appositione, magis, minus, simpliciter, & secundum quid, loci.

CAPVT IIII.

32, Locus. Declaratio. *RVrsum in similibus si similiter se habent. Vt si disciplina una plurium, & opinio: & si uisum habere est uidere: & auditum habere est audire: similiter autem &*

tem & in alijs, & in his quæ sunt, & in ijs quæ uidentur. Vtilis autem hic locus ad utrunque: nam si in aliquo similium sic se habet, & in alijs similibus: si autem in aliquo non, nec in alijs similibus. Considerandum autem & in uno, & in pluribus si similiter se habet. Aliquoties enim dissonat: ut si scire est cogitare, & multa scire est multa cogitare hoc autem non uerum, contingit enim plura scire, cogitare autem non: si autem non hoc, nec illud quod in uno, quòd scire est cogitare. Amplius, ex minus & magis. Sunt autem eius quod est magis loci quatuor. Vnus quidem si magis sequitur magis: ut si uoluptas bonum, & magis uoluptas, magis bonum: & si iniuriam facere, malum, & magis iniuriam facere, magis malum. Vtilis autem ad utrunque hic locus: nam si sequatur ad subiecti incrementum, accidentis incrementum, quemadmodum dictum est, manifestum quod accidit: si autem non sequatur, non accidit: hoc autem inductione sumendum. Alius, uno de duobus dicto, si cui magis uidetur inesse non inest: nec cui minus: & si cui minus uidetur inesse inest, & cui magis. Rursum, duobus de uno dictis: si quod magis uidetur alij inesse non inest, neque quod minus, aut si quod minus uidetur inesse inest, & quod magis. Amplius, duobus de duobus dictis, si quod alteri magis uidetur inesse non inest, nec reliquum reliquo: aut si quod minus uidetur alteri inesse inest, & reliquum reliquo. Amplius, ex eo quod similiter inest, uel uidetur inesse, tripliciter: quemadmodũ in eo quod magis: ut in posterioribus tribus dictis locis dicebatur. Siue enim unum quoddam duobus similiter inest, aut uidetur inesse, si alteri non insit, nec alteri: si autem alteri inest, & reliquo. Siue duo

33. declaratio.
34. declaratio.
35. locus.
36. locus.
37. locus.
38. locus. declaratio.

duo eidem similiter, si alterum non insit, nec reliquum: si autem alterum, & reliquum. Eodem autem modo & si duo bus duo similiter insunt: nam si alterum alteri non inest, nec reliquum reliquo: si autem inest alterum alteri, & reliquũ reliquo: ex eo igitur quod est magis, & minus: & quod est
39. declaratio. similiter, tot modis contingit argumentari. Amplius autem ex appositione, si alterum ad alterum appositum faciat bonum, uel album, cùm non fuerit prius album, uel bonum, quod appositum est, erit album, uel bonum, quale re
40. declaratio. uera & totũ facit. Amplius autẽ si id ad quod est appositum aliquid facit magis tale, quale erat: & ipsum erit eiusmodi: similiter autem & in alijs. Vtilis autem nõ in omnibus hic locus, sed in quibus ipsius magis crementum accidit fieri. Iste uerò locus non conuertitur ad destruendum: nam si non facit quod appositum est, bonum: nondum manifestum, si ipsum non bonum. Nam bonum malo appositum, non ex necessitate bonum totum facit, nec album ni-
41. declaratio. gro, nec dulce amaro. Rursum si quid magis & minus dicitur, & simpliciter inest. Quod enim bonum uel album non est, neque magis & minus bonum uel album dicetur: nam malum de nullo magis, uel minus bonum, sed magis malum uel minus dicetur. Non conuertitur autem hic locus ad destruendum: multa enim eorum quæ non dicuntur
42. declaratio. magis, simpliciter insunt: nam homo non dicitur magis & minus, sed non propter hoc non est homo. Eodem autẽ modo considerãdum & in ijs quæ secundùm quid, & quando, & ubi. Nam si secundùm quid cõtingit, & simpliciter contingit: similiter autem & quando, & ubi: nam quod simpliciter est impoßibile, neque secundùm quid, neque secundùm
Instantia. ubi, neque secundùm quando contingit. Instantia: quoniam

niam secundùm quid quidē sunt natura studiosi (ut liberales, uel casti) simpliciter autem non sunt natura studiosi, nam nullus natura prudens. Similiter autē & quando contingit corruptibilium aliquid non corrumpi, simpliciter autem non contingit non corrumpi. Eodem autem modo & ubi expedit quidem tali obseruātia uictus uti, ut in morbosis locis, simmpliciter autem non expedit. Adhuc autem, alicubi quidem unum tantum possibile est esse, simpliciter autem non possibile unum tantum esse. Eodem autem modo & alicubi bonum est quidem patrem sacrificare, ut in Tribalis: simpliciter autem non bonum. an in hoc quidem non ubi significat, sed quibusdam? nihil enim refert ubicunque sint: ubique enim erit eis bonum in Tribalis. Rursus quidem expedit medicari, ut quando ægrotat, simpliciter autem non. An neqne hoc quando significat, sed in eo quòd afficitur aliquo modo? nihil enim refert quandocunque, dummodo sic affectus sit. Simpliciter autem est, quòd nullo addito dicis quòd bonum est, aut contrarium: ut patrem sacrificare non dicis bonum esse: sed quibusdam bonum esse: non ergo simpliciter bonum: sed Deos honorare bonum dicis nihil addens: simpliciter enim bonum est: quare quod nullo addito uidetur esse honestum, uel turpe, uel aliquid talium, simpliciter dicetur. Dilutio.

Secundi Topicorum Aristotelis

FINIS.

IN TOPICORVM Librum III. Angeli Politiani ARGVMENTVM.

ERTIVS comparationum locos habet accidentibus adſcriptos, conſiderans utrum diuturnius, ſtabilius, optabilius, potius, uel ſe ipſo, uel ex accidenti. Præterea utrum ſimpliciter optabilius, & ſuapte natura: utrum præſtantioris naturæ, uel bonum, uel proprium: utrum honoratius, ac prius: utrũ fini propinquius, utrum ad finem præſtantiorem, utrum poßibile. Finium proportionem cogitas, et à quibus præſtãtur fines: utrum pulchrius, honeſtius, laudabilius. Præſtabilioris originis, ubi plura ſunt bona, ubi uoluptas, ubi opportunitas, ubi frequentior tempeſtiuitas: utrius corruptio peior, generatio melior: utrum bono uicinius, aut ſimilius. ſed & meliori, utrum illuſtrius, utrum magis proprium: utrum in genere meliore, utrum magis ex abundãti: urum rarius, utrum ſine altero eligibilius: utrum negetur minus, utro amiſſo, qui doleat minus reprehendatur, utrum ſua ui ſtet: utrum bonũ, an meliorem reddat qui adſit: utro bonum præſtãtius efficiatur. Huc loci etiam plerię abſoluti accidentis faciunt. tum illi, quod ex duobus optabilius: tertio ipſum quoq; altero optabilius: ut cuius exceſſus, exceſſu alterius, ut quod ſe ipſo potius optabile, ut quod cui adijcitur optabilius facit, ut quod maiori additum: totum mox ipſum reddit optabilius, quàm quod minori, ut quod ſui merito non gloriæ cauſa optabilius, ut quod utroque, ut cui notiones competant omnes optabilis. Quodque propter optabilia meliora ſit. Cui nihil admixtum quod fugias. Sume tamen uniuerſales magis locos, quos & ad particulares trãsferre poſsis, ſiue determinatos, ſiue determinationis expertes: quę uarijs defenduntur ac refelluntur modis, & ad indiuidua uſq; perducuntur.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER III.

De meliorum, eligibiliorumq; problematum locis.

CAPVT I.

TRVM *autem eligibilius, aut melius duorum, plurium'ue ex his perspiciendum. Primum autem determinetur quod considerationem facimus non de plurimum distantibus, & magnam adinuicem differentiam habentibus (nullus enim dubitat utrum felicitas, an diuitiæ expetibiliores) sed de ijs quæ propinqua sunt, & de quibus dubitamus utrum oporteat apponere magis, eò quòd nullam uidemus alterius ad alterum præeminentiam? Manifestum igitur in his quòd ostēsa una præeminentia, uel pluribus, constituetur intelligentia, quòd id eligibilius est, quod eorum est præeminens.* Primùm igitur *quod diuturnius stabilius'ue, eligibilius eo quod minus huiusmodi.* Et quod *magis eligit prudens, uel bonus uir, uel lex recta, uel studiosi circa singula delecti quatenus tales sunt, uel in unoquoq; genere periti, uel quæcūq; plures, uel omnes (ut in medicina uel ædificatoria, quæ plures medicorum uel omnes) uel quæcunq; omnino plures, uel omnes, uel omnia, ut bonum, omnia enim bonum appetunt.* Oportet *autem ducere ad id quod fuerit utile, quod dicendum est.* 1. Locus. 2. Locus.

Est autem simpliciter quidē melius, ac eligibilius, quod 3. Locus.

secun

secundùm meliorem disciplinam: alicui autē, quod secūdùm
4. Locus. Declaratio. *propriā.* Deinde quod idipsum quod est (eo quod nō) in genere est: ut iustitia iusto. Nam illa quidem in genere bono, hoc autē nō, & illa idipsum quod est, bonū est, hoc autē nō. nam mihi dicitur idipsum quod genus est, quod nō est in genere. Vt albus homo non est id quod color. similiter autem & in alijs.
5. Locus. Declaratio. Et quod propter se eligendū, eo eligēdo quod propter aliud eligibilius. Vt sanū esse quàm exercitari: illud enim propter se eligendū: hoc autē propter aliud.
6. Locus. Declaratio. Et quod per se, eo quod per accidens. Vt amicos iustos esse, eò quòd inimicos: illud enim per se eligendum, hoc autē per accidens eligimus. Nam inimicos iustos esse secundùm accidēs eligimus, ut nihil nobis noceāt. Est autem hoc idem ei quod ante hoc, differt autē modo: nam amicos quidem iustos esse propter se eligimus, & si nihil nobis debeat fore, quamuis apud Indos sint: inimicos autē propter alterū, ut nihil nobis noceant.
7. Locus. Declaratio. Et quod caussa boni per se, eò quòd per accidēs caussa. Quemadmodū uirtus, fortuna: nam illa quidē per se, hæc autem per accidens est caussa bonorum: & si quid aliud huiusmodi. Similiter autē & in contrario. Nam quod per se est causa mali, fugibilius est eo quod per accidens, ut uitium quàm fortuna: nam illud quidē per se malū, fortuna autē per accidens.
8. Locus. Declaratio. Et quod simpliciter bonum, eo quod alicui eligibilius. Vt sanum fieri, quàm incidi. Nam hoc quidē simpliciter bonū: illud autē alicui indigentiū incisione.
9. Locus. Declaratio. Et quod natura est, eo quod non natura. Vt iustitia, iusto: illud enim natura, hoc autem acquisitiuū.
10. Locus. Declaratio. Et quod meliori, & honorabiliori inest, eligibilius: ut Deo, quàm homini: animæ, quàm corpori.
11. Locus. Declaratio. Et quod melioris propriū, melius quàm quod peioris. Vt quod Dei, quàm quod hominis:

nis: nam secũdùm cõmunia utriusq; nihil differũt abinuicẽ, proprijs autem alterũ alteri differẽtijs supereminet. Et quod in melioribus, uel prioribus, uel honorabilioribus, est melius. Vt sanitas robore, & pulchritudine: nã illa quidem in humidis, & siccis, & (ut simpliciter dicatur) ex quibus prius cõstitutũ est animal. hæc uerò in posterioribus: nã robur in neruis, & oßibus: pulchritudo aũt membrorũ quædam cõmensuratio uidetur esse. Et finis ijs quæ sunt ad finẽ eligibilior uidetur esse. Et duorũ, quod propinquius est fini. Et omnino quod ad uitæ finẽ, expetibilius, quàm quod ad aliud aliquid: ut quod ad felicitatem cõtendit, quàm quod ad prudẽtiã: nã quod ad felicitatẽ contẽdit, eligibilius.

12. Locus. Declaratio.

13. Locus.

14. Locus. 15. Locus. 16. Locus. 17. Locus. Declaratio.

Et poßibile impoßibili. Amplius, cùm duo sint effectiua, cuius finis melior, & ipsum melius. Cùm autem sit effectiuũ, & finis: ex proportione, quando pluri superat finis finẽ, quàm ille propriũ effectiuũ. Vt felicitas pluri superat sanitatẽ, quàm sanitas salubre: quare effectiuũ felicitatis melius sanitate: nam quantũ felicitas superat sanitatẽ, tantũ & effectiuũ felicitatis, salubre superat: sanitas autẽ salubre minus superabat, quare plus superat effectiuũ felicitatis, salubre: quàm sanitas salubre: quapropter effectiuũ felicitatis, melius sanitate: manifestũ igitur, quòd eligibilius effectiuũ felicitatis, quàm sanitas: nam idem plus superat. Amplius, melius est quod propter se, & honorabilius, & laudabilius. Vt amicitia diuitijs, & iustitia sanitate, & robore: nam illa quidem propter se honorabilium, hæc uerò non propter se, sed propter aliud: nullus enim honorat diuitias propter se, sed propter aliud: amicitiam uerò propter se, & si nihil nobis debeat aliud ab ea esse.

18. Locus. 19. Locus. Declaratio.

20. Locus. Declaratio.

Alij eiusdem problematis loci.

CAPVT II.

11. Locus. Declaratio. Amplius, quādo duo aliqua fuerint ualde sibimetipsis similia, & non poterimus praeeminentiā aliquā conspicere alterius ad alterū: uidendum ex ijs quae sequuntur. Nam cum consequens est maius bonū, hoc eligibilius. 12. Locus. Declaratio. Si autem sint cōsequentia mala: cui consequens minus malum, hoc eligibilius. Nam cum utraq; sint eligenda, nihil prohibet molestum aliquid sequi: dupliciter autem ab eo quod sequitur cōsideratio, nā & prius, & posterius sequitur: ut addiscentem ignorare prius, scire autem posterius: melius autem ut plurimum, quod posterius, sequitur: sumendū igitur eorū 13. Locus. quae sequuntur quodcunq; fuerit utile. Amplius, plura bona paucioribus, uel simpliciter, uel quando altera alteris insunt ut pauciora in pluribus. Instantia, si alicubi alterū alterius gratia: nihil enim eligibiliora utraq; quàm unum: ut sanum fieri, & sanitas, quàm sanitas, eo quòd sanū fieri propter sanitatem eligimus. Et non bona, bonis nihil prohibet eligibiliora esse, ut felicitatem: & aliud aliquid quod non est bonum, iustitia & fortitudine. 14. Locus. Et eadem cum uoluptate magis quàm sine uoluptate: 15. Locus. & eadem cum indolentia, 16. Locus. Declaratio. quàm cum tristitia. Et unumquodque in quo tempore magis ualet, in hoc etiam eligibilius. Vt carentia tristitiae in senectute magis, quàm in iuuentute: magis enim in senectute ualet. Secundùm haec autem, & prudentia in senectute eligibilior: nemo enim iuuenes eligit duces, eò quòd non constat eos prudentes esse. Fortitudo autem econtrario: in iuuentute enim magis necessaria secundùm fortitudinem operatio: similiter autem & in temperantia, magis enim iuuenes quàm senes concupiscentijs molestantur. Et quod

quod in omni tempore, uel in pluribus, utilius. Vt iustitia, & temperãtia, fortitudine: nam ille semper, hæc autem aliquando utilis. Et quod cùm omnes haberemus, nihil altero indigeremus, quàm quòd cùm haberemus, indigeremus reliquo. Vt in iustitia & fortitudine: nam si omnes essent iusti, nihil utilis fortitudo: si uerò omnes essent fortes, utilis iustitia. Amplius, ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & sumptionibus, & contrarijs. 27. locus. Declaratio. 28. locus. Declaratio. 29. locus. Declaratio.

Quorum enim corruptiones malæ, ipsa eligibiliora: similiter autem & in abiectionibus, & in contrarijs: nam si abiectio, uel contrariũ fugibilius est, ipsum eligibilius: in generationibus autem, & sumptionibus, econtrario. Quorum enim sumptiones, & generationes eligibiliores, ipsa quoque eligibiliora. Alius autem locus est. Quod propinquius bono, melius, atque eligibilius. Et quod similius est bono, ut iustitia, iusto. Et quod meliori eorum est similius, quemadmodum Aiacem Vlysse dicunt aliqui meliorem esse, eò quòd similior est Achilli. Instantia huius est, quòd non uerum sit: nihil enim prohibet non qua ratione optimus est Achilles, eadem similiorẽ esse Aiacem, cùm erit alter quidem bonus, non similiter autem. Considerandum autem si & in ridiculosioribus sit simile: ut simia homini quàm equo, cùm non sit similis: non enim est simia melior, similior tamen est homini. Rursum in duobus: si hoc quidem meliori, illud autem peiori est similius, erit melius quod meliori est similius. Habet autem & hoc instantiam: nihil enim prohibet hoc quidem meliori parum simile esse, illud autẽ peiori ualde: ut sit Aiax quidem Achilli parum, Vlysses autem Nestori ualde: ut si hoc quidem meliori in peioribus: illud autem peiori in melioribus: ut 30. locus. Declaratio. 31. locus. Declaratio. 32. locus. Declaratio.

33.locus. *equus asino, & simia homini.* Et quod *maximè insigne, eo quod minus tale.* Et quod *difficilius: magis enim ama*
34.locus. 35.locus. *mus cùm habemus, quod non est facile adipisci.* Et quod
36.locus. *magis proprium, eo quod communius.* Et quod *malis incommunius. nam magis eligendum quod nulla molestia*
37.locus. *sequitur, quàm quod sequitur.* Amplius, *si hoc illo melius, & omnino optimum eorum quæ in hoc, melius eo quod in altero optimum.* Vt *si melior est homo quàm*
38.locus. *equus, & optimus homo, optimo equo melior.* Et *si opti*
Declaratio. 39.locus, *mum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius: ut si*
Declaratio. *optimus homo, optimo equo melior, & simpliciter homo, simpliciter equo melior.* Amplius, *ea quæ uolumus ami*
40.locus. 41.locus. *cos participare, eligibiliora, quàm quæ non.* Et *quæ ad*
Declaratio. *amicum agere malumus, quàm quæ ad quemlibet, illa eligibiliora.* Vt *iustè agere, & benefacere, magis quàm uideri: nam amicis benefacere uolumus magis quàm uideri: quibuslibet autem econuerso.*
42.locus. Et *quæ sunt ex circunstantia necessarijs meliora, aliquando autē & eligibiliora.* Me*lius enim quàm uiuere, bene uiuere: bene autem uiuere est ex circunstantia: ipsum autē uiuere necessarium.* A*liquando autem meliora non etiam eligibiliora: non enim si meliora, necessariò quòd eligibiliora: philosophari siquidem melius quàm lucrari, sed non magis eligendum indigenti necessarijs.* Ex *circunstantia autem est, quando existentibus necessarijs, alia quædam adijciuntur bonorum.* Ferè *autem fortasse eligibilius quod necessarium est: melius autem quod ex*
43.locus. *circunstantia.* Et *quod non est ab alio exquirere, quàm quod est & ab alio.* Q*uale sustinet iustitia ad fortitu*
44.locus. Declaratio. *dinem.* Et *si hoc quidem sine illo eligendum, illud autem sine hoc non.* Vt *potestas sine prudentia non eligenda, pru*

dentia

dentia verò sine potestate eligenda. Et duorum, si alterum negamus, ut reliquum uideatur nobis inesse: illud eligibilius quod uolumus nobis uideri inesse. Vt laborem diligere nos negamus, ut ingeniosi esse uideamur. 45. locus. Declaratio. *Amplius, pro cuius absentia minus increpandi sunt molestè ferentes, hoc magis eligendum.* 46. locus. *Et pro cuius absentia non molestè ferentem magis increpandum: id eligibilius.* 47. locus.

Alíj meliorum, eligibiliorum'que loci. CAPVT III.

Amplius, eorum quæ sunt sub eadem specie, quod habet propriam uirtutem, eo quod non habet, utrisque autem habētibus, quod magis habet, eligibilius. 48. locus. *Amplius, si hoc quidem facit bonum illud cui adest, illud autem nō facit: quod facit, eligibilius.* 49. locus. *Quemadmodum & calidius quod calefacit, eo quod non. Si autem utrunque facit, quod magis facit, aut quod melius, & principalius facit bonum: ut si hoc quidem animam, illud autem corpus. Amplius autem à casibus, & usibus, & actionibus, & operibus, & hæc ab illis.* 50. locus. Declaratio. *Sequuntur enim sese inuicem: ut si quod iustè est eligibilius, quàm quod fortiter, & iustitia fortitudine eligibilior: et si iustitia quàm fortitudo eligibilior, et quòd iustè, quàm quòd fortiter: similiter autem & in alijs. Amplius, si aliquo eodem hoc quidem maius bonum est, illud autē minus: magis eligendum maius, aut si maiore maius fuerit alterum.* 51. locus. *Sed & si duo quædam uno aliquo sint eligibiliora: quod longè eligibilius, eo quod minus est eligendum, eligibilius.* 52. locus. *Amplius, cuius est superabundantia eligibilior, & ipsum eligibilius. Vt amicitia, pecunijs: nam eligibilior superabundantia amicitiæ, quàm pecuniarum.* 53. locus. *Et id cuius magis eliget quis ut ipse sibi causa sit, quàm cuius alter. Vt*

54.locus. *amicos pecunijs.* Amplius, *ex appositione si eidem appositum aliquid, quod totum eligibilius facit. Cauere autem oportet extendere ad ea, in quibus altero quidem appositorum utitur cõmune, uel alio quolibet modo cooperatiuum est, reliquo autem non utitur, neque cooperatiuum est: ut serra, & falce cum arte fabrili: nam eligibilior serra consociata, simpliciter autem non eligibilior.* Rursum, *si minori appositum aliquid, quod totum maius facit.* Similiter autẽ & *ex ablatione: quo enim ablato ab eodem, quod restat est minus: illud maius erit, quod ablatũ, reliquum minus facit.* Et *si hoc quidem propter se, illud autem propter gloriam eligẽdum. Vt sanitas, pulchritudine: terminus autẽ eius quod est ad gloriam: quod nullo conscio, nõ studeret inesse.* Et *si hoc quidẽ propter se, & propter gloriam eligendum: illud autẽ propter alterũ tantum.* Et *utrumuis magis propter se honorandũ, hoc & melius, & eligibilius.*

55.locus.

56.locus.

57.locus.

58.locus.

59.locus.

60.locus.

Honorabilius utiq; fuerit secundùm se, quod cùm nihil aliud debeat esse, propter se eligimus magis. Amplius, *diuidendum quoties quod eligendũ est dicitur, & quorũ gratia: utilis, uel honesti, uel delectabilis.* Nam quod ad omnia, uel ad plura est utile, eligibilius fuerit eo quod non sic. Si autẽ eadem utrisq; insunt, utri magis insint considerandum. Vt utrum delectabile, an honestum, an utile magis. Rursum, *quod propter melius, eligibilius.* Vt quod propter uirtutẽ, quàm quod propter delectationem. Similiter autẽ & *in fugiendis.* Nam magis est fugiendũ, quod magis impedit uirtutes, ut ægritudo turpitudine: nam & uoluptatis, & eius quod est studiosum esse, prohibentior est ægritudo.

61.locus.

62.locus.

63.locus.

64.locus.

Amplius ex similitudine monstrari potest fugiendũ, & eligendum quod propositum est. Nam minus eligendum huiusmodi

huiusmodi, quod æquè & eligeret aliquis & fugeret: altero quod eligendum est tantum, ad seinuicem igitur comparationes (quemadmodum dictum est) faciendum.

De eligendis, & fugiendis, documenta, & loci communes.

CAPVT IIII.

IDem autem loci utiles, & ad demõstrandũ quoduis eligendum, & fugiendum. Nam auferre solũ eam oportet (quæ ad alterũ est) præeminentiã: si enim quod honorabilius, eligibilius: & honorabile eligẽdũ: & si quod utilius, eligibilius: & utile eligendum: similiter autem & in alijs quæcũq; huiusmodi habent cõparationem. Documentum primum. *In aliquibus autẽ statim secundùm eam, quæ ad alterum est comparationẽ: & quod eligendũ utrũq;, uel alterum dicimus.* *Vt quando hoc quidem natura bonum, illud autem non natura bonum dicimus: nam quod natura bonum, manifestum quoniam eligendum est.* Vniuersales loci. *Sumendum autem quàm maximè uniuersales locos de eo, quod est magis & minus: nam sic sumpti, ad plura utiles erunt. Fieri autem potest ut eorum qui dicti sunt quosdam uniuersales magis quis faciat parum trãsmutans secundùm appellationem.* *Vt quod natura tale, eo quod non natura tale, magis tale.* Primus. *Et si hoc quidem facit, illud autem non facit quod habet tale cuicunque insit: magis tale quod interdum facit tale quàm quod non facit.*

Si autem utrunque facit, quod magis facit tale. *Amplius, si eodem aliquo, hoc quidem magis: illud autem minus tale.* 6. Locus. *Et si hoc tali magis tale, illud uerò non tali tale: manifestum quoniam primũ magis tale.* *Amplius, ex additione; si eidem additum, aliquod totũ magis tale facit.* 7. Locus. *Aut si ei quod minus est tale additum, totum magis tale facit.*

8.Locus. *Similiter autem & ex ablatione: nam quo ablato reli-*
9.Locus. *quis reliquum, minus tale, ipsum magis tale. Et quæ*
Declaratio. *contrarijs sunt impermixtiora, magis talia. Vt albius qui-*
3.Documentū. *dem nigro impermixtius. Amplius, præter ea quæ dicta*
Declaratio. *sunt prius, quod magis suscipit propriam propositi ratio-*
nem. Vt si albi est ratio color disgregatiuus uisus: albioris est, color magis disgregatiuus uisus. Si autem particulariter, & non uniuersaliter problema ponatur, primum quidem dicti uniuersaliter constructiui, uel destructiui loci omnes utiles. Vniuersaliter enim interimentes, uel construentes, & particulariter monstramus: nam si omni inest, & alicui: & si nulli inest, nec alicui.
4.Documētū. *Maximè autem op-*
Declaratio. *portuni, & communes loci, qui sunt ex oppositis, & coniugatis, & casibus. Nam similiter probabile est existimare, si omnis uoluptas bonum, & tristitiam omnem malum esse: & si aliqua uoluptas bonum, & tristitiam aliquam esse malum. Item si aliquis sensus non est potestas, & insensibilitas quædam non est impotentia, & si quoddam opinatum disciplinatum, opinio quædam disciplina: rursum si aliquod iniustorum bonum, & iustorum aliquod malum: & aliquod eorum quæ iniustè, malum, & aliquod eorum quæ iniustè bonum: & si quoddam delectabile fugiendum, & delectatio quædam fugienda: secundùm hæc autem & si aliquod delectabile utile, delectatio quædam*
5.Documētū. *utilis. Et in corruptiuis autem, & generationibus, &*
Declaratio. *corruptionibus similiter. Nam si aliquod corruptiuum delectationis uel disciplinæ bonum est, erit quædam delectatio, uel disciplina malorum: similiter autem & si corruptio quædam disciplinæ bonorum, uel generatio malorum, erit quædam disciplina malorum. Vt si-*

obliuisci

obliuiſci quæ quis turpia egit bonorum eſt, uel remi=
niſci malorum: erit ſcire quæ quis turpia egit, malo
rum ſimiliter autem & in alijs: in omnibus enim ſimili=
ter probabile. Amplius, ex eo quod eſt magis & mi= 6. Docum͂etũ. Declaratio.
nus, & ſimiliter: ſi enim magis quidem eorum quæ ſunt
ex alio genere aliquid tale, illorum autem nihil eſt: neq;
quod dictum eſt erit tale. Vt ſi magis quidem diſciplina
quædam bonum, quàm uoluptas: nulla autem diſciplina
bonum, nec uoluptas bonum erit: & ex eo quod eſt ſimi=
liter quidem & minus eodem modo. Nam erit & interi=
mere, & conſtruere: uerumtamen ex eo quod eſt ſimili=
ter, utraque: ex minus autem, conſtruere ſolum, deſtrue=
re autem non: ſi enim ſimiliter poteſtas quædam bonum,
& diſciplina: eſt autem quædam poteſtas bonum, & di=
ſciplina: ſi autem nulla poteſtas bonum, nec diſcipli=
na: ſi autem minus quædam poteſtas bonum, quàm di=
ſciplina: eſt autem quædam poteſtas bonum, & diſcipli=
na: at uerò ſi nulla poteſtas bonum, non neceſſe eſt & di=
ſciplinam nullam eſſe bonum: manifeſtum igitur quoniam
conſtruere ſolum ex eo quod minus eſt. Non ſolum au= 7. Docum͂etũ. Declaratio.
tem ex alio genere eſt deſtruere, uerùm & ex eodem: dum
ſumit quis quod maximè tale eſt. Vt ſi poſitum eſt diſcipli=
na quædam bonum, oſtendatur autem quoniam pruden=
tia non bonum, nec alia ulla erit, quia nec quæ maximè
uidetur. Amplius, ex ſuppoſitione ſimiliter poſtulan= 8. Docum͂etũ. Declaratio.
tem ſi uni, & omni ineſſe, uel non ineſſe. Vt ſi hominis
anima immortalis, & aliàs: ſi autem hæc non, néc aliàs. Si
igitur ineſſe alicui poſitum eſt, oſtendendum quoniam ali=
cui non ineſt, nam conſequetur per hypotheſin nulli in=
eſſe: ſi autem alicui non ineſſe poſitum eſt, oſtendendum

quoniam inest alicui: nam & sic cõsequetur omnibus inesse. Manifestum igitur est quòd qui hypothesi utitur, facit problema uniuersale, particulariter positũ: nã particulariter confitentem uniuersaliter postulabit confiteri, eò quòd uni,

9. Documentũ. *& omni similiter postulauerit inesse.* Cùm autem inde-

Declaratio. *finitum est problema, unò modo destruere contingit. Vt si dixerit uoluptatem bonum esse, uel non bonum, & nihil aliud quicquam determinauerit: nam si aliquam uoluptatem dixerit bonum esse, ostendendum uniuersaliter quòd nulla, si debeat interimi propositum: similiter autem & si aliquam dixerit uoluptatem non esse bonum, ostendendum uniuersaliter quòd omnis, aliter uerò non contingit interimere: nam si ostenderimus quoniam est quædam uoluptas bonum, uel non bonum, nondum interimitur propositum.*

10. Documẽtũ. Declaratio. *Manifestũ igitur quoniam interimere quidem uno modo dicitur. Construere autẽ dupliciter: siue enim uniuersaliter ostenderimus, quòd omnis uoluptas bonum, siue quòd est quædam uoluptas bonum, ostensum erit quod proposi-*

11. Documẽtũ. *tum est. Similiter autem & si oporteat differere quòd est quædam uoluptas non bonum: si ostenderimus quòd nulla bonum, uel quòd quædam non bonum, ostendentes erimus utrumq; & uniuersaliter, & particulariter, quòd est quæ-*

12. Documẽtũ. Declaratio. *dam uoluptas non bonum. Cùm autem determinata fuerit positio, dupliciter interimere erit. Vt si ponatur alicui quidem inesse uoluptati bonum esse, alicui autem non inesse: nam siue omnis ostendatur uoluptas bonum, siue nulla,*

13. Documẽtũ. Declaratio. *interemptum erit propositum. Si autem unam solam uoluptatem posuerit bonum esse, tripliciter cõtingit interimere. Nam ostendentes quòd omnis, uel nulla, uel quòd plures quàm una bonum, interimentes erimus quod proposi-*

tum

tum est. In pluribus uerò positione determinata (ut quòd
prudētia sola est uirtutū sciētia) quadrupliciter est interi- 14. documētū.
mere. Nam ostenso quòd omnis uirtus scientia, uel quòd declaratio.
nulla, uel quòd & alia aliqua ut iustitia, uel quòd eadē pru
dentia non scientia, interemptū erit propositum. Vtile 15. documētū.
autem & inspicere in singularibus, in quibus inesse aliquid declaratio.
uel non, dictum est, quemadmodum in uniuersalibus proble-
matibus. Amplius autem & in generibus inspiciendum: 16. documētū.
diuidenti secundùm species, usque ad indiuidua, sicut priùs declaratio.
dictum est. Nam si omni appareat inesse, siue nulli multa
proferenti: postulandum uniuersaliter confiteri, aut ferre
instantiam in aliquo non sic. Amplius, in quibus possi- 17. documētū.
bile est aut specie, aut numero determinare accidens: inspi- declaratio.
ciendum si nullum horum inest. Vt quòd tempus non
mouetur, nec est motus, annumeranti quot sunt species mo-
tus: nam si nulla earum inest tempori, manifestum quoniam
non mouetur, nec est motus: similiter autem & quod ani-
ma non est numerus: diuidenti quoniam omnis nu-
merus aut impar, aut par: nam si anima neq;
impar, neque par, manifestum quòd
non est numerus: ad accidens igi
tur per talia: & hoc mo
do argumen
tandum.

Tertij Topicorum Aristotelis
FINIS.

IN TOPICORVM Librū IIII. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

IBRO quarto genus agitur, ubi cognata inspicis omnia, an sit de quo non dicatur. de quo ut accidens, an poßit & non inesse, an sit in eadem diuisione genus & species: an capiat eius partem genus, quod sit in genere: an proposita species alicui uerè competat: cui genus ipsum nō competat: an quod positum sit in genere, nullius speciei sit particeps: an sit genere amplius: an ex æquo species dicatur, et genus: an specie quippiam differat, cuius aut non sit illud, aut non uideatur genus. an aliud eiusdem sit generis. quod nec contineat genus, nec contineatur: an superiora omnia genera de specie dicantur, qua quid est: an genus, uel ipsum, uel superius speciei sit particeps. an si species, ut quid etiam genus, imò uerò genera ut quid prædicentur. an rationes generum speciei congruant, aut omnino his quæ partē speciei capiunt. an in genere posita differentia sit: an & species: an in specie differentia, an in differentia genus, an dictum genus, ut differentia, an ut data species est, nulla de his differentia dicatur, quæ sunt generis. an prius natura species. an abesse poßit aut genus, aut differentia. an quòd genere situm particeps alicuius, aut sit, aut esse poßit, quod generi sit contrariū. an species alicuius particeps, quod cōpetere his poßit, quæ sub genere sunt. an sint æquiuoca species & genus. an esse aliqua nequeat propositi generis species. an dictum tralatione genus. an aliquid speciei contrarium. an in contrario contrarium: an quod generi contrarium, nullo sit in genere, sed ipsum sit genus: an genus & species alicui contraria sint, cum sit alterius tantum medium. uel si utriusque, tamen alterius dißimile. an medium quoque in eodem genere, an alicui contrariū genus, species nulli.

an medium

an medium aliquod in proposito genere. an aliquid generi contrarium, an in casibus, & serie, & æqualiter se habentibus, & generationibus, generantibus, corrumpentibus ex æquo sequatur, An priuatio speciei opponatur. An & generi sui sit negatio. an ad aliquid, an non ad idem dicatur, ut species, & ut genus, uel ut genus, & quæ sub genere. an itidem genus & species dicatur in casibus, an quæ similiter ad aliquid dicuntur, non similiter recurrant. an non ad æqualia genus dicatur, & species: an contrapositi contrapositum genus. an quæ ad aliquid, partim necessaria, partim secus. an in actu habitus, an contrà. an habitus in consequenti, sed potestate. an temere quod sequitur, acceptum ut genus. an utrumque in eodem aliquo. an quadamtenus species generis particeps: an totum in parte sumptum. an in potestate aut poßibili. an quod in duobus generibus, aut pluribus in altero positum. an genus ut differentia expositum uel contrà. an affectio, uel in affecto, uel pro affecto capiatur. an in subiecta specie redditũ genus. an è contrarijs, quod melius, aut quod æquè bonũ, deteriore in genere ponatur. Specta & magis & minus, siue sit, siue appareat. & an de quo genus dicitur, non sit inter species. Distingue à genere differentiam. nam & amplius est, & quæ quid dicitur. Concreta, abstracta, comitantia peruide.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER IIII.

Problematum generis aliquot loci.

CAPVT I.

1.locus. declaratio.

OST hæc autem, de ijs, quæ ad genus, & proprium, inspiciendum. sunt autem hæc elementa eorum, quæ sunt ad terminos, & hisipsis rarò considerationes fiunt disputantibus. Si ergo ponatur genus alicuius existentium, primùm quidem inspiciendum ad omnia, quæ cognata sunt ei, quod dicitur, si de alio nō prædicatur: quemadmodum est in accidente. Vt si uoluptatis, bonum ponatur genus: si aliqua uoluptas non bonum. Nam si hoc, manifestum est quoniam nō genus bonum uoluptatis: nam genus de omnibus quæ sunt sub ipso speciebus prædicatur.

2.locus. declaratio. Deinde si non in eo quod quid est prædicatur: sed ut accidens. Quemadmodum album, de niue: de anima, à seipso agitatum. Neque enim nix idipsum quod est, album: quapropter non est genus album niuis: neque anima idipsum quod est, agitatum: nam accidit ei moueri, quemadmodum & animali frequenter & ambulare, & ambulans esse. Amplius, agitatum non quid est, sed quid faciens, uel patiens significare uidetur: similiter autem & album, nō enim quid est nix, sed quale quid est indicat: quare neutrum horū in eo quod quid est prædicatur.

3.locus. Declaratio. Maximè autem in accidentis definitione inspic

inspiciendum, si aptatur ad dictum genus. Vt ad quæ nunc dicta sunt: contingit enim quippiam mouere seipsum, & non: similiter autem & album esse, & non: quare neutrum horum genus, sed accidens, eò quòd accidens dicimus, quod contingit idem inesse alicui, & non. 4.Locus. Declaratio.

Amplius, si non in eadem diuisione est genus, & species: sed hæc quidem substantia: illud autem quale: aut hoc quidem ad aliquid, illud autem quale. Vt nix quidem, & cygnus substantia, album autem non substantia, sed quale: quare non est genus album niuis, neque cygni: rursum disciplina quidem ad aliquid, bonum autem, & pulchrum quale: quare non est genus pulchrum, uel bonum disciplinæ: nam genera eorum quæ sunt ad aliquid, & ipsa ad aliquid, oportet esse: ut in duplici. etenim multiplex est genus duplicis, & ipsum eorum quæ sunt ad aliquid est. Vt uniuersaliter autem dicatur, in eadem diuisione oportet genus esse speciei: nam si species substantia, & genus: & si quale quippiam species est, & genus quale quippiam: ut si album quale quippiam, & color. Similiter autem & in alijs.

Rursum, si necesse fuerit, uel si contigerit genus participare quod positum est in genere. Terminus autem eius quod est participare, est suscipere participati rationem. manifestum igitur quoniam species quidem participant genera: genera autem species non. nam species suscipit generis rationem: genus autem speciei non: considerandum igitur si participat, uel contingit aßignatum genus participare speciem: ut si quis entis, uel unius, genus quippiam aßignauerit, accidet enim genus, participare speciem: nam de omnibus quæ sunt, ens, & unum prædicantur: quare & ratio eorum.) Amplius, si de aliquo aßigna- 5.Locus. Declaratio.

ta spe

6.Locus. Declaratio. *ta species uera est, genus autem non.* Vt *si ens, aut scibile opinabilis genus ponatur: nam de non ente opinabile prædicabitur: multa enim non entia, opinabilia sunt. at quòd ens, uel scibile non prædicatur de non ente, manifestũ: quare non est genus ens, neq; scibile, opinabilis: nam de quibus species prædicatur, & genus oportet prædicari.*

7.Locus. Declaratio. Rursum, *si nullam specierũ contingit participare quod positũ est in genere.* Nam *impoßibile est participare genus, quòd nullam specierum participat, nisi aliqua secũdùm primam diuisionẽ specierũ sit: illæ autem genus solũ participant: si igitur motus, genus uoluptatis ponatur, considerandum si neq; corruptio, neq; alteratio uoluptas, neq; ullus reliquorũ (qui aßignari solent) motuum: manifestũ enim quoniam nullã specierũ participabit, quare neq; genus, eò quòd necessariũ est quod genus participat, & specierũ aliquam participare: quare non erit species motus uoluptas, neque indiuiduorũ, neq; eorũ quicquã quæ sub specie motus sunt: nam & indiuidua participant speciẽ, & genus: ut quidam homo, & hominẽ participat, & animal.*

8.Locus. Declaratio. Amplius, *si de pluribus dicitur quàm genus, quod in genere positũ est.* Vt *opinabile, quàm ens: nã & ens, & non ens, opinabile: quare nõ erit opinabile species entis: de pluribus enim semper genus, quàm species prædicatur.*

9.Locus. Declaratio. Rursus, *si de æqualibus genus & species dicuntur.* Vt *si eorũ quæ omnia consequũtur, hoc quidẽ species, illud autem genus ponatur: quemadmodũ ens, & unum: omne enim ens, & unum: quare neutrũ neutrius genus, eò quòd de æqualibus dicuntur. Similiter autem & si primum, & principiũ ad seinuicem ponãtur: nam & principium, primũ: & primum, principium: quare aut utraq; quæ dicta sunt idem sunt, aut neutrũ neutrius genus.*

nus. Elementum autē est ad omnia huiusmodi, quod de pluribus genus quàm species, & differentia dicitur: de paucioribus enim, etiam differentia dicitur quàm genus. Videndum autem & si alicuius indifferentium specie non sit genus quod dictum est genus, uel non uideatur. *Construenti autem si est alicuius: idem enim omnium indifferentium specie genus: si igitur unius monstretur: manifestum quoniam omnium: et si unius non, manifestum quoniam nullius: ut si quis insecabiles ponens lineas, indiuisibile genus earum dicat esse: nam linearum habentium diuisionem nō est quod dictum est, genus, cùm sint indifferentes secūdùm speciem: indifferentes enim subinuicem secundùm speciem, rectæ lineæ omnes.*

10. Locus. Declaratio.

De genere, loci alij.

CAPVT II.

Consider andum autem, & si quod aliud genus est aßignatæ speciei: quod neq; cōtinet aßignatū genus, neq; sub illo est. Vt si quis iustitiæ scientiā ponat genus: est enim uirtus genus, & neutrū generū, reliquū continet: quare non erit scientia genus iustitiæ. Videtur enim, quādo species una sub duobus generibus est, alterū ab altero contineri.

11. Locus. Declaratio.

Habet autē dubitationē in quibusdā quod huiusmodi est: nam uidetur quibusdā prudētia, & uirtus, & sciētia esse, & neutrū genus à neutro contineri: non tamen ab omnibus cōceditur prudentiā scientiam esse. Si igitur quis admittat quod dictū est uerum esse, attamen subalterna, uel sub eodē ambo fieri quæ eiusdē sunt genera necessariū uidebitur esse, quemadmodū & in uirtute & in scientia accidit: utraque enim sub eodē genere sunt: nam utrūq; eorū habitus, & dispositio est. Considerandū igitur si neutrū est in aßigna-

12. Locus. Declaratio.

to genere. Si enim neq; subalterna sunt genera, neq; sub eodem ambo, non erit quod aßignatũ est genus.

13. Locus. Declaratio. Considerandum aũt & genus aßignati generis, & sic semper superius genus, si omnia prædicantur de specie, & si in eo quod quid est prædicantur. Nam omne superius genus prædicari oportet de specie in eo quod quid est: si ergo alicubi dissonet, manifestum quoniã non est genus, quod aßignatum est.

14. Locus. Declaratio. Rursum, si genus participat speciem, uel ipsum, uel aliquod superiorũ generum. Nam nullũ superiorũ participat quod inferius est. destruenti igitur quemadmodũ dictum est utendũ, astruẽti autẽ si confiteatur quidẽ inesse speciei quod dictũ est genus, at ut genus insit dubitetur, sufficit ostendere aliquid superiorũ generũ in eo quod quid est, de specie prædicari. Vno enim in eo quod quid est prædicato, omnia & superiora illius, & inferiora si prædicantur de specie, in eo quod quid est prædicabũtur: quare & aßignatũ genus in eo quod quid est prædicabitur: quòd autẽ uno in eo quod quid est prædicato, omnia etiã reliqua (si prædicãtur) in eo quod quid est prædicabũtur, per inductionẽ sumendũ. Si aũt simpliciter inesse dubitetur aßignatũ genus, nec sufficit ostendere aliquod superiorũ generum in eo quod quid est de specie prædicari: ut si ambulationis genus quispiã aßignauit lationem, non sufficit ostendere quòd motus est ambulatio, ad ostendendum quòd latio est eò quòd & alij motus sunt: sed ostendendũ, quòd nullũ participat ambulatio eorũ quæ sunt secundùm eandem diuisionem, nisi lationem: nam necesse est quod genus participat, & specierum aliquam participare secundùm primam diuisionem: si enim ambulatio neque augmentationem, neque diminutionem, neque alios motus participet, manifestum quoniam lationem participabit: quare

quare erit genus latio, ambulationis. *Rursum, de quibus species quæ posita est ut genus prædicatur, considerandum si & aßignatum genus in eo quod quid est de ipsis eisdem prædicatur de quibus & species: similiter autem & si omnia quæ supra genus sunt.* *Nam si alicubi dissonat, manifestum quoniam non est genus quod aßignatum est: si enim esset genus, omnia & superiora illius, & ipsum, in eo quod quid est prædicarentur de ijs, de quibus & species in eo quod quid est prædicatur: destruenti igitur utile, si non prædicetur genus in eo quod quid est de quibus & species prædicatur: astruenti autem si prædicetur in eo quod quid est, utile: accidet enim genus & speciem, de eodem in eo quod quid est prædicari: quare & idem sub duobus generibus fit: necesse est igitur subalterna genera esse.* *Si igitur ostendatur quod uolumus genus astruere non esse sub specie, manifestum quoniam species sub hoc erit: quare ostensum erit quoniam genus hoc.* 15. locus. declaratio.

Considerandæ autem & rationes generum, si aptantur ad aßignatam speciem, & ad participantia speciem. Necesse est enim generum rationes prædicari de specie, & de ijs quæ participant speciem: si igitur in aliquo dissonet, dilucidum quoniam non est genus quod aßignatum est. 16. locus. declaratio.

Rursus, si differentiam ut genus aßignauit. *Vt si immortale, genus Dei: nam differētia est animalis immortale, eò quòd animalium alia mortalia, alia immortalia: manifestum igitur quoniā peccant, nullius enim differentia, est genus.* *Quod autē hoc uerum, manifestum: nulla enim differentia significat quid est: sed magis quale quid: ut greßibile, & bipes.* 17. locus. declaratio.

Et si differentiam in genere posuit tanquam speciem. *Vt imparem quidem numerum: differentia enim* 18. locus. declaratio.

numeri impar, & non species est: neque uidetur participare differentia genus: nam omne quod participat genus, uel species, uel indiuiduum est: differētia autē neq; indiuiduum, neq; species: manifestum igitur quoniam non participat genus differentia, quare neq; impar species erit, sed differētia,

19. lo tio. declara *quoniam non participat genus.* Amplius, *si genus in specie posuit.* Vt *cōtiguitatem idipsum quod est continuitatē: aut mixturam idipsum quod est temperamentū: aut (ut* Plato *definiuit) lationē secundum locum mutationem: nō enim necessarium contiguitatem continuitatem esse, sed ecōuerso, continuitatem contiguitatē: non enim omne contiguum continuatur: sed quod continuatur, contiguum est: similiter autem & in alijs: nam neq; mixtura omnis, temperamentum: nam siccorum mixtura, non est temperamentum: neque secundùm locum mutatio omnis, latio: nam ambulatio non uidetur latio esse: penè enim in ijs quæ inuolūtariè locum ex*

Latio quid. *loco permutant, dicitur latio, quemadmodum inanimatis accidit: manifestum autem quoniam & de pluribus species dicitur quàm genus in aßignatis, cùm oporteat econtrario*

20. locus. declaratio. *fieri.* Rursum, *si differentiam in specie posuit.* Vt *immortale idipsum quod est* Deum, *nam accidit de æqualibus, aut pluribus quàm speciem dici: differētia autem semper de*

21. locus. declaratio. *æqualibus, aut pluribus quàm species dicitur.* Amplius, *si in differentia genus posuit.* Vt *colorem idipsum quod est*

22. locus. declaratio. *congregatiuum: aut numerum quod impar.* Et *si genus ut differentiam dixit.* Poßibile *est enim aliquem, talem suscipere positionem, ut temperātiæ, mixturam differentiam: aut lationis, secundùm locum mutationē: inspiciendum autem omnia quæ sunt huiusmodi, per eadem: cōmunicāt enim loci: de pluribus enim genus quàm differentiam oportet dici, &*

ci, & non participare differentiam. Sic autē aßignato, neutrum eorum quæ dicta sunt, poßibile est accidere : nam & de paucioribus dicetur, & participabit genus differentiam.

Rursum, si nulla differentia generis prædicatur de aßignata specie, nec genus prædicabitur. 23. locus. declaratio. Vt de anima, neq; impar, neq; par prædicatur: quare nec numerus. Amplius, si prius est natura species, & simul interimit genus. 24. locus. declaratio. Videtur enim cōtrarium. Amplius, si cōtingit relinquere dictū genus, uel differentiam (ut animam, moueri, opinionē: uerū, & falsum) neutrum erit dictorū genus uel differētia. 25. locus. declaratio. Videtur enim genus et differētia sequi quandiu fuerit species.

De genere, loci alij.

CAPVT III.

INspiciendum autem & si quod in genere positum est, participat aliquid contrarium generi, aut si cōtingit participare. 26. locus. declaratio. nam idem contraria simul participabit, eò quòd ipsum, genus quidem nunquam relinquit: participat autem & contrarium, aut cōtingit participare. Amplius, si quippiam cōmunicat species, quod impoßibile est omnino inesse ijs, quæ sunt sub genere. 27. locus. declaratio. Vt si anima uitæ cōmunicat, numerorum autē nullum poßibile est uiuere, nō erit species numeri anima. Considerandū autē & si æquiuoca sit species generi elemētis utēti, ijs quæ dicta sunt ad æquiuocū. 28. locus. declaratio. Vniuocū enim genus, & species. Quoniā inspiciendum autē omnis generis plures species, inspiciendum si non contingit alterā speciem esse dicti generis. 29. locus. declaratio. Nam si non est, manifestū quoniā non erit genus omnino, quod dictum est. Considerandum etiam est si quod translatitiè dictū est, ut genus aßignauit. 30. locus. declaratio. Vt temperātiam cōsonantiam. nam omne genus propriè de speciebus prædicatur: consonantia uerò de temperantia non

propriè, ſed translatitiè: omnis enim conſonantia in ſonis.
31. locus. Declaratio. Amplius, ſi ſit contrarium ſpeciei aliquid, conſiderandum. Eſt autem multipliciter cõſideratio. Primùm quidẽ ſi in eodem genere contrarium ſpeciei, cùm non ſit contrarium generi: oportet enim contraria in eodem genere eſſe, ſi nihil ſit contrarium generi. Cùm autem eſt contrarium generi: conſiderandum ſi contrarium in contrario.
32. locus. Declaratio. Neceſſe eſt enim contrarium in contrario eſſe, ſi ſit contrarium quidem generi, manifeſtum autem eſt unumquodq; eorum, per inductionem.
33. locus. Declaratio. Rurſum ſi omnino in nullo genere quod ſpeciei eſt contrarium, ſed ipſum genus. Vt bonum, nam ipſi hoc non in genere, nec contrarium huius in genere erit, ſed ipſum genus, quemadmodum in bono & malo accidit: neutrum enim horum in genere, ſed utrunq; eorum genus.
34. locus. Declaratio. Deinde conſiderandum ſi contrarium eſt alicui & genus, & ſpecies: & horum quidem eſt aliquid medium, illorum autem non. Nam ſi generum eſt aliquid medium, & ſpecierum: & ſi ſpecierum, & generum: ut in uirtute, & uitio: & iuſtitia, & iniuſtitia: utrorumque enim eſt aliquid medium. Inſtantia huius, quoniam ſanitatis & ægritudinis nihil eſt medium: mali autẽ et boni aliquod medium.
35. locus. Declaratio. Amplius, ſi eſt quidẽ aliquid utriſq; medium & ſpeciebus, & generibus: non ſimiliter autẽ, ſed horũ quidem ſecundùm negationẽ, illorum uerò ut ſubiectum. probabile enim ſimiliter & in utriſq;. Vt in uirtute & in uitio, iuſtitia, & iniuſtitia: utriſq; enim ſecundùm negationẽ mediũ. Amplius, quando nõ eſt contrariũ generi: conſiderãdum nõ ſolùm ſi contrarium in eodem genere, ſed & medium. In quo enim extrema, & medium, ut in albo & nigro: nam color
36. locus. Declaratio. genus & horum, & mediorum colorum omnium. Inſtantia

ſtantia, quoniam defectus quidem & ſuperabundantia in eodē genere (in malo enim ambo) mediocre aūt cùm ſit medium horū, nō in malo, ſed in bono eſt. Conſiderandum etiam, ſi genus quidē cōtrarium eſt alicui, ſpecies aūt nulli. Nam ſi genus eſt contrarium alicui, & ſpecies: quēadmodū uirtus & uitiū, & iuſtitia & iniuſtitia: ſimiliter aūt & in alijs cōſiderāti, manifeſtum uidetur eſſe. Inſtantia. in ſanitate & ægritudine: ſimpliciter enim ſanitas ægritudini cōtraria: aliqua aūt ægritudo, cùm ſit ſpecies ægritudinis nulli cōtrariū: ut febris & ophthalmia, & unūquodq; aliorū. Interimenti igitur tot modis inſpiciendū: ſi enim nō inſint quæ dicta ſunt, manifeſtum autē non eſſe genus quod aſſignatum eſt. Conſtruenti uerò tripliciter: primùm quidē ſi contrariū ſpeciei ſit in dicto genere, cùm nō ſit cōtrariū generi. Nam ſi contrariū in hoc, manifeſtum quoniā & quod propoſitum eſt. Amplius, ſi mediū in dicto genere. Nam in quo mediū, & extrema. Rurſum ſi ſit & cōtrariū quidem generi, conſiderandū eſt & ſi contrarium in cōtrario. Nam ſi ſit, manifeſtum quòd & propoſitum in propoſito.

37. Locus. Declaratio.

38. Locus. Declaratio.

39. Locus. Declaratio.

40. Locus. Declaratio.

De genere, loci alij.

CAPVT IIII.

RVrſum in caſibus, & cōiugatis, ſi ſimiliter ſequūtur: & interimēti, & conſtruenti. Simul enim uni, & omnibus inſunt, uel nō inſunt: ut ſi iuſtitia ſcientia quædā, & iuſtè ſcienter, & iuſtus ſciens: ſi autē horum aliquid nō ineſt, nec reliquorum ullum. Rurſum, in ijs quæ ſimiliter ſe habent admuicē. Vt delectabile ſimiliter ſe habet ad uoluptatem, & utile ad bonum, utrūq; enim utriuſque effectiuum: ſi igitur uoluptas quiddam bonum, & delectabile quiddam utile erit: manifeſtum enim quoniam boni erit

41. Locus. Declaratio.

42. Locus. declaratio.

effectiuũ,eò quòd uoluptas bonũ. Similiter aũt & in gene
43. Locus. Declaratio. rationibus,& corruptiõibus. Vt si ædificare est operari, ædificasse,operatũ esse:& si discere est reminisci,et didicisse,recordatũ esse:& si dissolui est corrũpi,et dissolutũ esse, corruptũ esse,& dissolutio,corruptio quædã. Et in gene
44. Locus. Declaratio. ratiuis uerò,& in corruptiuis,similiter & in potẽtijs, & usibus,& omnino secũdùm quãlibet similitudinẽ & interimenti, & construenti inspiciẽdũ,quemadmodũ in generatione,& corruptione diximus. Nam si corruptiuũ dissolutiuũ, & corrumpi dissolui: & si generatiuum est effectiuũ,& generari fieri,& generatio factio: similiter & in potẽtijs,& usibus,& omnino si potẽtia dispositio,& posse, disponi: & si alicuius usus est actus: & uti agere, & usum esse,egisse. Si aũt sit priuatio id quod opponitur spe
45. Locus. Declaratio. ciei,duobus modis est interimere. Primũ quidẽ si in aßignato genere est oppositũ. Aut enim simpliciter in nullo genere codẽ priuatio,aut nõ in ultimo:ut si uisus in ultimo genere est,sensu:cæcitas non erit sensus. Secundo autẽ,si & generi & speciei opponitur priuatio,non est autẽ oppositũ
46. Locus. Declaratio. in opposito:nec quod aßignatũ est,in aßignato erit. Interimenti igitur,quemadmodum dictũ est, utendũ. Construenti autẽ uno modo:nam si oppositum in opposito, & propositũ in proposito erit. Vt si cæcitas insensibilitas quæ
47. Locus. Declaratio. dam,& uisus sensus. Rursum,in negationibus cõsiderãdum econuerso:quemadmodũ in accidẽte dicebatur. Vt si delectabile quod bonum: quod non bonũ non delectabile: nam si non ita se habet,erit contrà, non bonũ delectabile:at impoßibile est,si bonũ genus est delectabilis, esse quicquam non bonũ delectabile:nam de quibus genus non prædicatur, nec specierum ulla:& construenti etiam similiter inspiciẽdum,

dum, nam si non bonũ, nõ delectabile, delectabile bonũ: quare genus bonũ, delectabilis. *Si autẽ sit ad aliquid species, considerandũ si & genus ad aliquid.* *Nam si species ad aliquid, & genus: ut in duplici, & multiplici: utrumq; enim ad aliquid.* *Si autẽ genus ad aliquid, nõ necessariò & species. Nam disciplina ad aliquid, grãmatica autẽ non.* *An nec quod prius dictũ est uerũ uidebitur: nam uirtus ipsum quod bonum, & ipsum quod honestum: & uirtus quidẽ ad aliquid, bonum uerò & honestum nõ ad aliquid, sed qualia.*

48. locus. Declaratio.
49. Locus. Declaratio.

Rursum, si non ad idem dicitur species: & secundùm se, & secundùm genus. *Vt si duplum dimidij dicitur duplum, & multiplum dimidij oportet dici: si autem non, non erit multiplum genus dupli.* *Amplius, si non ad idem & secundùm genus dicitur, & secundùm omnia genera.* *Nam si duplum dimidij multiplum est, & abũdans dimidij dicetur, & simpliciter secundùm omnia superiora genera ad dimidium dicetur. Instantia: quod non necesse est secundùm se, & secundùm genus ad idem dici: nam scientia scibilis dicitur: habitus autem & dispositio non scibilis, sed animæ.* *Rursum, si similiter dicitur genus, & species secundùm casus.* *Vt si alicui, aut alicuius, aut quolibet modo aliter dicitur: nam ut species, & genus, uelut in duplo, & in superioribus: alicuius enim & duplum, & multiplum: similiter autem & in scientia, alicuius enim & hæc, & genera: ut dispositio, & habitus.* *Instantia autem quòd aliquoties nõ sit: nam differens, & contrarium alicui, diuersum autẽ cùm sit genus horum, non alicui, sed ab aliquo: diuersum enim dicitur ab aliquo.* *Rursum, si similiter ad aliquid secundùm casus dicta, non similiter conuertuntur.* *Quemadmodum in duplo, & multiplo: utrunque enim horum alicuius:*

50. Locus. Declaratio.
51. Locus. Declaratio.
52. Locus. declaratio.
53. Locus. Declaratio.

& idem etiam secundùm conuersionẽ dicitur: alicuius enim & dimidium, & submultiplum. Similiter autẽ & in disciplina, & opinione: nam & hæ alicuius, & conuertitur: similiter & disciplinatum, & opinabile alicuius: si igitur in aliquo nõ similiter cõuertitur, manifestũ est nõ esse genus alterũ alterius.

54. Locus. Declaratio. *Rursum, si nõ ad æqualia species, & genus dicitur. Similiter enim, & æqualiter utrũq; uidetur dici, quẽadmodum in dono & datione: nã & donum alicuius alicui dicitur, & datio alicuius & alicui dicitur: est autem datio genus doni, nã donum, datio est irreddibilis. In aliquibus autẽ non accidit ad æqualia dici: nã duplum alicuius duplum, abundans autẽ & maius alicuius & aliquo: omne enim abundãs, & maius aliquo abũdat, & alicuius abũdat: quare nõ sunt genera quæ dicta sunt, dupli, eò quòd non ad æqualia dicũtur specie, aut nõ uniuersaliter uerũ, ad æqualia speciẽ & genus dici.*

55. Locus. Declaratio. *Videndũ autẽ & si oppositi, est oppositũ genus. Vt si dupli multiplũ, & dimidij submultiplum: oportet enim oppositũ oppositi genus esse: si igitur ponat aliquis scientiã idipsum quod est, sensum: oportebit & scibile id quod est sensibile esse, sed nõ est: nõ enim omne scibile, sensibile: nam intelligibilium, quædã scibilia. quare non est genus sensibile, scibilis: si autem hoc non, neq; sensus scientiæ.*

56. Locus. Declaratio. *Quoniam autẽ eorum quæ ad aliquid dicuntur, alia quidẽ ex necessitate in eis, aut circa ea sunt ad quæ dicuntur (ut dispositio, & habitus, & commensuratio, in alio enim nullo possibile est esse quæ dicta sunt, quàm in eis ad quæ dicuntur) alia autem non necesse est quidem in eis esse ad quæ dicuntur, contingit autẽ (quemadmodum scibile est in anima: nihil enim prohibet sui scientiã habere animã non necessarium autem: possibile est enim & in alio esse*

hanc

hanc eandem) alia uerò simpliciter non contingit in eis esse ad quæ dicuntur (ut contrarium in contrario: neq; scientiam scibili nisi sit scibile anima, uel homo) considerare igitur oportet si quis in genere ponat quod tale est, in nõ tali. Vt si memoriam inmansionẽ scientiæ dicat: nam omnis imman sio in mente, & circa illud: quare & scientiæ immansio, in scientia. memoria igitur in scientia, eò quòd immansio, scien tiæ est: hoc autem non contingit: memoria enim omnis in anima. Est autem qui dictus est locus & accidẽs communis: nihil enim refert, memoriæ genus immansionem dicere, aut accidere dicere illi hoc: nam si quouis modo est memoria, im mansio scientiæ, eadem aptabitur de ipsa ratio. 57. locus. Declaratio.

De re eadem loci alij.

CAPVT V.

Rursum si habitum in actu posuit, aut actum in habitu, non est genus quod tale est. Vt si sensum, motũ per corpus: nam sensus habitus, motus autẽ actus. Similiter autẽ & si memoriam habitũ contẽtiuum opinionis dixerit: nam nulla memoria habitus, sed magis actus. Peccant autem & qui habitum in consequentẽ potentiam ordinant. Vt mansuetudinem, continentiam iræ: & fortitudinem, & iustitiam, timorum, & lucrorum cõtinentiam: nam fortis, & mansuetus, perturbatione uacans dicitur: continens autem qui perturbatur, sed non ducitur: fortasse igitur talis potentia sequitur utrunque, ut si perturbetur, non ducatur: uerum continere nõ hoc est, hunc quidem fortem, illum autem mansuetum esse: sed omnino perturbari ab huiusmodi nihil. Aliquoties autem & quod sequitur, quouis modo ut genus ponunt. Vt tristitiam, iræ: & opinionem, fidei: utraque enim prædicta sequuntur quidem quodam modo 58. locus. Declaratio. 59. locus. declaratio. 60. locus. Declaratio.

assignatas

aßignatas species.neutrum autem eorum genus est:nam qui irascitur,contristatur:priore in eo tristitia facta.non enim ira tristitiæ,sed tristitia iræ caussa est:quare simpliciter ira non est tristitia. Secundùm autem hæc,neque fides opinio: contingit enim eandem opinionem etiam non credentem habere:non cõtingere autem hoc,si fides esset species opinionis:non enim contingit idem amplius permanere, si ex specie omnino permutatũ sit:quemadmodum nec idem animal quandoque hominem esse, & quandoq; non. Si quis autem dicat ex neceßitate opinantem etiam fidem habere,de æqualibus opinio & fides dicetur: quare neque sic erit genus:de pluribus enim oportet dici genus. Videndum autem & si

6.locus. declaratio. *in aliquo eorum nata sint utraque fieri. In quo enim species, & genus,ut in quo album, & color,& in quo grammatica,et disciplina: si igitur uerecundiam timorẽ dixit,aut iram,tristitiam, nõ accidit in eodem speciem & genus esse: nam uerecundia quidem in rationali, timor in irascibili, at tristitia in concupiscibili: nam in hoc & uoluptas, ira autẽ in irascibili: quare non sunt genera, quæ aßignata sunt, eò quòd non in eodem cum speciebus nata sunt fieri: similiter autẽ & si amicitia in concupiscibili,non erit uoluntas quædam:omnis enim uoluntas in rationali. Vtilis autem hic locus & ad accidens,& id cui accidit:in eodẽ enim accidens, & cui accidit:quare nisi in eodem uideatur,manifestũ quoniam non accidit.*

6.locus. declaratio. *Rursum si secundùm quid species dictum genus participat:nõ enim uidetur secundùm quid participari genus. Nam non est homo,secundùm quid animal, neque grammatica,secundùm quid disciplina:similiter autẽ & in alijs, considerandum igitur si in aliquibus secundùm quid participatur genus, ut si animal quod sensibile uel*

uisibile

uisibile dicitur: nam secundùm quid sensibile, uel uisibile animal, secundùm corpus enim sensibile, & uisibile, secundùm animam autem non: quare non erit genus, corpus uisibile, & sensibile, animalis. Latent autem quandoque & totum 63. locus.
in parte ponentes. Vt animal, corpus animatum: nullo enim declaratio.
modo pars de toto prædicatur: quare non erit genus corpus animalis, eo quod pars est. Videndum autem si quid uitu 64. locus.
perandorum, aut fugiendorum in potestate, aut potente po declaratio.
suit. Vt sophistam, uel calumniatorem, uel furem eum qui possit aliena latenter surripere: nemo enim prædictorũ in eo quòd possit, aliquid horum talis dicitur: potest enim & Deus, & studiosus, praua agere: nõ sunt autem huiusmodi: nam omnes praui secundùm electionem dicuntur. Amplius, omnes potestates eorum sunt quæ sunt eligenda: nam prauorum potestates eligendæ, eò quòd Deum & studiosum habere dicimus eas, potentes enim dicimus eos esse, praua agere: quare nullius uituperabilis erit genus potestas. Si autem non, accidet uituperandorum quiddam eligendum esse: nam erit quædam potestas uituperabilis. Et si quid 65. locus.
propter se honorabilium uel eligibilium, in potestate uel declaratio.
potente, uel effectiuo posuit. Nam omnis potestas, & omne potens aut effectiuum, propter aliud eligendum. Aut 66. locus.
si quid eorum quæ sunt in duobus generibus uel pluribus in declaratio.
altero posuit. Quædã enim non est in uno genere ponere: ut fraudulentum, aut calumniatorem: neque enim qui eligit, impotens autem: neque qui potest: at nõ eligens, calumniator, aut fraudulentus: sed qui utraque hæc habet: quare non ponenda sunt in uno genere, sed in utroque eorum quæ dicta sunt. Amplius, aliquoties econuerso, genus quidem 67. locus.
ut differentiam, differentiam autem ut genus assignant. Vt declaratio.

stuporem

ſtuporem, ſuperabundantiam admirationis, & fidem uehementiam opinionis: nam neque ſuperabundantia, neq; uehementia genus, ſed differētia: uidetur enim ſtupor, admiratio eſſe ſuperabundans: & fides, opinio uehemens, quare genus admiratio, & opinio eſt: ſuperabundantia autem, & uehementia differentia. Amplius, ſi quis ſuperabundantiam, & uehementiam ut genera aſsignet, inanimata fidem facient, & ſtupefacient: nam cuiuſque uehementia, & ſuperabundantia illi adeſt, cuius eſt ſuperabundantia, & uehementia: ſi ergo ſtupor ſuperabundantia eſt admirationis, aderit admirationi: quare admiratio ſtupefaciet: ſimiliter autem & fides aderit opinioni, ſi uehementia quidē opinionis eſt: quare opinio fidē faciet. Amplius, accidet ſic aſsignanti uehementiam uehementem dicere, & ſuperabundantiam ſuperabundantem: eſt enim quædam fides uehemens: ſi ergo fides uehementia eſt, uehementia erit uehemens: ſimiliter autem & ſtupor quidam & ſuperabundans: ſi ergo ſtupor eſt ſuperabundātia, ſuperabundātia erit ſuperabundans: uidetur autem neutrum horum, quemadmodum nec diſciplina diſciplinatum, nec motus motum.

68. locus. declaratio. Quandoq; autem peccant, & paſsionē in genere eius quod paſſum eſt ponentes. Vt immortalitatē uitam ſempiternam dicētes eſſe: paſsio enim uitæ & accidēs, immortalitas uidetur eſſe: quòd autem uerum ſit quod dicitur, manifeſtum fiet, ſi quis admittat aliquem ex mortali fieri immortalem: nullus enim dicit aliam uitam eum ſumere: ſed accidens aliquod, uel paſsionē huic eidem aduenire: quare non genus uita, immortalitatis.

69. locus. declaratio. Rurſum, ſi paſsionē cuius eſt paſsio, illius genus dicit eſſe. Vt ſpiritum, aërem motum: magis enim motus aëris, ſpiritus: nam aër idem permanet: & quādo mouetur, & quando ſtat

stat: quare non est omnino aër spiritus: esset enim & non moto aëre spiritus, siquidem idem aër permanet, qui quidē erat spiritus: similiter autem & in alijs huiusmodi. Si igitur & in hoc oportet admittere quòd aër motus, est spiritus: non tamen de omnibus huiusmodi est aßignandum, de quibus non uerificatur genus, sed de quibuscunq; uerè prædicatur aßignatum genus: nam in quibusdam non uidetur uerificari, ut in luto, & niue: nam niuem dicunt esse aquam coagulatam. lutum autem terram humido temperatam: est autem neq; nix aqua, neq; lutum terra: quare neutrum aßignatorum generum erit genus: oportet enim genus uerificari semper de omnibus speciebus: similiter autem neq; uinum est aqua putrefacta (sicut Empedocles *dicit*, in ligno *putruit unda) nam simpliciter non est aqua.*

De genere, loci alij.

CAPVT VI.

AMplius, si omnino quod aßignatū est, nullius est genus. Manifestum enim, quoniā neq; eius, quod dictum est. 70. Locus.

Considerandum autē ex eo quod nihil eorum differt specie, quæ participant aßignatū genus. Vt nihil alba differunt specie, ipsa à seinuicem: omnis aūt generis, sunt species differētes: quare nullius erit albū genus. 71. Locus. Declaratio.

Rursum, si quod omnia sequitur, genus, uel differentiam dixit. Plura enim sunt quæ omnia sequuntur: ut ens, & unum, eorum sunt quæ omnia sequuntur: si igitur ens genus aßignauerimus, manifestum quoniam omnium erit genus, eò quòd prædicatur de eis. de nullo enim genus quàm de speciebus prædicatur: quare & unum species erit entis: accidit ergo de omnibus de quibus genus prædicatur, & speciem prædicari, eò quòd ens, & unum de omnibus simpliciter prædicantur: 72. Locus. Declaratio.

opor

oportet autem de paucioribus ſpeciem prædicari. Si autem quod omnia ſequitur, differẽtiam dixit, perſpicuum quoniã de æqualibus, uel de pluribus differentia quàm genus dicatur. Nam ſi & genus omnia ſequitur, de æqualibus: ſi uerò non omnia ſequatur genus, de pluribus differentia dicetur

73. Locus. declaratio. quàm ipſum genus. Amplius, ſi in ſubiecta ſpecie eſt,

74. Locus. declaratio. quod aßignatum genus dicitur. Vt albũ, in niue: quare manifeſtum quoniã non erit genus: de ſubiecta enim ſpecie ſolũ

75. Locus. declaratio. genus dicitur. Conſiderandum autẽ etiam eſt, ſi non uniuocum ſit genus ſpeciei. Nam de omnibus ſpeciebus uniuocè genus prædicatur. Amplius, quando exiſtente & ſpeciei, & generi contrario, ſi quod melius contrariorum eſt, in peiori genere ponit. Nam accidet reliquum in reliquo eſſe, eò quòd contraria in contrarijs generibus: quare quod deterius eſt, in meliori erit: at uidetur melioris, & genus melius eſſe.

76. Locus. declaratio. Et ſi eodẽ ſimiliter ad utraq; ſe habente, in peiore, & non in meliore genere ponit. Vt animam ipſum quod eſt agitationẽ, aut agitatum: nam pari modo eadẽ ſtatiua, & agitatiua eſſe uidetur: quare ſi melius ſtatio, in hoc oportet genere ponere. Amplius, ex magis & minus.

77. Locus. declaratio. Deſtruenti quidẽ ſi genus ſuſcipit magis, ſpecies autẽ non ſuſcipit, neq; ipſa, neq; quod ab ipſa dicitur: ut ſi uirtus ſuſcipit magis, & iuſtitia, & iuſtus: dicitur enim iuſtus magis alter altero: ſi igitur aßignatũ quidẽ genus magis ſuſcipit, ſpecies autẽ nõ ſuſcipit, neq; ipſa, neq; quod ab ipſa dicitur,

78. Locus. declaratio. non erit quidẽ aßignatum genus. Rurſum, quod magis uidetur, uel ſimiliter, non eſt genus: manifeſtum quoniã nec quod aßignatum eſt. Vtilis aũt hic locus in talibus maximè: in quibus plura uidentur de ſpecie in eo quod quid eſt prædicata, cùm non determinatum eſt, neq; promptum nobis eſt dicere,

dicere quodnã eorũ genus:ut de ira,tristitia,& opinio paruipendẽtiæ,in eo quod quid est prædicari uidẽtur:cõtristatur enim iratus,& opinatur paruipendi. Eadem autem consideratio & in specie ad aliud aliquid comparãti. Nam si quod magis,aut similiter uidetur esse in aßignato genere; non est in genere: manifestum quòd neq; aßignata omnino species erit in genere:interimenti igitur quemadmodum dictum est,utendum. Astruenti uerò si quidem suscipit magis quod aßignatum est genus,& species,non utilis locus:nihil enim prohibet utrorunq; suscipientium,non esse alterum alterius genus:nam bonum & album suscipit magis, & neutrum neutrius genus. Generum autem, & specierum ad seinuicem comparatio, utilis:ut si similiter hoc,& hoc genus:si alterum genus,& alterum: similiter autẽ & si quod minus,et quod magis:ut si cõtinentiæ,magis potestas, quàm uirtus genus,uirtus autem genus,& potestas. Eadem autem & de specie cõuenit dici:nam si similiter hoc, & hoc propositi species:si alterum species,& reliquũ:& si quod minus uidetur,species est,& quod magis. Amplius,ad cõstruendũ:perspiciendum si de quibus aßignatũ est genus, in eo quod quid est prædicatur:cùm non sit una aßignata species,sed plures,& differentes. Nam manifestum quoniã erit genus. Si autẽ in aßignato species est,considerãdum & si de alijs speciebus genus in eo quod quid est prædicatur. Nam rursus accidet de pluribus & differentibus idem prædicari. Quoniã autẽ uidetur in quibusdam & differentia in eo quod quid est de speciebus prædicari, separandum est genus & differentia,utẽti ijs quæ dicẽtur elemẽtis. Primùm quidẽ quoniã genus de pluribus dicitur quàm differentia. Deinde quoniã secundùm eius (quod quid est)

79.Locus.
80.Locus.
81.Locus. Declaratio.

aßignationem, magis conuenit genus, quàm differentiam dicere. Nam qui animal dicit hominem, magis indicat quid est homo, quàm qui greßibile. Et quoniam differentia quidem qualitatẽ generis semper significat: genus autem, differentiæ non. Nam qui dicit greßibile, quiddã animal dicit: qui uerò animal dicit, non dicit quale quiddam greßibile: differentia igitur à genere sic separanda.

81. Locus. declaratio. *Quoniam autem uidetur musicum, qua musicum est, sciens esse: & musica scientia quædam est: & si ambulans eò quòd ambulat mouetur, ambulatio motus quidem est: cõsiderãdum in quo genere uult quippiam construere secundùm dictum modum Vt si scientiam ipsum quod est fidem: si sciens quatenus scit, fidit: manifestum enim quoniam scientia, fides quædam erit: eodem aũt modo & in alijs huiusmodi.*

83. Locus. declaratio. *Amplius, quoniã quod sequitur aliquid semper & nõ conuertitur, difficile est separare, quòd nõ sit genus, si hoc quidẽ illud seqtur omne, illud uerò hoc nõ omne. Vt tranquillitatẽ quies, & numerum diuisibile: econuerso aũt non: nam diuisibile non omne, numerus, neq; quies omnis, tranquillitas: ipso quidẽ est utẽdum ut genere quod est semper consequens, cùm non conuertatur alterum: cùm autẽ alterum se extendit nõ in omnibus, obsequendum. Instantia autẽ huius: quoniam nõ ens, sequitur omne quod fit (nam quod fit, nõ est) non conuertitur (nõ enim omne quod non est, fit) attamẽ nõ est genus nõ ens eius quod fit: simpliciter enim non sunt nõ entis species. De genere igitur quẽadmodum dictum est, transeundum.*

Quarti Topicorum Aristotelis
FINIS.

IN TO

IN TOPICORVM Librum V. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

VINTO uolumine proprium libratur. Inspice an impropriè proprium, an minus notū, an æquiuocum ibi nomen, an & subiectum, an & idem: an quid ibi omnibus competat, an plura eiusdem propria, nec distincta, an id cuius proprium, an quod tantum semper comitatur: an quod nunc proprium, an quod nō solis noscitur sensibus, an definitio magis, an nusquam proprij genus. Vide illud quoque, cuius proprium traditur, an nomē ibi genusq; dissideant, an subiectū propriū ei traditum, quod in subiecto: an quod in proprij participatu. an prius ibi aliquid, & posterius, an eorundem quæ sunt eadem, non idem sit proprium, aut non idem semper eorundem specie. an pro illo nunc illud semper afferatur. an idem eiusdem proprium. Considera & quæ similium sunt partium. & opposita quælibet, & quæ de quibus prædicentur, quæ subijciantur, quæ distinguantur. Sed & casus etiam in contrapositis. Et quæ similiter se habeant, & quæ itidem, sed & ideam, magisq́ue & minus, & quod ui proprium, & quod superlatione.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER V.

De modis proprij.

CAPVT I.

1.locus. declaratio.

TRVM autẽ propriũ, an nõ proprium est quod dictum est: per hæc cõsiderandũ. Aßignatur autẽ propriũ aut per se, & semper: aut ad aliud, aut aliquãdo. Per se quidẽ, ut hominis, animal mãsuetũ natura: ad aliud autẽ, ut animæ ad corpus: quoniã illa quidem imperare nata, hoc autẽ parere: semper autẽ, ut Dei, animal immortale: aliquãdo uerò, ut alicuius hominis ambulare in gymnasio.

2.locus. declaratio. Sunt autẽ proprij, quod ad alterum aßignatũ est, aut duo problemata, aut quatuor. Nam si de hoc quidem aßignatũ quippiã fuerit, de illo uerò negatum idipsum, duo duntaxat problemata fiunt: quemadmodũ hominis ad equũ propriũ est quod bipes est: nam & quòd homo nõ bipes est argumẽtabitur quispiã, & quòd equus bipes: utrinq; autem remouetur proprium. Si autẽ de utroq; utrunq; aßignatum fuerit, & de utroq; negatum: quatuor problemata erunt: ut hominis proprium ad equum, quòd ille quidẽ bipes, hic autẽ quadrupes est: nam & quòd homo non bipes est, & quòd esse quadrupes natus est, argumentari est, & quòd equus bipes, & quòd non quadrupes, poßibile est argumentari: quolibet igitur modo ostenso, interimitur quod propositũ est.

3.locus. Declaratio. Est autem per se quidem proprium, quod ad omnia aßigna

aßignatur, & ab omni separat (quemadmodum hominis animal mortale disciplinæ susceptiuum) ad aliud autẽ, quòd non ab omni, sed ab aliquo statuto determinat (ut uirtutis ad disciplinam: quoniam illa quidem in pluribus, hæc in rationali solo, & in habentibus rationẽ nata est fieri) semper autem, quod secundùm omne tempus uerificatur, & nunquàm relinquitur (quemadmodũ animalis ex anima et corpore compositum esse) aliquãdo uerò, quod secundùm aliquod tempus uerificatur, & non ex neceßitate semper consequitur: ut alicuius hominis, ambulare in foro. Est autẽ *ad alterum proprium aßignare: differentiam dicere, aut in omnibus, & semper, aut ut multum, & in plurimis.* Et in *omnibus quidem & semper, quemadmodum hominis proprium ad equum quoniam bipes: nam homo quidem & omnis, & semper est bipes: equus autem nullus est bipes, & nunquàm: ut multum autem & in plurimis: quemadmodũ rationalis proprium principare ad concupiscibile, & irascibile, eò quòd illud quidem imperat: hæc autem parent: nam neque rationale semper imperat, sed quandoque illi imperatur: neque concupiscibili, & irascibili semper imperatur, sed imperant quãdoque, cùm fuerit hominis anima flagitiosa.* 4. locus. declaratio.

Propriorum autem ea maximè logica sunt, quæ *per se, & semper, & quæ ad aliud.* Nam eius quod ad aliud *est proprium, plura problemata sunt: quemadmodum diximus & prius: nam aut duo, aut quatuor, ex neceßitate fiunt problemata. plures autem orationes fiunt ad hæc: quod autem per se est, & semper, ad multa est argumentari, & ad plura tempora obseruare: quod per se quidem ad multa, nam ad unumquodque eorum quæ sunt, utpote cui oportet inesse proprium: quare si non ab omni separat, nõ erit bene* 5. locus. declaratio.

 aßigna

aßignatum proprium: quod autẽ ſemper, ad plura tempora eſt obſeruare, & ſiue non ineſt, ſiue non infuerit: ſiue non inerit, non erit proprium. Quòd uerò aliquando, ad illud (quod nunc dicitur) tempus, conſideramus: non igitur ſunt rationes ad ipſum plures. Logicum autem eſt problema, ad quod rationes fiunt & crebræ quidem, & bonæ. Ad aliud igitur proprium dictũ, ex ijs quæ ſunt de accidente locis inſpiciendum, ſi huic quidem accidit, illi uerò non. De ijs autẽ quæ ſemper, & quæ per ſe, per hæc conſiderandum.

De locis proprij.

CAPVT II.

6. locus. declaratio. PRimùm quidem an non bene aßignatum eſt propriũ, an bene. Eius autẽ quod eſt nõ bene, aut bene, eſt unum quidem, ſi nõ per notiora, aut per notiora poſitum eſt proprium, deſtruenti quidem, ſi non per notiora: at cõſtruenti,

7. locus. declaratio. ſi per notiora. Eius autẽ quod nõ per notiora eſt, hoc quidem ſi omnino ignotius poſitũ eſt proprium: quod aßignauit, illo cuius proprium dixit. Non enim erit bene poſitum proprium: nam propter notitiã proprium facimus: diſcẽdi enim cauſa, & proprium, & definitiones facimus: per notiora igitur accipiendum: ſic enim magis erit ſufficienter cognoſcere: utputa qui ponit ignis proprium eſſe ſimillimum animæ, ignotiore quàm ignis utitur, anima: magis enim ſcimus quid eſt ignis, quàm quid anima: nõ igitur erit bene po-

8. locus. declaratio. ſitum proprium ignis, ſimillimum animæ. Aliud autem, ſi non notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet enim nõ ſolùm notius eſſe re, ſed & huic ineſſe, notius eſſe: nam qui non ſcit ſi huic ineſt, neque ſi illi ſoli notius ineſt cognoſcit: quare cùm quoduis horum acciderit, obſcurum fit proprium: ut quia qui ponit ignis proprium, in quo primò anima nata

eſt eſſe

est esse, ignotiore utitur quàm sit ignis, eò quòd ignotius est, si in hoc est anima, & si in hoc primo est: nō erit itaq; bene positum proprium ignis, in quo primo anima nata est esse.

Construēti autē, si per notiora positū est propriū, & si per notiora secūdùm utrūq; modū. Erit enim bene secūdùm hoc positū propriū: nam constructiuorū locorū eius quod bene, alij quidem secundùm hoc solum, alij autem simpliciter monstrabunt quod bene: ut quia qui dixit animalis proprium, sensum habere, per notiora, & notius aßignauit proprium secundùm utrunque modum: quare erit bene aßignatum secundùm hoc, animalis proprium, sensum habere. 9.Locus. Declaratio.

Deinde destruenti quidem, si quod nominum quæ in proprio sunt aßignata multipliciter dicitur, uel etiam tota oratio plura significat. Non enim erit bene positum proprium, ut quoniam sentire multa significat, unum quidem sensum habere, alterum autem sensu uti: non erit animalis proprium bene positum quod natum est sentire: quapropter non utendum est, neque nomine, quod multipliciter dicitur, neq; oratione, quæ plura significet: quia quod multipliciter dicitur, obscurum facit quod dictum est, dubitante eo qui debet argumentari, quodnam dicit eorum quæ multipliciter dicuntur: nam proprium discendi gratia aßignatur. 10.Locus. Declaratio.

Amplius autem ad hoc necessarium est redargutionem aliquam fieri cùm sic aßignant proprium: quandō in dißidente quispiam conficiet syllogismum, de eo quod multipliciter dicitur. 11.Locus. Declaratio.

Construenti autem, si non plura significat, neque nominum quippiam, neque tota oratio. Erit enim secundùm hoc bene positum proprium: ut quia neq; corpus plura significat, neque mobilißimum in superiorem locum: neq; totum quod ex his

compositū est: erit bene positum secundùm hoc ignis proprium corpus mobilißimum in superiorē locum.

11. Locus. Declaratio. *Deinde destruenti quidē si multipliciter dicitur illud, cuius propriū aßignatur: non determinatur autem cuius eorum ponatur proprium. Non enim bene erit aßignatum proprium: ob quas autem causas non immanifestum est ex ijs quæ prius dicta sunt: nam eadem accidere necessarium est, ut quia scire hoc, plura significat: unum enim sciētiam habere hoc, alterum autem scientia uti hoc, aliud uerò scientiam esse huius, aliud autem scientia uti huius, non erit eius quod est scire hoc, bene aßignatum proprium nullum, non determinato, cuius horum ponitur proprium.*

13. Locus. Declaratio. *Construenti uerò, si nō dicitur multipliciter hoc cuius proprium ponitur, sed est unum, & simplex. Erit enim bene positum secundùm hoc proprium: ut quia homo simpliciter dicitur, erit bene positum secundùm hoc hominis proprium, animal mansuetum natura.*

14. Locus. Declaratio. *Deinde destruenti quidem, si frequenter dictum est idē in proprio (sæpè enim latēt hoc facientes & in proprijs, quēadmodum & in terminis) non erit bene positum quod hoc sustinet, propriū. Conturbat enim audientē, quod frequenter dicitur: obscurum igitur necessarium est fieri, & præter id nugari uidentur. Eueniet autem frequenter idem dicere duobus modis: uno quidem quando nominauerit frequenter idem: ut si quis proprium aßignet ignis, corpus tenuißimum corporum: hic enim frequenter dixit corpus. Secundò autem, si quis assumat orationes pro nominibus: ut si quis reddat terræ proprium, substantiam quæ maximè corporum secundùm naturam fertur in inferiorem locum: deinde assumat pro corporibus, huiusmodi substantias: unum enim & idem est corpus, & huiusmodi substantia: erit ergo hoc*

go hoc modo substantia frequenter dicta, quare neutrum erit bene positum proprium. Construenti uerò, si nullo utitur frequenter nomine eodem. Erit enim secundùm hoc bene aßignatum proprium, ut quia qui dixit hominis proprium, animal disciplinæ susceptiuum, non usus est frequenter eodem nomine: erit utique secundùm hoc bene aßignatũ hominis propriũ. Deinde destruenti quidem, si tale aliquid aßignauit in proprio nomẽ, quod omnibus insit. Inutile enim erit, quod non separat ab aliquo: quod autẽ in proprijs dicitur, separare oportet: quẽadmodum & quæ in terminis: non igitur erit bene positũ propriũ: ut quia qui posuit sciẽtiæ proprium opinionem indißuasibilẽ à ratione, unum existẽs tali aliquo usus est proprio (uno inquã) quod omnibus inest: non erit utique bene positum scientiæ proprium. 17.Locus. Declaratio. 16.Locus. Declaratio.

Astruenti autem, si nullo usus est communi, sed quod ab aliquo separat, erit bene positum secundùm hoc proprium. Vt quia qui dixit animalis proprium animam habere, nullo usus est communi: erit secundùm hoc bene positum propriũ animalis, animam habere. Deinde destruenti quidem si plura propria aßignat eiusdẽ, non determinans quòd plura ponit. Nõ enim erit bene positum proprium: nam quẽadmodum nec in terminis oportet præter eam (quæ indicat substãtiam) orationem, adiungere quippiam plusculum, sic nec in proprijs præter eam (quæ facit proprium quod dictum est) orationẽ, quicquam coaßignandũ. inutile enim fit eiusmodi: ut quia qui dixit propriũ ignis, tenuißimum, & leuißimum, plura aßignauit propria (utrunq; enim de solo igne uerum est dicere) non erit bene positum proprium ignis, corpus subtilißimum, & leuißimum. Astruenti uerò si non plura eiusdem propria aßignauit, sed unum. Erit enim 17.Locus. Declaratio. 18.Locus. Declaratio. 19.locus. Declaratio.

secūdùm hoc bene positum proprium: ut quia qui dixit humidi proprium, corpus quod in omnē figurā diducitur, unū

20. Locus. declaratio. aßignauit proprium, & non plura: erit secundùm hoc bene positum humidi proprium. Deinde destruenti quidem, si eodē usus est cuius propriū aßignauit: aut eorū quæ sunt illius aliquo. Non enim erit bene positū propriū: nam discendi gratia aßignatur propriū: idem autē eidem similiter ignotū est: id autem quod aliquid eorū est quæ sunt eius, posterius: nō igitur est notius: quare nō fit ut per hoc quisquā magis quippiā discat: ut quia qui dixit animalis proprium, substantiā cuius species est homo, aliquo usus est eorū quæ sunt animalis: non erit bene positū propriū.

21. Locus. declaratio. Construenti autem si neq; eodē, neq; eorū quæ sunt ipsius aliquo utitur. Erit enim bene secundùm hoc positū proprium: ut quia qui posuit animalis propriū ex anima & corpore compositum esse, neq; eorū quæ sunt ipsius aliquo usus est, erit utiq; bene secundùm hoc aßignatum animalis proprium. Eodem autē modo & in alijs considerandum est, quænam non faciunt,

22. Locus. declaratio. aut faciunt notius. Destruenti quidem si aliquo usus est, aut opposito, aut omnino simul natura, aut posteriore aliquo. Non enim erit bene positū propriū: nā oppositū simul natura, quod autem simul natura, & posterius, non efficit notius: ut quia qui dixit boni proprium, quod malo maximè opponitur, opposito est usus boni: non erit profectò bene aßignatum boni proprium.

23. Locus. declaratio. Construenti autem, si nullo usus est neque opposito, neque omnino simul natura, neq; posteriore. Erit enim secundùm hoc bene aßignatum propriū: ut quia qui posuit disciplinæ proprium, opinionē maximè facientem fidem, nullo usus est neque opposito, neque omnino simul natura, neque posteriore: erit secundùm

hoc

hoc bene positū disciplinæ proprium. Deinde destruenti quidē, si nō quod semper sequitur proprium aßignauit, sed id quod fit quandoq; nō propriū. Nō enim erit bene pronunciatum propriū: nam neq; in quo deprehendimus inesse ipsum, de hoc & nomen ex neceßitate uerificatur, neque in quo deprehenditur nō inesse, de hoc ex neceßitate non dicetur nomē: quare non erit bene positū proprium. Amplius autē ad hæc, neq; quando quisquam aßignauerit proprium, erit manifestum si inest: siquidē tale est, ut quod ipsum relinquere poßit: nō igitur erit clarum esse proprium: ut quia qui posuit animalis proprium moueri quandoque, uel stare tale, aßignauerit proprium quod fit quandoq; nō propriū, nequaquam erit bene positum proprium. Astruēti uerò, si quod ex neceßitate semper est, proprium asignauerit. 14. locus. declaratio. 15. locus. declaratio.

Erit enim bene positū secundùm hoc proprium. ut quia qui posuit uirtutis proprium quod habentem facit studiosum, quod semper sequitur, proprium asignauit: erit utiq; secundum hoc bene asignatum uirtutis proprium. Deinde destruenti quidem si quod nunc proprium est asignans: non determinauerit quòd non proprium asignat. Non enim erit bene positum proprium: primum quidem quia quod præter consuetudinem fit omne, semper determinatione indiget: solent autem ut plurimum omnes, quod semper sequitur proprium asignare. Secundò autem, quia immanifestus est qui non determinauerit: si quod nunc est proprium uoluerit ponere: non igitur danda est obiurgationis occasio: ut quia qui posuit alicuius hominis proprium sedere cum aliquo homine, quod nunc proprium est posuit: non bene proprium asignabit, si non determinans dixerit quod nunc. Construenti autem, si nunc proprium Proprium est virtuti ut habentē se faciat studiosum. 16. locus. declaratio. 17. locus. declaratio.

aßignans determinãdo posuit, quod nunc proprium posuerit. Erit enim bene positũ secundùm hoc proprium: ut quia qui dixit cuiusdam hominis proprium ambulare nunc alicubi, distinguens posuit hoc: bene erit positum proprium.

28. locus. Declaratio. *Déinde destruenti quidẽ si tale aßignauit propriũ quod manifestum non est aliter inesse quàm sensu. Non enim erit bene positum proprium: nam omne sensibile extra sensum factum, manifestũ est: latens enim est si adhuc inest, eò quòd sensu solùm cognoscitur. Erit autẽ uerum hoc in ijs quæ nõ ex neceßitate semper consequuntur: ut quia qui posuit solis proprium, astrum quod fertur super terrã lucidißimũ: tali usus est in proprio (super terrã inquam ferri) quod sensu cognoscitur: non utiq; erit bene solis aßignatũ propriũ. immanifestum enim erit cùm occidet sol, si adhuc feratur super terrã, eò quòd nos tunc deseruimus sensum.*

29. locus. Declaratio. *Construenti uerò si tale aßignauit propriũ, quod nõ sensu est manifestũ: aut cùm sit sensibile, ex neceßitate inesse manifestũ est. Erit enim secundùm hoc bene positũ proprium. Vt quia qui posuit superficiei proprium quod primum coloratũ est, sensibili quidem aliquo usus est (coloratũ esse inquam) tali quidẽ quod manifestum est inesse semper: erit secundùm hoc bene aßignatum superficiei proprium.*

30. locus. Declaratio. *Déinde destruenti quidem, si terminum ut proprium aßignauit. Non enim erit bene positum proprium: nam non oportet indicare quod quid est esse, proprium: ut quia qui dixit hominis proprium animal greßibile bipes, quod quid est esse significãs asignauit hominis proprium, nõ utiq; erit hoc hominis propriũ bene asignatũ.*

31. locus. Declaratio. *Construenti autẽ, si quod cõuersim quidem prædicatur asignauit proprium: non autem quod quid est esse indicans. Erit enim secundùm hoc bene asignatũ propriũ: ut quia*

ut quia qui posuit hominis proprium, animal mansuetum natura, quod conuersim quidem prædicatur aßignauit proprium, nõ quod quid est quidem indicãs: erit secundùm hoc bene aßignatum proprium hominis. Deinde destruenti *quidẽ, si non quippiam in quid est ponens, aßignauit proprium. Oportet enim in proprijs quemadmodũ in terminis primum aßignari genus, deinde sic iam addere reliqua, & separare: quare quod nõ hoc modo positũ est proprium, nõ erit bene aßignatum: ut quia qui dixit animalis proprium animã habere, non posuit quicquã in quo ut in quid, est animal: nõ erit bene positũ animalis proprium.* Construenti *uerò si quis quippiã quod in quid est ponẽs eius cuius proprium aßignauit, reliqua adiungit. Erit enim secundùm hoc bene aßignatũ proprium: ut quia qui posuit hominis proprium animal disciplinæ susceptibile: quippiã quod in quid est ponens, aßignauit proprium: erit secundùm hoc bene positum proprium hominis. Vtrum igitur bene, an non bene asignetur proprium, per hæc inspiciendum.* 32. locus. Declaratio. 33. locus. Declaratio.

De proprio, loci alij.

CAPVT III.

VTrum uerò proprium est omnino quod dictũ est, an nõ proprium ex ijs cõsiderandum. Nam simpliciter construentes proprium quod bene positum est, loci ijdem erunt ijs qui propriũ omnino faciunt: in illis igitur dicẽtur. 34. locus. declaratio.

Primùm ergo destruenti quidẽ inspiciendum ad unumquodq; eorũ cuius proprium asignauit. Vt si nulli inest, aut si non de hoc quidem uerificatur, aut si nõ est proprium cuiusq; eorum secundùm illud cuius proprium asignauit, non enim erit proprium, quod positũ est esse proprium: ut quia de geometra nõ uerificatur indeceptibilem esse ab oratione

*(nam decipitur geometer cùm pseudographiam facit) non
erit hoc scientis propriũ, nõ decipi ab oratione. Cõstruenti*
35.locus. declaratio. *autẽ si de omni uerificatur, & qua de hoc uerificatur.* Erit
*enim proprium, quod positũ est esse proprium: ut quia ani-
mal disciplinæ susceptiuum de omni homine uerificatur &
qua homo, erit hominis proprium animal disciplinæ susce-
ptiuũ. Est autẽ locus hic destruenti quidẽ, si non de quo no-*
36.locus. declaratio. *men & oratio uerificatur, & si nõ de quo oratio & nomẽ
uerificatur. Construenti autẽ, si de quo nomen et oratio, &
si de quo oratio & nomẽ prædicatur.* Deinde *destruenti
quidem, si nõ de quo oratio, & nomẽ uerificatur: & si non
de quo nomẽ, & oratio uerificatur. Nõ enim erit propriũ,
quod positum est esse proprium: ut quia animal quidẽ disci
plinæ susceptiuum uerificatur de* Deo: *homo autẽ non præ-
dicatur: nõ erit hominis proprium, animal disciplinæ susce-*
37.locus. declaratio. *ptiuum. Construenti autẽ si de quo oratio & nomẽ præ-
dicatur: & si de quo nomẽ & oratio prædicatur. Erit enim
proprium quod positũ est esse propriũ: ut quia de quo ani-
mam habere uerificatur animal, & de quo animal animã ha
bere: erit animam habere animalis proprium.* Deinde *de-*
38.locus. declaratio. *struenti quidẽ si subiectum, proprium aßignauit eius, quod*
39.locus. declaratio. *in subiecto esse dicitur. Nõ enim erit proprium, quod posi-
tum est esse proprium: ut quia qui posuit propriũ subtilißi-
mi corporis, ignem, subiectũ aßignauit prædicati propriũ,
nõ erit ignis corporis subtilißimi propriũ: propter hoc aũt
nõ erit subiectũ, eius quod in subiecto esse dicitur propriũ,
eò quòd idem esset plurium & differentium specie, pro-
prium: nam eidem plura quædã discrepantia specie insunt,
de solo dicta: quorum erit omnium proprium quod subie-*
40.locus. declaratio. *ctum est, si quis hunc in modum ponat proprium.* Con
struenti

ſtruenti uerò, ſi quod in ſubiecto eſt, aßignauit propriũ ſubiecti. Erit enim propriũ quod poſitũ eſt non eſſe propriũ: ſi quidẽ de ſolo prædicatur (ut dictũ eſt) propriũ: ut quia qui dixit terræ propriũ corpus grauißimũ ſpecie, ſubiecti aßignauit propriũ quod de ſola dicitur re, & ut propriũ prædicatur, erit terræ proprium rectè poſitum. Deinde de- 41. Locus. Declaratio.
ſtruenti quidem, ſi ſecundùm participationẽ aßignauit proprium. Non enim erit propriũ, quod poſitum eſt eſſe proprium: nam quod ſecundùm participationem ineſt, ad quod quid eſt eſſe conducit: erit autem huiuſmodi differentia quædam de aliqua ſpecie dicta: ut quia qui dixit hominis proprium greßibile bipes, ſecundùm participationẽ aßignauit propriũ: non erit utiq; proprium hominis greßibile bipes.

Conſtruenti autẽ, ſi non ſecundùm participationẽ aßi- 42. Locus. Declaratio.
gnauit propriũ, nec quod quid eſt eſſe indicans, conuerſim prædicata re. Erit enim propriũ quod poſitum eſt eſſe proprium, ut quia qui poſuit animalis propriũ quod natum eſt ſentire, neq; ſecundùm participationẽ aßignauit proprium, neq; quod quid eſſe indicans, conuerſim re prædicata, erit utiq; quod ſentire natũ eſt, animalis proprium. Deinde deſtruenti quidẽ, ſi non contingit ſimul ineſſe propriũ, ſed 43. Locus. Declaratio.
uel poſterius, uel prius quàm idipſum nomen. Non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium, aut nunquã, aut non ſemper: ut quoniam contingit alicui prius fore, & poſterius ambulare per forum quàm quòd homo, non erit ambulare per forum hominis propriũ, aut nunquã, aut nõ ſemper. Conſtruenti autem, ſi ſimul ex neceßitate ſemper ineſt, tùm neq; terminus, neq; differentia ſit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt forſitan non eſſe propriũ: ut quia animal diſciplinæ ſuſceptiuum: ſimul ex neceßitate ſem- 44. Locus. Declaratio.
per

per est, & id quod est homo, cùm neq; differentia sit, nec terminus, erit animal disciplinæ susceptiuũ hominis ꝓpriũ.

45. Locus. Declaratio. *Deinde destruenti quidẽ, si eorundem quæ eadem sunt, non est idem proprium. Non enim erit proprium, quod positum est esse propriũ: ut quia nõ est propriũ prosequẽdi, apparere quibusdã bonum, neq; eligẽdi fuerit utiq; proprium apparere quibusdam bonum. idẽ enim est prosequẽdum & eligendum.*

46. Locus. Declaratio. *Construenti, si eiusdẽ quatenus idem proprium. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium. Vt quoniam hominis, quà homo dicitur propriũ tripartitam animã habere, & terrigenæ quatenus terrigena est, erit proprium tripartitam animam habere. Vtilis autẽ locus hic & in accidente: nam ijsdem in eo quòd eadẽ sunt eadem oportet inesse, uel non inesse.*

47. Locus. Declaratio. *Deinde destruenti quidem, si eorum quæ sunt eadẽ specie: non idẽ semper specie propriũ est. Neq; enim eius quod dictum erit proprium, quod positum est esse proprium: ut quia idẽ est specie homo & equus: non semper autẽ equi est proprium stare à se, nec hominis erit propriũ moueri à se. Idem enim est specie moueri, & stare à se, quatenus utriq; eorum ut animal est, accidit.*

48. Locus. Declaratio. *Construẽti uerò, si eorum quæ sunt eadẽ specie, idem semper specie sit proprium. Erit enim propriũ quod positum est nõ esse propriũ: ut quia hominis est proprium, esse greßibile bipes, & auis erit propriũ esse uolatile bipes: utrunq; enim horũ est idem quatenus illa quidẽ sub eodem sunt genere species, cùm sint sub animali, hæc autẽ ut generis differentiæ animalis. Hic autẽ locus falsus est: quando alterum quidem eorum quæ dicuntur uni alicui soli inest speciei, alterum uerò inest pluribus, quemadmodum greßibile quadrupes. Quoniã autem idem & diuersum multiplici*

tipliciter dicitur, labor est sophisticè assumēti unius aßignare, & solius alicuius propriū: nā quod inest alicui cui accidit aliquid, & accidenti inerit sumpto cum eo cui accidit: ut quod inest homini, & albo homini inerit, si fuerit albus homo: & quod albo homini inest, inerit et homini. Calumniabitur aūt aliquis multa propriorū, quòd subiectū id aliud est quod secundū se facit, aliud aūt cū accidēte: ut aliud quidem hominē esse dicet, aliud uerò albū hominē. Amplius aūt diuersum faciēs habitū, & quod secundū habitū dicitur: nā quod habitui inest, & ei quod secundùm habitū dicitur inerit: & quod ei (quod secundùm habitū dicitur) inest, & habitui inerit: ut quoniam sciens secundùm scientiam dicitur affici, non inerit scientiæ proprium indissuasibile à ratione: nam & sciens indissuasibilis erit à ratione. Construēti aūt dicendum quoniā non est diuersum simpliciter id cui accidit, & accidens cū eo cui accidit sumptū, sed aliud dicitur, eò quòd diuersum sit ipsius, esse: nō enim idē est homini esse, quòd sit homo, & albo homini esse, quòd sit albus homo. Præterea aūt considerandum est ad casus dicenti, quod neq; sciens est indissuasibile à ratione, sed indissuasibilis à ratione: neq; sciētia indissuasibile, sed indissuasibilis à ratione: nam ei qui omnino instat, omnino est aduersandū. Deinde destruenti quidem, si quod natura inest uolens aßignare: hoc modo ponit secūdùm locutionem: ut quod semper inest significet. Videbitur enim moueri posse quod positū est proprium esse: ut quia qui dixit hominis propriū bipes, uult quidē quod natura inest, aßignare: significat aūt locutionē quod semper inest, nō erit hominis propriū bipes: non enim omnis homo est duos pedes habēs. Construenti autem, si uult quod natura inest propriū aßignare, & locutione hoc

Annotatio loci cauilli.

1. Cauil.

Dilutio primi

10. Locus. Declaratio.

11. Locus. Declaratio.

modo significat. Non enim mouebitur secundùm hoc proprium: ut quia qui hominis propriũ aßignauit, animal disciplinæ susceptiuũ & uult, & dictione significat quòd natura inest propriũ: non mouebitur, secũdùm hoc quòd non sit

11. Locus. Declaratio. propriũ hominis, animal disciplinæ susceptiuũ. Amplius, quæcũq; dicũtur secundũ aliud aliquod primũ, aut ut primũ ipsum, labor est aßignare taliũ proprium. Nam si eius quod est secundùm aliud aliquid propriũ aßignauit, & de primo uerificabitur: si autẽ primi posuerit, & de eo quod est secundũ aliud prædicabitur: ut si quis aßignet superficiei proprium coloratum esse, & de corpore uerificatur coloratum esse: si autem corporis, & de superficie prædicabitur: quare

13. Locus. Declaratio. non de quo oratio, & nomen uerificabitur. Accidit autem in quibusdã proprijs plerumq; fieri aliquod peccatũ, propter hoc quòd non determinetur quomodo, & quorum ponit quis propriũ: omnes enim conãtur aßignare propriũ, aut quod natura inest, ut hominis bipes, aut quod nũc inest, ut hominis alicuius quatuor digitos habere: aut specie, ut ignis subtilißimũ, aut simpliciter, ut animalis uiuere: aut secũdùm aliud, ut animæ prudẽs: aut ut primũ, quemadmodũ rationalis prudẽs: aut in eo quod habet, ut scientis indissuasibile à ratione (nihil enim aliud quàm habendo aliquid erit indissuasibile à ratione) aut in eo quòd habeatur, ut scientiæ indißuasibile à ratione: aut in eo quod participatur, ut animalis sentire (sentit enim et aliud quid ut homo, sed participans iã hoc, sentit) aut in eo quod participat, ut alicuius animalis uiuere: qui non addit igitur natura, peccat: eò quòd contingit quod naturæ inest, non inesse illicui natura inest, ut homini duos pedes habere: qui uerò non determinat quoniam quod inest aßignat, quòd non erit tale quale nunc

inest

inest id,ceu quatuor digitos habere hominem,non indicans quoque quod ut primum,aut ut secundum aliud ponit,quòd non de quo oratio & nomen uerificabitur, ut coloratum esse siue superficiei: siue corporis aßignauerit propriũ,non prædicens etiam quod aut in eo quod est habere, aut in eo quod haberi proprium aßignauit, ideo non erit proprium quod aßignatum est:nam inerit(si in eo quod habetur aßignauit proprium)etiã habenti:si autem habenti,& ei quod habetur,ut indissuasibile à ratione, scientiæ uel scientis positum proprium,non præsignificans etiam in eo quod participat,uel participatur, eò quòd et in alijs quibusdã inerit proprium.Si enim in eo quidem quod participatur,aßignauit,participantibus inerit,si uerò in eo quod participat,ijs quæ participantur: ut si alicuius animalis posuerit uiuere proprium,non diuidens etiam specie quod uni soli,inerit eorum, quæ sub eo sunt, cuius proprium ponit: nam quod est secundùm superabundantiã,uni soli inest:ut igni leuißimũ.

Aliquoties autẽ & species addẽs peccat.*Nam oportebit unam speciem esse eorũ quæ dicũtur,quando specie addiderit:hoc autem in quibusdam non accidit,ut nec in igne,non enim est una species ignis,nam diuersum est carbo & flamma,& lux specie,cũ unumquodq; horum sit ignis:propter hoc autẽ non oportet quando specie additur,diuersam esse speciem eius quod dicitur,quoniã his quidẽ magis,illis autẽ minus inerit quod dictum est proprium:ut in igne subtilissimũ:subtilior enim est lux carbone,& flamma.* Hoc autẽ *non oportet fieri quando non, & nomẽ magis prædicatur, de quo oratio magis uerificatur.* Si autẽ nõ,*nõ erit de quo oratio magis, & nomen magis.* Amplius autem *ad hæc idem ẽsse accidit propriũ eius quod simpliciter,et eius quod* 54.locus. declaratio. 55.locus. Declaratio.

maximè in simpliciter tali: ut in igne se habet subtilißimum: nam & simpliciter & ignis, & lucis erit hoc ipsum proprium, subtilißima enim est lux: cùm igitur alius sic aßignat proprium, argumentandum: sibi autem non danda hæc instantia, sed statim cùm ponit proprium, determinandum est quomodo ponit proprium.

De proprio loci alij.

CAPVT IIII.

16. locus. declaratio. *DEinde destruenti quidem, si idem eiusdem proprium posuit. Nõ enim erit propriũ, quod positum est esse proprium: nam idem eidem omne, quid est esse indicat: quod autem esse indicat, non proprium, sed terminus est, ut quia qui dixit honesti proprium decens esse, idem eiusdem proprium aßignauit (idem enim est honestum & decens) non*

17. locus. Declaratio. *utique erit decens honesti proprium. Construenti autem, si nõ eiusdẽ proprium aßignauit, cùm conuersim prædicatũ posuit. Nam erit proprium quod positum est non esse proprium: ut quia qui posuit animalis proprium id quod substantia animata, nõ idem quidẽ eiusdẽ proprium posuit, & conuersim prædicatum aßignauit, erit animalis proprium*

18. locus. Declaratio. *substantia animata. Deinde etiã in ijs quæ similium partium sunt considerandũ est: destruenti quidẽ si quod totius est proprium, nõ uerificatur de parte: aut quod partis, non dicitur de toto. Non enim erit proprium, quod positum est esse proprium: accidit autẽ in aliquibus hoc fieri. aßignabit enim aliquis in ijs quæ similium partium sunt propriũ aliquoties quidem in toto respiciens, aliquoties autem in eo quod secundùm partem dicitur ipse seipsum intelligens: at erit neutrum rectè aßignatum, ut in toto quidem, quia qui dixit maris proprium, plurima aqua salsa, alicuius similium partium*

partium posuit proprium, & tale aßignauit quod nõ uerificatur de parte (non enim erit quiddã maris plurima aqua salsa) non utiq; erit maris proprium, plurima aqua salsa. In parte autem, ut quia qui posuit aëris proprium, respirabile, similium quidẽ partium alicuius dixit proprium, tale autẽ aßignauit quod de quo aëre uerũ est, de toto autẽ nõ dicitur (non enim erit uniuersus aër respirabilis) nõ erit utiq; aëris proprium respirabile. Astruenti autem, si uerificatur de unaquaq; similium partium quod est propriũ earũ secundùm totũ. Erit enim proprium, quod positũ est nõ esse propriũ: ut quia uerificatur de omni terra deorsum ferri secundùm naturã: est autem & nõ proprium alicuius terræ secundùm totũ (nam secundùm terrã, & id quod est terram esse) erit terræ propriũ deorsum ferri secundùm naturã. 59. locus. declaratio. Deinde ex oppositis cõsiderandum est, primum quidẽ ex contrarijs: destruenti quidẽ, si contrarij nõ est cõtrarium. Neq; enim contrarij erit cõtrarium proprium: ut quia contrariũ est iustitiæ quidẽ iniustitia, optimo autẽ peßimum: non est autẽ iustitiæ propriũ, optimum, nõ erit iniustitiæ propriũ peßimum. 60. locus. Declaratio. Construenti autẽ, si cõtrarij contrarium proprium est, & contrarij contrarium proprium erit. Vt quia cõtrarium est bono quidẽ malum, eligendo autẽ fugiendum: est autem boni proprium eligendum: erit mali proprium fugiendum. 61. locus. declaratio. Secundùm autẽ, ex ijs quæ ad aliquid sunt: destruenti quidẽ, si hoc quod ad aliquid est, eius quod est ad aliquid non est propriũ. Neq; enim hoc quod ad aliquid est, eius quod ad aliquid est, erit proprium: ut quia dicitur duplum quidem ad dimidium, superans autẽ ad superatum: nõ est autẽ dupli proprium superans, non erit dimidij propriũ superatum. 62. locus. declaratio. Construenti autẽ, si eius quod est ad aliquid, 63. locus. declaratio.

 hoc

hoc quod ad aliquid est proprium: & eius quod est aliquid, id quod est ad aliquid erit propriũ. Vt quia dicitur duplum quidẽ ad dimidium id esse quod duo ad unum: est autem dupli proprium ut duo ad unum erit dimidij propriũ, ut unum
64. locus. *ad duo.* Tertium autem, *destruenti quidem, si habitus, id*
Declaratio. *quod secundùm habitũ dicitur non est proprium, neq; profectò priuationis, id quod secundùm priuationẽ dicitur, erit proprium: & si priuationis, id quod secundùm priuationẽ dicitur non est proprium, neq; habitus, id quod secundùm*
65. locus. Declaratio. *habitum dicitur erit proprium.* Vt quia non dicitur surditatis proprium insensibilitatẽ esse, neq; auditus erit proprium sensum esse. Construenti uerò, si quod secundùm habitum dicitur, est habitus proprium: & priuationis, id quod secundùm priuationem dicitur erit proprium: & si priuatiõis, id quod secundũ priuationẽ dicitur, est propriũ, & habitus quod secundùm habitum dicitur erit propriũ. Vt quia uisus est propriũ uidere, secundùm quod habemus
66. locus. *uisum: erit cæcitatis propriũ non uidere, secundùm quod nõ*
Declaratio. *habemus uisum, nati habere.* Deinde ex affirmationibus, & negationibus: primum quidẽ ex ipsis quæ prædicantur. Est autẽ locus hic utilis destruẽti tantum: ut si affirmatio, uel quod secundùm affirmationẽ dicitur, eius est proprium: nõ erit profectò eius negatio, neq; quod secundùm negationem dicitur propriũ: si autẽ sit negatio, aut quod secundùm negationẽ dicitur proprium, eiusdẽ nõ erit affirmatio, neq; quod secundùm affirmationẽ dicitur propriũ: ut quia proprium animalis est animatũ, non erit animalis propriũ, non
67. locus. *animatum.* Secundum autem ex prædicatis, uel etiam nõ
declaratio. *prædicatis, & de quibus prædicatur, uel nõ prædicatur: destruenti quidẽ, si affirmationis affirmatio non est propriũ,*

Neque

Neq; enim negatio negationis erit propriũ: et si negatio negationis non est propriũ, neq; affirmationis affirmatio erit proprium: ut quia non est propriũ hominis animal, neq; nõ hominis non animal: si aũt non hominis nõ uidetur propriũ nõ animal, neq; hominis erit propriũ animal. Construẽti aũt, si affirmationis affirmatio est propriũ. Nam & negatio negationis erit propriũ: si autẽ negationis negatio est propriũ, & affirmatio affirmationis erit proprium: ut quia non animalis est proprium nõ uiuere, erit animalis propriũ uiuere: & si animalis proprium uidetur uiuere, & non animalis propriũ uidebitur non uiuere. Tertiũ aũt ex ipsis subiectis. destruenti quidẽ, si quod aßignatum est propriũ, affirmationis est propriũ. Non erit enim idem & negationis propriũ: si autẽ negationis est proprium quod aßignatũ est, non erit affirmationis proprium: ut quia animalis proprium est animatũ, non animalis non erit propriũ animatũ. 68. Locus. declaratio. 69. Locus. Declaratio.

Construenti uerò, si aßignatũ propriũ non est affirmationis propriũ, erit negationis. At hic locus deficit: nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis nõ est propriũ, quãdoquidẽ affirmatio negationi omnino nõ inest: negatio autẽ affirmationi inest quidẽ, at non ut propriũ inest. 70. Locus. Declaratio. Annotatio.

Deinde ex ijs quæ ex opposito diuiduntur: destruenti quidẽ, si eorum quæ ex opposito diuiduntur, nullum ullius reliquorum ex opposito diuersorum est propriũ. Neq; enim quod oppositũ est, erit propriũ eius cuius positum est proprium: ut quia animal sensibile nullius aliorũ mortaliũ animalium est proprium, non erit animal intelligibile Dei proprium. Construenti autem, si cæterorum quæ ex opposito diuiduntur quoduis est proprium talium quorumcunque eorum quæ ex opposito diuiduntur. Nam re- 71. Locus. 72. Locus. Declaratio.

 liquum

liquum erit eius proprium, cuius positum est non esse proprium: ut quia prudentiæ est proprium, per se natũ esse rationalis uirtutem esse, & aliarum uirtutum sic uniuscuiusq; sumptæ: erit tẽperantiæ proprium per se natum esse concu-
73. Locus. Declaratio. piscibilis uirtutẽ esse. Deinde ex casibus: destruenti quidem, si casus nõ est casus propriũ. Neq; enim casus erit proprium casus: ut quia non est eius quod est iustè proprium id
74. Locus. Declaratio. quod bene, neq; iusti proprium erit bonum. Construenti aũt, si casus est proprium casus. Nam & casus erit casus
75. Locus. Declaratio. propriũ: ut quia hominis est proprium greßibile bipes: & homini erit proprium greßibili bipedi dici. Non solùm autem in eo quod dictum est secundùm casus est considerãdum, sed & in oppositis, quemadmodum & in prioribus locis dictum est, destruenti quidẽ: si oppositi casus, non est propriũ oppositi casus. Neq; enim oppositi casus erit proprium oppositi casus: ut quia nõ est eius quod est iustè proprium quod bene: neq; iniustè erit proprium quod malè.
76. Locus. Declaratio. Construenti uerò, si oppositi casus est proprium oppositi casus. Nam & oppositi casus, erit proprium oppositi casus: ut quia honesti est proprium optimum, & inhonesti
77. Locus. Declaratio. erit proprium peßimum. Deinde ex ijs quæ similiter se habent: destruẽti quidẽ, si quod similiter se habet, eius quod similiter se habet, non est propriũ. Neq; enim quod simi-
78. Locus. Declaratio. liter se habet, eius quod similiter se habet erit proprium: ut quia similiter se habet ad extruendum ædificium ædificator, & medicus ad efficiendum sanitatem: non est autem proprium medici efficere sanitatem, neq; ædificatoris erit pro-
79. Locus. Declaratio. prium, extruere ædificium. Construenti autem, si quod similiter se habet erit proprium eius quod similiter se habet. Nam & quod similiter se habet, eius quod similiter se habet

ſe habet erit proprium: ut quoniã ſimiliter ſe habet medicus ad id quod eſt eſſe effectiuum ſanitatis, & ludi magiſter ad id quod eſt eſſe effectiuum bonæ habitudinis: eſt autem proprium magiſtri ludi eſſe effectiuum bonæ habitudinis, erit proprium & medici effectiuum eſſe ſanitatis. Deinde ex ijs quæ ſic ſe habent: deſtruenti quidem, ſi quod ſic ſe habet, eius quod ſic ſe habet non eſt propriũ. Neq; enim quod ſic ſe habet, eius quod ſic ſe habet, erit proprium. Si autem eius quod ſic ſe habet, id quod ſic ſe habet eſt propriũ: eius non erit proprium cuius poſitum eſt eſſe proprium. Vt quia ſic ſe habet prudentia ad honeſtum & turpe, eò quòd diſciplina utriuſq; eorum eſt: non eſt autẽ prudentiæ proprium diſciplinam eſſe honeſti: non utiq; erit proprium prudentiæ diſciplinam eſſe turpis: ſi uerò eſt proprium prudentiæ diſciplinam eſſe honeſti, non erit proprium eiuſdem diſciplinam eſſe turpis: impoßibile eſt enim eiuſdem plura eſſe propria. Conſtruenti uerò nihil locus iſte utilis: nã quod ſic ſe habet, unum ad plura comparatur. Deinde deſtruẽti quidẽ, ſi quod ſecundũ eſſe dicitur, nõ eſt eius quod ſecundùm eſſe dicitur proprium. Nam neq; corrũpi eius quod eſt ſecundùm corrumpi: neq; generari eius quod ſecundùm generari dicitur, erit proprium. Vt quia eſt hominis proprium eſſe animal, neq; eius quod eſt hominem generari, erit proprium generari animal, neq; eius quod eſt hominẽ corrumpi erit proprium corrumpi animal. Eodem autem modo accipiẽdum eſt & ex generari ad eſſe & corrumpi, & ex corrumpi ad eſſe & generari: quemadmodum dictũ eſt nunc ex eſſe ad generari, & corrumpi. Conſtruenti autem, ſi eius quod eſt ſecundùm eſſe ordinatum eſt. Eſt autem per ſe, ordinatum proprium: nam & eius quod ſe-

80. Locus. Declaratio.

81. Locus. Declaratio.

82. Locus. Declaratio.

cundùm generari dicitur, erit hoc quod ſecundùm generari dicitur proprium: & eius quod ſecundùm corrumpi, hoc quod ſecundùm corrumpi eſt aßignatum: ut quia hominis eſt proprium eſſe mortalem, & eius quod eſt generari hominem, erit proprium generari mortalem, & eius quod eſt corrumpi hominem, corrumpi mortalem. Eodem autem *modo accipiendum eſt & ex generari, & corrumpi: & ad eſſe, & ad ipſa ex ipſis fieri: quemadmodum & in deſtruenti dictum eſt.*

83. Locus. Declaratio. *Deinde inſpiciendum ad idem ſuppoſiti: deſtruenti quidem, ſi ideæ non ineſt, aut ſi non qua id dicitur, cuius eſt proprium aßignatum. Non enim erit proprium quod poſitum eſt eſſe proprium: ut quoniam ipſi homini non ineſt quieſcere quà homo eſt, ſed quà idea, non erit hominis proprium quieſcere.*

84. Locus. Declaratio. *Conſtruenti autem, ſi ideæ ineſt, & ſecundùm hoc ineſt quà dicitur de illo ipſo, cuius poſitum eſt non eſſe proprium. Erit enim propriũ quod poſitum eſt non ineſſe proprium: ut quoniam ineſt ipſi animali ex anima & corpore compoſitum eſſe, & quà animal eſt ipſi ineſt id: erit proprium animalis ex corpore & anima compoſitum eſſe.*

De proprio loci alij.

CAPVT V.

85. Locus. Declaratio. *DEinde ex magis & minus. Primum quidem deſtruenti, ſi quod magis eſt, eius quod magis non eſt proprium. Neq; enim quod minus eſt, eius quod minus erit proprium: neq; quod minime eius quod minime: neq; quod maxime eius quod maxime: neq; quod ſimpliciter eius quod ſimpliciter: ut quia non eſt magis colorari magis corporis proprium: neq; minus colorari minus corporis proprium erit, neque colorari corporis omnino.*

86. Locus. Declaratio. *Conſtruenti autem,*

tem, si quod magis est eius quod magis est, est proprium. Nam quod minus est, eius quod minus est erit propriũ: & quod minime, eius quod minime: & quod maxime, eius quod maxime: & quod simpliciter, eius quod simpliciter: ut quia magis uiuentis magis sentire est propriũ: & minus uiuentis minus sentire, erit proprium: & eius quod maxime id quod maxime, et eius quod minime id quod minime, & eius quod simpliciter, id quoq; quod simpliciter. Et ex eo autẽ quod simpliciter, ad eadẽ considerandũ: destruenti quidẽ, si quod simpliciter, nõ est propriũ. Neq; enim quod magis est eius quod magis, neque quod minus eius quod minus, neq; quod maxime eius quod maxime, neq; quod minime eius quod minime erit proprium: ut quia nõ est hominis proprium studiosum, neq; magis hominis, magis studiosum erit propriũ. Cõstruenti autẽ, si quod simpliciter est, eius quod simpliciter est propriũ. Nam & hoc quod magis eius quod magis, & quod minus eius quod minus, & quod minime eius quod minime, & quod maxime eius quod maxime erit propriũ: ut quia est ignis proprium sursum ferri secundùm naturã, & magis ignis erit magis proprium, sursum ferri secundùm naturã: eodem modo considerandum est & ex alijs huiusmodi. Secundum autẽ, destruenti quidẽ, si quod magis est, nõ est eius quod magis est propriũ. Neq; enim quod minus est eius quod minus erit propriũ: ut quoniam magis est proprium animalis sentire quàm hominis scire, non est autẽ animalis proprium sentire, quare nõ erit hominis proprium scire. Construenti autem, si quod minus, eius quod minus est proprium. Nam & quod magis eius quod magis erit proprium: ut quia minus est proprium hominis mansuetum natura quàm animalis uiuere: est autem

87. locus. declaratio.

88. locus. Declaratio.

89. locus. Declaratio.

90. locus. Declaratio.

tem hominis proprium mansuetũ natura, erit propriũ ani-
91. locus. *malis uiuere. Tertium uerò, destruenti quidẽ, si cuius ma-*
declaratio. *gis est, propriũ nõ est. Neq; enim cuius est minus propriũ,*
erit eius proprium: si autẽ illius est proprium, nõ erit huius
proprium: ut quia colorari magis superficiei quàm corpo-
ris est proprium, nõ est autẽ superficiei proprium, non erit
corporis propriũ colorari: si uerò est superficiei propriũ,
nõ erit corporis proprium. Construenti autẽ hic locus non
est utilis: nam impossibile est idem plurium proprium esse.
92. locus. *Quartum destruenti quidẽ, si quod maius est eius pro-*
declaratio. *prium, non est proprium, neq; profectò quod minus est eius*
proprium, erit proprium. Vt quia magis est proprium ani-
malis sensibile quàm partibile, nõ est autẽ animalis sensibi-
le proprium: quare non erit animalis partibile proprium.
93. locus. *Construenti autem: si quod minus est eius proprium, est*
declaratio. *proprium. Nam & quod magis est eius propriũ, erit pro-*
prium: ut quoniã minus est propriũ animalis sentire quàm
uiuere: est autem animalis proprium sentire, erit animalis
94. locus. *proprium uiuere. Deinde ex his quæ similiter insunt, pri-*
declaratio. *mùm quidẽ destruenti, si quod similiter est propriũ, nõ est*
proprium eius cuius similiter est propriũ. Neq; enim quod
similiter est proprium, erit propriũ eius cuius similiter est
propriũ: ut quia similiter est proprium cõcupiscibilis concu
piscere, & rationalis ratiocinari: non est autẽ propriũ con-
cupiscibilis concupiscere, non erit rationalis proprium ra-
95. locus. *tiocinari. Construenti uerò, si quod similiter est propriũ,*
declaratio. *eius est proprium, cuius est similiter propriũ. Nam et quod*
similiter est proprium, erit eius propriũ cuius similiter est
proprium: ut quia similiter est rationalis propriũ primùm
prudens, & concupiscilis proprium primum temperãs: est
autem

autē rationalis primum prudens: erit igitur concupiscibilis proprium primum temperans. Secundum autem, destruenti quidē, si quod similiter est proprium nō est proprium eius. 96. locus. declaratio.

Nam neq; quod similiter est proprium, erit propriū eius: ut quia similiter est proprium hominis uidere, & audire, nō est hominis proprium uidere, non utiq; hominis proprium audire. Construenti uerò, si quod similiter est eius proprium, est propriū. 97. locus. declaratio. Nam quod similiter est eius propriū, proprium erit: ut quia similiter est propriū animæ, aliquid partium eius primò esse concupiscibile, et rationale primò: est autem proprium animæ, quid partium eius esse concupiscibile primò, erit utique proprium animæ, quippiam partium eius esse rationale primò. Tertium uerò, destruenti quidem, si cuius similiter est proprium, non est proprium. 98. Locus. Declaratio.

Neque enim cuius similiter proprium, erit proprium: si autē illius est proprium, non erit alterius proprium: ut quia urere similiter est proprium flammæ, & carbonis, non est autem flammæ proprium urere, nō erit carbonis proprium urere: si autem est flammæ proprium, nō erit carbonis proprium urere. Construenti autem hic locus non est utilis: differt aūt quod est ex similiter se habentibus, ab eo quod ex ijs est quæ similiter insunt: quoniam illud quidem secundùm proportionē sumitur non in eo quod inest aliquid comparatum: hoc autem ex eo quod inest, alicui comparatur. Deinde destruenti quidē, si potentia proprium aßignans, & non ad ens aßignauit proprium potentia, cùm non contingat ei potentia inesse cùm ens non est. 99. locus. declaratio. Non enim erit proprium quod positum est esse proprium: ut quia qui dixit aëris proprium respirabile, potētia quidem aßignauit proprium (nam tale proprium ut respirari poßit, respirabile est)

est) aßignauit autem et ad non esse proprium: nam & cùm non est animal quod spirare natum ex aëre, cõtingit aërem esse, non tamen cùm non est animal, poßibile est spirare: quare neque aëris erit proprium huiusmodi poßibile respirari tunc, quia animal non erit quod tale est ut respirare poßit: non ergo erit aëris proprium respirabile.

100. locus. Declaratio. *Construenti autem, si potentia aßignans proprium, tam ad ens aßignauit proprium, quàm ad non ens, cùm contingat potentia non enti inesse. Erit enim proprium quod positum est non esse proprium: ut quia qui aßignauit proprium, entis poßibile pati, aut facere potẽtia aßignans proprium, ad ens aßignauit proprium (nam cùm ens est, & poßibile pati quid, aut facere erit) quare proprium erit entis poßibile pati quid, aut facere.*

101. locus. declaratio. *Deinde destruenti quidem, si per superabundantiã posuit proprium. Non erit enim proprium quod positum est esse proprium: accidit enim sic aßignantibus proprium, non de quo orationem, & nomen uerificari: nam corrupta re, nihil minus erit oratio: nam eorum quæ sunt, alicui maximè inest: ut si quis aßignet ignis propriũ, corpus leuißimũ: corrupto enim igne, erit aliquod corporum quod leuißimum erit: quare non erit ignis proprium, corpus leuißimum.*

102. locus. declaratio. *Construenti autem, si non per superabundantiam posuit proprium. Erit enim secundùm hoc bene positũ proprium: ut quia qui posuit hominis proprium animal mansuetum natura, non superabundantia aßignauit proprium: erit utique secundùm hoc bene positum proprium.*

Quinti Topicorum Aristotelis
FINIS.

IN TOPICORVM Librũ VI. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

IN SEXTO definitionis aguntur loci. cuius negocij quinq; partes. Sed hæc duo prius exquirimus: an obscura elocutio, an plus dictum quàm oporteat. In priore, an trãslatio adhibita, an uerba insolita, an inde contrarij parum nota ratio, an non continuò cognita definitio. in posteriore: an plane omnibus, & an omnibus eiusdem generis competat. an superfluum quippiam, an quod eiusdem speciei non competat omnibus: an dictum idem sæpius, an uniuersali additũ particulare. Vtrum autem impleta sit definitio, inde colligis, si uideas an non ex prioribus, an notioribus: an certi definitio incerta, an res in genere non ponatur, an non quæ oportet definitum respiciat, an transiliatur genus, an non omittantur differentiæ generis: an differentia desit, quæ contrà diuidatur, aut ex uero non sit genere. an genus negatione diuidatur, an genus, an etiam species ut differentia reddantur, an differentia hoc aliquid significet, an ex accidẽti definitio competat: an differentia, uel species, uel quæ sub specie, dicantur de genere: an rursus de differentia, uel genus, uel species, uel quæ sub specie. an non differentia specie prior, & an alterius quoq; generis: an quod in aliquo est, an etiam affectio pro differentia: an illius quod est ad aliquid, ipsa non sit ad aliquid differentia. an aliò ipsum quàm quò debeat referatur. an non primi definitio cum de pluribus agatur: an affectio, uel dispositio, uel definitum quid aliud quod dicitur non suscipiat. an tempore aliquo dissentiat. an alio pacto magis conueniat: an res ipsa magis quàm definitio, an non ambo pariter crescãt, an magis quod re quàm quod ratione: an utriq; alterum pariter competat, alterũ non competat. an utrobiq; definitio duobus competat: an si loco nominum

nominum sumantur orationes, alicubi dissentiant: an non finem respiciat. generatio sit, an actus, an indistincta prædicamenta, an habitus pro habente, uel contrà. an eorum quæ sunt ad aliquid eodem referuntur & genus et species. an in reliquis oppositis ordo teneatur: an similes congruant casus: an ideæ congruant: an una ratio æquiuocorum posita, an & impliciti, an & compositi, an transumptio adhibita, an uariatis intellectus uariatus nominibus, an transumptio non differentiæ, sed generis: an est cuius ratio traditur, non est id quod sub ratione: an indistinctum, quò illud referendum, quod est ad aliquid: an definita non res, sed bene habens, aut perfecta res. an quod sui causa eligendum sit, alterius eligendum causa dicatur: an non ipsum, sed quod ex ipso definiatur. Quæ scite singula discernes, ut totum & partes, ut magis & minus, ut melius & peius, ut uniuocationem, ut præteritum compositionis modum, ut quod dicimus hoc post illud, ut quot modis alterum cum altero dicatur, ut an totum uocetur aliquorum compositio, et an altero contrarium quippiam definiatur. Declaranda interdum et definitio, interdum et melior excogitanda.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER VI.

De locis definitionis.

CAPVT I.



IVS *autem quod est circa terminos negotij, partes sunt quinq;.* Nam aut quod *omnino nō uerū est dicere de quo nomen & orationē (oportet enim hominis definitionem de omni homine uerificari) aut quod cùm sit genus non posuit in genere, uel non in accōmodato genere posuit (oportet enim eū qui definit in genere ponentem differentias adiūgere: nam maximè eorū quæ sunt in definitiōe, genus uidetur definiti substantiā significare) aut quod nō propria est definitio (oportet enim definitionē propriā esse, quēadmodum prius dictū est) aut si omnia quæ dicta sunt is qui fecit, non definiuit, neq; dixit quid est esse rei definitè: reliquum autē præter ea quæ dicta sunt, si definiuit quidē, at non bene definiuit.* Si *igitur nō uerificatur de quo nomē & oratio, ex ijs quæ dicta sunt in accidente locis, considerādum.* Nam *& illic utrùm uerū uel non uerū, omnis cōsideratio fit: quādo enim quod inest accidēs disputamus, quod uerū est dicimus: quādo autē quod non est, quod non uerū.* Si *uerò non in accommodato genere posuit, aut si non propria est aßignata oratio: ex ijs qui sunt ad genus & proprium dictis locis, prospiciendum.* Reliquum *uerò si non definiuit, aut si non*

Prim' Locus. Declaratio.

2. Locus. Declaratio.

 bene

4. Locus. Declaratio. *bene definiuit, aliquo modo aggrediendũ dicere.* Primùm *igitur inspiciendũ si nõ bene definiuit. Nã facilius est, quodlibet fecisse, quàm bene fecisse: manifestũ igitur quoniã peccatum circa hoc plusculũ, eò quòd laboriosius. quare argumentatio facilior quæ circa hoc, quàm quæ circa illud fit.*

5. Locus. Declaratio. *Sunt aũt eius quod non est bene, partes duæ. Vna quidẽ, obscura interpretatione uti.* Oportet *enim definientẽ (ut contingit) quàm clarißima interpretatione uti: eò quòd cognoscendi gratia aßignatur definitio. Secunda autẽ, si amplius dixit in definitione, quàm par sit: nam omne quod superadiectum est in definitione, superfluum est.*

De diffinitione, loci alij.

CAPVT II.

6. Locus. Declaratio. R*Vrsum autem utrunq; quod dictũ est, in plures partes diuiditur: unus autẽ locus eius quod obscurè est, si sit æquiuocũ alicui, quod dictum est.* Vt *quòd generatio est ductio ad substantiam, & quòd sanitas cõmensuratio calidorum & frigidorum: nam æquiuoca est ductio, et cõmensuratio: immanifestum igitur utrum uult dicere eorũ quæ significantur ab eo, quod multipliciter dicitur. similiter autẽ & si cùm definitũ multipliciter dicitur, diuidens non dixit: nam immanifestum utrius definitionẽ aßignauit, cõtingitq; calumniari uelut non cõueniente oratione ad omnia quorum definitionẽ aßignauit.* Maximè *autẽ contingit tale quippiam facere, cùm latet æquiuocatio. Contingit etiam & eũ qui diuidit, quoties dicitur id quod in definitione aßignatum est, syllogismum facere: nam si secundùm nullum modorum sufficienter dictum est: manifestum quòd non definierit il-*

7. Locus. Declaratio. *lo modo.* Alius *si secundùm metaphoram dixit.* Vt *scientiam indeciduã, terram autem nutricem, aut temperã-*

tiam

tiam consonantiam: nam omne obscurum, quod secundùm metaphoram dicitur, cōtingit & etiā metaphora loquentē calumniari, tanquā non propriè dicentē: non enim congruet dicta definitio, ut in tēperantia, nam omnis cōsonantia in sonis. Amplius, si est genus cōsonantia temperantiæ: in duobus generibus erit idem, nō continentibus seinuicē: nam neq; cōsonantia uirtutē, neque uirtus continet consonantiā. Am- 8.locus.
plius, si nō positis nominibus utitur. Vt Plato ciliumbre ocu declaratio.
lum, aut araneum putrimordax, aut medullam oßigenium dixit: nam omne obscurum, quod insuetum est. Quædam 9.locus. declaratio.
autem neque secundùm æquiuocationem, neque secundùm metaphoram, neque propriè dicuntur. Vt lex, mensura, uel imago eorum quæ natura iusta sunt: sunt autē huiusmodi deteriora, metaphora: nam metaphora facit quodammodo notum quod designatum est per similitudinem (omnes enim metaphora utentes, secundùm aliquam similitudinem ea utuntur) at quod tale est, non facit notum: nam neque similitudo est secundùm quam mensura, uel imago lex est, neque dici solet propriè: quapropter si propriè mensuram, uel imaginem legem dicit esse, ueritatis est expers: nam imago id est, cuius generatio per imitationem est: hoc autem non inest legi: si autem non propriè, manifestum quod obscurè dixit, atque deterius quolibet eorum quæ secundùm metaphoram dicuntur. Amplius, si non manifesta est 10.locus.
contrarij oratio ex hoc quod dicitur. Nam quæ bene aßi- declaratio.
gnantur, contrarias commanifestant. Aut si per se dicta: 11.locus.
non sit manifestum cuius est definitio: sed quemadmodum declaratio.
ea quæ sunt antiquorū scriptorum, nisi quis superscripsisset: non cognoscebatur quid unumquodq;: si igitur nō clarè, ex huiusmodi est inspiciendum. Si igitur superfluum in 12.locus. declaratio.

termino dixit, primùm quidem considerandum, si aliquo usus est, quod omnibus insit, uel simpliciter ijs quæ sunt, uel ijs quæ sub eodem genere sunt definitorum. Nam superfluum dici necessariũ id est: oportet enim genus ab alijs superare: differentiam autem ab aliquo eorum quæ sunt in eodem genere: atqui quod omnibus quidem inest simpliciter, à nullo separat, quod autem omnibus quæ sub eodem sunt genere inest, non separat ab ijs quæ sunt in eodem genere: quare superuacaneum huiusmodi appositum. Aut si

13. locus. Declaratio. *est quidem proprium quod appositum est, ablato autẽ illo, & reliqua definitio propria est, & indicat substantiam. Vt in hominis oratione scientiæ susceptiuum appositum, superfluum: nam & eo ablato, reliqua oratio propria est, & indicat substantiam: simpliciter autem dicẽdo, omne superfluum, quo ablato, reliquum manifestum facit id quod definitur. Talis autẽ est & animæ terminus, si est numerus ipse seipsum mouens: nam quod seipsum mouet est anima, ceu Plato definiuit, an proprium quidem quod dicitur: non indicat autem substantiam interempto numero. utrouis igitur modo se habeat, difficile est ut explicet. Vtendum ergo in omnibus talibus ad id quod expedit: ut est phlegmatis terminus, humidum primum à cibo, indigestum: unũ enim primum nõ multa: quare superfluum, indigestum appositum: nam hoc ablato, reliqua erit propria definitio: non enim cõtingit à cibo & aliud quiddam primum esse. An non simpliciter à cibo phlegma, sed indigestorum primùm? quare addendum est indigestum: nam illo quidem modo dicta non uera erit definitio: siquidem non omnium primum est. Amplius, si quippiam eorum quæ sunt in oratione non omnibus*

14. locus. Declaratio. *inest, quæ sunt sub eadẽ specie. Nam talis peius definiuit, quàm*

quàm qui usi sunt eo quod inest omnibus quæ sunt: nam illic, si reliqua propria definitio, & tota propria erit: simpliciter enim ad proprium quolibet addito uero, tota oratio propria fit: at uerò si aliquid eorum quæ sunt in oratione, non omnibus insit quæ sunt sub eadem specie, impossibile est totam orationem propriam esse: non enim conuersim prædicabitur de re, ut animal greßibile bipes quadricubitale: nam huiusmodi oratio non cõuersim prædicabitur de re, eò quòd nõ omnibus inest (quæ sub eadẽ specie sunt) quadricubitale. Rursum si idem frequenter dixit. *Vt qui concupiscentiam appetitum delectationis dixit: nam omnis concupiscentia, delectationis est, quare & eidem concupiscentiæ delectationis erit: fit igitur terminus cõcupiscentiæ appetitus delectationis (nihil enim differt concupiscentiam dicere, aut appetitum delectationis) quare utrunque eorum delectationis erit. An hoc quidem nihil absurdum? nam & homo bipes est. Quare & idem homini, bipes erit. est autẽ idem homini, animal greßibile bipes: quare animal greßibile bipes, bipes est: sed non propter hoc, absurdum aliquid accipit. non enim de animali, solùm greßibile bis bipes prædicatur, sic enim de eodẽ bis bipes prædicatur, si de animali bipede, greßibile bipes dicitur, quare semel tantũ bipes prædicatur. Similiter autem & in concupiscentia: non enim de appetitu id quod est delectationis esse prædicatur, sed de toto: quare semel & hîc prædicatio fit. Non est autem bis dicere idem nomen, aliquid absurdum: sed frequẽter de aliquo idem prædicari, sicut Xenocrates prudentiam definitiuam, & contemplatiuã eorum quæ sunt, dicit esse: nam definitiua, cõtemplatiua quædam est, quare bis idem dicit, addens rursum & contemplatiuam. Similiter autem & quicunque*

15. locus. declaratio.

refrigerationem, priuationem eius quidem caloris, qui secundùm naturã est, dicũt esse: nam omnis priuatio eius est, quod secundùm naturam est: quare superfluum est addere secundùm naturã: sed sufficit fortasse dicere priuationẽ caloris, eò

16. locus. quòd ipsa priuatio, notũ facit quòd eius sit quod secundùm

declaratio. naturam dicitur. Rursum si uniuersali dicto addidit & particulare. Vt si clemẽtiam imminutionẽ, expedientiam & iustorum: nam iustum expediens quippiã est, quare continetur in expediente. superfluum igitur iustum: nam qui dixit uniuersale, addidit & particulare, & si medicinã disciplinam sanatiuorũ animali & homini: aut legem imaginem eorũ quæ natura sunt bona & iusta: nam iustum bonũ quippiam, quare frequenter idem dicit. utrum igitur bene an non bene definiuit, per hæc & huiusmodi perspiciendum.

De definitione, loci alij.

CAPVT III.

17. locus. Declaratio. VTrum uerò definiuit, & dixit quid est esse, an non ex his. Primùm ergo si non, per priora & notiora confecit definitionem. Nam terminus aßignatur eius cognoscendi gratia quod dicitur. cognoscimus autem non ex quibuslibet, sed ex prioribus, notioribusq́ue, quemadmodum in demonstrationibus: sic enim omnis doctrina, & omnis disciplina se habet: manifestum igitur quòd qui non per huiusmodi definiuit, non definiuit: si enim definiuit, plures erunt eiusdem definitiones. Nam manifestum quod & qui per priora, ac notiora, iterum melius definiuit: quare utræque erunt definitiones eiusdem: tale autem non uidetur: nam unicuique eorum quæ sunt, unum est esse idipsum quod est: quare si plures erunt eiusdem definitiones, idem erit definitio, esse quod quidẽ secundùm utranq; definitionẽ signifi

significatur. hæc autem non eadem sunt, eò quòd definitiones diuersæ: manifestũ igitur quoniã non definiuit, qui non per priora, atq; notiora definiuit. Igitur per non notiora quidem terminum dici, dupliciter est accipere. Aut enim si simpliciter ex ignotioribus, aut si nobis ignotioribus, contingit enim utroq; modo: simpliciter igitur notius quod prius est, posteriore: ut punctum linea, & linea superficie, & superficies solido: quemadmodum & unitas numero: prius enim & principium omnis numeri: similiter autẽ & elementum syllaba. Nobis autem econuerso quandoq; accidit: nam maximè solidũ, magis sub sensu cadit: quàm superficies. superficies autem magis quàm linea, linea autem signo magis: quare multitudo magis huiusmodi cognoscit, nam illa quidẽ quomodolibet, hæc autem subtili, & fœcundo intellectu comprehẽdere oportet: simpliciter igitur melius per priora, posteriora tentare cognoscere, nam magis scientificum tale est. Verùm ad eos qui impotentes sunt cognoscere per talia, necessariũ fortè per ea quæ illis cognita sunt facere orationem: sunt autem talium definitiones quæ & puncti, & lineæ, & superficiei. omnes enim per posteriora, priora indicãt: nam illud quidem lineæ, istam autem superficiei, hãc uerò solidi fines dicunt esse. Non oportet autem latere quoniam sic definientes non contingit quod quid est esse definitio, indicare: nisi contingat idem nobis notius esse, & simpliciter notius: siquidem oportet per genus & differentias definire eum, qui bene definit, hæc autem simpliciter notiora, & priora sunt specie: interimit enim genus & differentia speciem, quare priora hæc specie. Sunt autem notiora, nam specie quidem nota necesse est genus & differentias cognosci: qui hominem enim cognoscit, & ani-

18. Locus. Declaratio.

mal greßibile cognoſcit: ac genere & differentia notis, non neceſſe eſt & ſpeciē cognoſci: quare ignotior ſpecies. Amplius, illis (qui ſecundùm ueritatē huiuſmodi definitiones dicũt eſſe quæ ſunt ex ijs quæ unicuiq; ſunt nota) plures: eiuſdem accidit dicere definitiones eſſe, nã alia alijs, & non omnibus eadē contingit notiora eſſe: quare ad ununquenque erit definitio aßignanda, ſi quidē ex ijs quæ ſingulis quibuſq; ſunt notiora, definitionē oportet facere. Amplius, eiſdē alia interdum alia magis nota: nam à principio quidē ſenſibilia, inſtructioribus autem factis, contrà: quare neq; ad eundem ſemper ad eadē definitio aßignanda, ijs qui per ea quæ ſingulis quibuſq; ſunt notiora definitionem fatentur aßignandam eſſe: manifeſtum igitur quòd non definiendum per ea quæ huiuſmodi ſunt, ſed per ſimpliciter notiora: nam ſolo modo ſic una & eadē definitio ſemper fiet. Fortaſſe aũt & quod ſimpliciter notum, nõ eſt id quod omnibus notum, ſed quod bene diſpoſitis intellectu: quẽadmodum & ſimpliciter ſalubre ijs qui bene affectũ habent corpus: oportet ergo unumquodq; talium diligenter peruestigare: uti autē diſputantes ad id quod expedit. Maximè autem ſine dißenſione interimere cõtingit definitionem: ſi neq; ex ſimpliciter notioribus, neq; ex ijs quæ nobis, contingit definitionem fieri. Vnus igitur locus eſt eius quod non per notiora, quod per poſteriora, priora indicat: quemadmodum prius diximus.

Alius autem, ſi eius quod eſt in quiete, & definitione, per indefinitũ, & quod in motu eſt aßignata eſt oratio nobis. Prius enim eſt & notius quod manens eſt, & definitum: eo quod indefinitum & in motu eſt. Eius autem quod eſt nõ ex prioribus, tres ſunt loci. Primus quidem, ſi per oppoſitum, oppoſitum definiuit. Vt ſi per malum, bonum

19. Locus. Declaratio.

20. Locus. Declaratio.

bonum. simul enim natura opposita, & nõnullis etiã eadem disciplina utrorumq; uidetur esse: quare non notius alterum altero. Oportet autem non latere quædam fortasse aliter definiri non posse, ut duplum sine dimidio, & quæcunq; per se ad aliquid dicuntur: nam omnibus huiusmodi, est idem esse ei quod est ad aliquid quodammodo se habere: quare non est poßibile sine altero alterum cognoscere, eò quòd necessariũ est in alterius oratione coassumi & alterum. Ergo cognoscere quidem oportet huiusmodi omnia: uti autem eis in his ut uidebitur expedire. Alius, si eodẽ usus est ei quod definitur. Latet autem, cùm nõ eodem definiti nomine utitur: ut si solem stellam in die apparentem definiuit: nam qui die utitur, sole utitur: et par est ad deprehendenda talia sumere pro nomine orationem: ut quòd dies est, solis latio super terram: nam tunc manifestum quòd qui solis lationẽ super terrã dixit, solem dixit, quare utitur sole, qui die utitur. 11. Locus. Declaratio.

Rursum, si eo quod ediuerso diuiditur, id quod ediuerso diuiditur definiuit. Vt impar est, qui unitate maior est pare: simul enim natura, quæ ex eodem genere ediuerso diuiduntur: impar autem & par ediuerso diuidũtur: nam ambo, numeri differẽtiæ. 12. Locus. Declaratio. Similiter autem & si per inferiora, superiora definiuit. Vt parem numerum, qui bipartitè secatur: aut bonum, habitum uirtutis: nam & bipartitè sumptũ est à duobus, quæ paria sunt: & uirtus, bonũ quoddam est: quare inferiora hæc quàm illa sunt: est autẽ necesse eum qui inferioribus utitur, & illis uti: nam & qui uirtute utitur, bono utitur, eò quòd bonum quoddã uirtus: similiter autẽ & qui bipartitè utitur, & pare utitur, eò quòd in duo secari significat bipartitè secari: duo aũt paria sunt. Vniuersaliter igitur dicendo, unus est locus non per priora & no- 13. Locus. Declaratio.

tiora fecisse orationem: partes autem eius, ea quæ dicta sunt.

24. Locus. Declaratio. Secũdus aũt, si res cùm sit non ponitur in genere. Nam in omnibus huiusmodi peccatũ est, in quibus non prius ponitur in oratione, quid est: ut corporis definitio, quod habet tres dimensiones: aut si quis hominẽ definiuit, quod est sciẽs numerare: non enim dictum est quid est, habere tres dimensiones: uel quid est, scit numerare: genus autem uult quid est significare: & primum apponitur eorũ quæ in definitione dicuntur.

25. Locus. Declaratio. Amplius, si ad plura cũ dicatur id quod definitur: non ad omnia aßignauit. Ut si grãmaticen, scientiã scribendi quod profertur: nam indiget, & quod legendi: nihilo enim magis scribendi quàm legẽdi aßignat qui definit: quare non alius, sed qui utraq; hæc dicit, cò quòd plures nõ cõtingit eiusdem definitiones esse. In quibusdam profectò secundùm ueritatem se habet, ut dictum est: in quibusdam aũt non, ut in quibuscunq; nõ per se dicitur ad utrũq;: ut medicinam, scientiã sanitatẽ, & ægritudinẽ efficiendi: nam de illa quidẽ per se dicitur, de hac autem per accidens: simpliciter enim alienum à medicina, ægritudinẽ efficere. Quare nihil magis definiuit, qui ad utrunq; aßignauit, quàm qui ad alterum, uerùm fortaßè & deterius, cò quòd & reliquorum quilibet potest ægritudinẽ efficere.

26. Locus. Declaratio. Amplius, si non ad melius sed ad peius aßignauit, cùm sint plura ad quæ dicitur quod definitur. Nam omnis disciplina & potestas, optimi uidetur esse. Rursum si non positum est in proprio genere quod dictum est, considerandum ex ijs (quæ ad genera sunt) elemẽtis: quemadmodum est dictum prius. Rursum si transiliens dicit genera.

27. Locus. Declaratio. Ut qui iustitiam æqualitatis habitum effectiuum, uel distributiuum æqui: nam transilit, qui sic definit, uirtutem: relinquens igitur iustitiæ genus, non di

non dicit quid est esse (nam substantiam unicuiq; est in gene
re) est autē hoc idem ei quod est nō in proximo genere po-
nere. Nam qui in proximo posuit, omnia superiora dixit: eò
quòd omnia superiora genera de inferioribus prædicantur.
Quare aut in proximo genere ponendū, aut omnes differen
tias superiori generi addendū, per quas definitur proximum
genus: sic enim erit nihil prætermissum, sed pro nomine, in
oratione dictū erit inferius genus: qui uerò ipsum superius
genus dicit, non dicit & inferius genus: nam qui plantam di
cit, non dicit arborē. Rursum in differentijs similiter con- 28. Locus.
siderandū, si & differentias dixit generis. Nam si rei non Declaratio.
specialibus definiuit differentijs, aut si etiā omnino aliquid
huiusmodi dixit, quod nullius contingit differētiam esse (ut
animal, aut substantiam) manifestum quoniā non definiuit:
nullius enim differentiæ, quæ dicta sunt. Videndum autē 29. locus. declaratio.
& si est aliquid quod ediuerso diuiditur dictæ differentiæ.
Nam si non est, perspicuū quoniā non erit quæ dicta est ge-
neris differentia: nam omne genus ijs (quæ ediuerso diuidun
tur) differentijs diuiditur: ut animal greßibili, & uolatili,
& aquatili, & bipedi. Aut si est quidem ediuerso diuisa 30. locus.
differentia, non uerificatur autē de genere. Nam si nō, mani declaratio.
festum quoniā neutra erit generis differentia: omnes enim
quæ ediuerso diuiduntur differentiæ, uerificātur de proprio
genere. Similiter autē & si uerificatur quidem, at non fa 31. locus. declaratio.
cit apposita generi, speciem. Nam manifestū, quòd nō erit
hæc specifica differētia generis, nam omnis specifica diffe-
rentia cū genere, speciē facit: si autē hæc non est differētia,
nec quæ dicta est: quia hæc ediuerso diuiditur. Amplius, si 32. locus.
negatione diuidat genus. Vt qui lineā definiunt longitudi- declaratio.
nem sine latitudine esse: nam nihil aliud significat, sine lati-
tudine

tudine, quàm quòd non habet latitudinem: accidet igitur genus participare speciem. nam omnis longitudo sine latitudine, aut latitudinē habens est: quia de omni affirmatio uel negatio uera fit: quare genus lineæ cùm longitudo sit, sine latitudine, aut latitudinem habens erit: at longitudo sine latitudine speciei est ratio: similiter autē & longitudo latitudinē habens: nam sine latitudine, & latitudinē habens, differentiæ sunt: ex differentia autem & genere, est speciei oratio: quare genus suscipiet speciei orationē, similiter autem & differentiæ, eò quòd altera dictarum differentiarū ex necessitate prædicatur de genere. Est autem dictus locus utilis ad eos, qui ponunt ideas esse: nam si nō est ipsa longitudo, quodam modo prædicabitur de genere quod latitudinem habet, aut sine latitudine est: oportet enim de omni longitudine alterum eorū uerificari, si quidem de genere uerificari debeat. hoc autem non accidit: sunt autē & sine latitudine, & latitudinem habentes longitudines, quare ad illos solos utilis hic locus, quicunq; genus unū numero dicunt esse: hoc autē faciunt qui ideas ponunt. Nam ipsam longitudinē, & ipsum animal, genus dicunt esse. Fortasse autem in quibusdam etiā necessarium est negatione uti definientem, ut in priuationibus: nam cæcum est quod non habet uisum, quando natum est habere. Differt autē nihil negatione diuidere genus, aut huiusmodi affirmatione, quam negationem necesse est ediuerso diuidi: ut si longitudinem, habens latitudinem definiuit, eam habente latitudinem ediuerso diuiditur, non habens latitudinem, neq; aliud quicquā: quare negatione rursum diuiditur genus.

33. locus. Declaratio. *Rursum si speciē ut differentiā assignauit. Vt qui cōuicium, iniuriam cū irrisione definiuit: nam irrisio iniuria quædam est, quare nō differētia, sed species est irrisio.*

sio. Amplius, si genus ut differentiam dixit. Vt uirtutem habitum bonum, uel studiosum: nam bonum est genus uirtutis. An non genus est bonũ, sed differentia? siquidẽ uerum est quòd non contingat idem in duobus generibus esse non cõtinentibus seinuicem (nam neq; bonum cõtinet habitum, neq; habitus bonum: non enim omnis habitus bonum, neque omne bonũ habitus) nõ erunt profectò genera ambo. si igitur habitus genus est uirtutis, perspicuum bonũ non genus, sed magis differentiam esse. Amplius, habitus quidem quid est uirtus significat: bonũ autem nõ quid est, sed quale quid est: uidetur autem differentia quale quid significare. Videndum autẽ & si nõ quale quid, sed ipsum quid significat aßignata differentia. Nam uidetur quale quid omnis differentia significare. Considerãdum autẽ & si secundùm accidens inest definito differentia. Nam nulla differentia est eorum, quæ secundùm accidens insunt, sicut neq; genus: non enim cõtingit differentiã inesse alicui, & nõ inesse. Amplius, si prædicatur de genere differẽtia, uel species, aut inferiorum aliquid speciei, non erit definiens. Nam nullum eorum quæ dicta sunt, contingit de genere prædicari, eò quòd genus de quàm plurimis omnium dicitur. Rursum si prædicatur genus de differentia. Nam non de differentia, sed de quibus differentia, genus uidetur prædicari: ut animal de homine, & boue, & de alijs greßibilibus animalibus, non autẽ de ea differentia, quæ de specie dicitur: nam si de unaquaq; differẽtiarum animal prædicabitur, multa animalia de specie prædicabuntur: nam differentiæ de specie prædicantur. Amplius, differentiæ omnes, aut species, aut indiuidua erũt, siquidẽ sunt animalia: nam unũquodq; animaliũ aut species, aut indiuiduũ est. Similiter autẽ inspiciendũ & si species, aut

54. locus. Declaratio.
55. locus. Declaratio.
56. locus. declaratio.
57. locus. declaratio.
58. locus. declaratio.
59. locus. declaratio.

aut inferiorũ speciei aliquod, de differẽtia prædicatur. Impoßibile enim, eò quòd de pluribus differẽtia, quàm species dicitur. Item accidet differentiã speciem esse, siquidẽ prædicabitur de ea aliqua specierũ: nã si de differẽtia prædicatur homo, manifestũ quoniam differentia est homo. Rursum

40. locus. declaratio. si non prior est differentia specie. Nam genere quidem posterior est: specie autẽ priorẽ differẽtiam esse oportet. Considerandum autem & si alterius generis est dicta differẽtia.

41. locus. declaratio. neq; contenti, neq; continentis. Nam non uidetur eadẽ differentia duorum generum esse non continẽtium seinuicem: si autem non, accidet & speciem eandem in duobus generibus esse non continentibus seinuicẽ: infert enim unaquæq; differentiarũ propriũ genus, ut greßibile & bipes animal coinferunt: quare si de quo differentia & generum utrunq;, manifestum utique quoniam species in duobus erat generibus non continentibus seinuicem. An non impoßibile eãdem differentiã duorum generum esse non continentium seinuicem, sed addendum neque utroq; sub eodem existente? nam greßibile animal, & uolatile animal, genera sunt non continentia seinuicẽ, & utriusq; eorũ est bipes differẽtia: quare addendũ est, neq; sub eodẽ, utroq; existente: nam hæc ambo sub animali sunt. manifestum etiam quoniam nõ necesse est differentiã omnẽ, proprium genus inferre, eò quòd contingit eandẽ duorũ generum esse nõ continentiũ seinuicem: sed alterum tantum necesse est inferre, & superiora omnia: ut

42. locus. declaratio. bipes, greßibile, uel uolatile infert animal. Videndũ autẽ & si in aliquo differentiã aßignauit substantiæ. Nam uidetur differre substantia à substantia in eo quod alicubi est, quare & eos qui greßibili, & aquatili diuidũt animal increpant, tanquam greßibile & aquatile alicubi significet. An

Dubitaiuo.

in ijs

in ijs quidẽ non rectè increpãt:nõ enim in aliquo, neq; alicubi significat aquatile, & terrestre, sed quale quid: nam et si in sicco sit, similiter aquatile: similiter autẽ & terrestre, & si in humido sit, similiter terrestre, sed nõ aquatile erit: attamen si quandoq; significat in aliquo differentia, manifestum quoniã peccabit. Rursum, *si affectum, differentiã aßignauit.* Nam *omnis affectus cùm magis fit, detrahit à substantia: differentia autem, non huiusmodi est: nam magis uidetur saluare differẽtia, id cuius est differẽtia: & simpliciter impoßibile est singulum quodq; esse sine propria differentia: nam cùm nõ est greßibile, non erit homo: & (ut simpliciter dicamus) secũdùm quæcunq; alteratur habẽs, nihil eorũ differẽtia illius est. nã omnia huiusmodi cũ magis fiunt, detrahunt à substantia: quare si aliquam huiusmodi differẽtiam quispiam aßignauit, peccauit: simpliciter enim non alteramur secundùm differentias.* 43.Locus. Declaratio.

Et *si alicuius eorũ quæ sunt ad aliquid, non aliud quid differentiã aßignauit.* Nam *corum quæ sunt ad aliquid, & differentiæ ad aliquid: ut & in disciplina, cõtemplatiua enim, & actiua, & effectiua dicitur: unumquodq; aũt horum, ad aliquid significat: cõtemplatiua enim alicuius, & actiua alicuius, & effectiua alicuius.* 44.Locus. Declaratio.

Considerandum aũt & si ad quod natum est unumquodq; eorum quæ sunt ad aliquid, aßignauit definiẽs. Nam *in quibusdam quidẽ ad quod, natum est singulũ quodq; eorũ quæ sunt ad aliquid, solũ est uti, ad aliud aũt nihil, ut uisu ad uidendum solum: quibusdam autem & ad aliquid aliud, ut dolio sanè hauriat aliquis, attamen si quis definiuit dolium, instrumentum ad hauriendum, peccauit, non enim ad hoc natum est: terminus autem est, ad quod natum est, ad quod sanè utitur prudens quà prudens: & quæ circa singulum* 45.Locus. Declaratio.

quodq;

quodq; ꝓpria est disciplina. Amplius, si nō primū assi-
46. Locus. Declaratio. gnauit, quādo contingit ad plura dictū esse. Vt prudentiam uirtutē hominis, aut animæ: & nō rationalis: primum enim rationalis uirtus, prudētia: nam secundùm hoc & anima & homo dicitur prudens. Amplius, si non susceptiuum est
47. Locus. Declaratio. eius cuius dicitur affectus, uel dispositio, uel quoduis aliud, peccauit. Nam omnis dispositio, uel affectus in illo natus est fieri, cuius est dispositio, uel affectus: ut & scientia in anima, dispositio existēs animæ. Aliquando autē peccant in talibus, ut quicunq; dicunt quòd somnus est impotētia sensus, & dubitatio æqualitas contrariarum ratiocinationum, & dolor separatio naturaliū partium cum uiolētia: nam neque somnus inest sensui, oporteret aūt inesse, si impotētia sensus est. Similiter autē neq; dubitatio contrarijs ratiocinationibus inest, neq; dolor, naturalibus partibus: dolebūt enim inanimata, si dolor eis inest. Talis autē & sanitatis definitio. siquidē cōmensuratio calidorum, & frigidorum est, necesse est enim sana esse, calida & frigida: nam cuiusq; cōmensuratio, illis inest, quorum est commensuratio: quare sanitas inerit utiq; ipsis. Item id quod fit, in effectiuum, aut ecōuerso, accidit ponere, sic definientibus: non enim est dolor, separatio naturalium partium sed effectiuū doloris: nec somnus, impotentia sensus, sed effectiuum alterum alterius: aut enim propter impotentiā dormimus, aut propter somnum impotētes sumus. Similiter autem & dubitationis uidebitur effectiuum esse, contrariarū æqualitas ratiocinationum: quādocunq; enim ad utraq; ratiocinantibus nobis similiter uidentur omnia secundum utrunq; fieri, dubitabimus utrum agamus. Amplius, secundum tempora omnia, considerandū
48. Locus. sicubi dissonet: ut si immortale definiuit, animal nunc incor-

ruptibile

ruptibile esse. Nam nunc incorruptibile animal, nūc immortale erit. An in hoc quidē nō accidit? nā anceps secūdum amphiboliā est nunc incorruptibile esse: aut enim quoniā nō corrumpitur nunc, significat, aut quoniam non poßibile corrūpi nunc: aut quoniā huiusmodi est nūc, ut nunquā poßit corrūpi: quādo igitur dicimus quòd incorruptibile nunc est animal, nō hoc dicimus, quòd nūc tale est animal, sed ut nunquàm poßit corrūpi: hoc aūt immortali idem erat, quare nō accidit, nunc idē immortale esse. Sed tamē sicubi accidit quod secundùm definitionē quidē aßignatum est inesse nunc uel prius, quod uerò secūdùm nomen non inest, nō erit idem: utendum ergo hoc loco quemadmodum dictum est. 49. Locus. Declaratio. Dubitatio.

Inspiciendū aūt & si secundùm aliud quippiā magis dicitur quod definitur, quàm secundùm aßignatā orationem: Vt si iustitia potestas æqui distributiua est: iustus enim magis est, qui eligit æquum distribuere, eò qui potest: quare nō erit iustitia potestas æqui distributiua: nā & iustus esset maximè, qui posset æquū distribuere. Amplius, si res quidē suscipit magis, quod aūt secundùm orationē aßignatur non suscipit: aut contrà, quod secundùm orationem ei aßignatur suscipit, res aūt non. Oportet enim aut utraq; suscipere, aut neutrū: siquidē est rei quod secundùm orationē aßignatur. Amplius, si suscipiunt utraq; quidem magis, non simul aūt utraq; augmentum sumunt. Vt si amor concupiscētia conuentionis est. nam magis concupiscit conuentionem: quare non simul utraq; suscipiunt magis: at oporteret si idē essent. Amplius, si duobus quibusdam propositis, de quo res magis dicitur, id quod est secūdùm orationē minus dicitur. Vt si ignis est corpus subtilißimum, ignis enim magis flamma quàm lux, corpus autem subtilißimū minus flamma 50. Locus. Declaratio. 51. Locus. Declaratio. 52. Locus. Declaratio.

quàm lux: oportet autem utraq; magis inesse eidem, si quidē eadem sint. 53. Locus. Declaratio. *Rursum, si hoc quidem similiter utrisq; inest propositis, aliud autem non similiter utrisq;, sed alteri magis.* 54. Locus. Declaratio. *Amplius, si ad duo definitionem aßignauerit secundùm utrunq;. Vt bonum quod per uisum, aut per auditū delectabile, & ens quod poßibile est pati, aut facere: simul enim idem & bonum, & non bonum est: similiter autem & ens, & non ens: nam per auditū delectabile, idem bono erit: quare quod non delectabile est per auditum, nō bono idem: nam eisdem & oppposita eadem erunt: opponitur autem bono quidem non bonum, per auditum autem delectabili, per auditum non delectabile: manifestum igitur quoniam idem non delectabile per auditum, non bono: si igitur aliquid est per uisum quidem delectabile, per auditum autem non, & bonum, & non bonum erit: similiter autē ostendemus quoniam idem ens, & non ens est.* 55. Locus. Declaratio. *Amplius, & generibus, et differentijs, & alijs omnibus quæ in definitionibus sunt aßignatis, eis qui orationes pro nominibus faciunt considerādum, si quicquam dißonet.*

De definitione, loci alij.

CAPVT IIII.

56. Locus. Declaratio. *SI autē sit ad aliquid quod definitur, aut per se, aut secūdùm genus: considerandū si non dictū est in definitione ad quod dicitur, aut secundùm ipsum, aut secundùm genus. Vt si scientiam definiuit opinionē indißuasibilem, aut etiam uoluntatē: appetitum sine tristitia: omnis enim eius quod est ad aliquid, substantia ad alterum, eò quòd idem sit unicuiq; eorum quæ sunt ad aliquid esse, idipsum quod est ad aliquid quodammodo se habere: oportebat igitur scientiam dicere opinionem scibilis, & uoluntatem appetitum boni. Similiter aūt*

ter autem & si grammaticen definiuit scientiam literarum: oportebat enim aut ad quod ipsum dicitur, aut ad quod fortè genus dicitur, in definitione aßignari. Aut si cũ quippiã ad aliquid dicitur, nõ aßignauit ad finem. Finis autẽ in unoquoq; est quod optimũ est, aut cuius gratia alia sunt: dicendum igitur aut optimum aut ultimum, ut concupiscentiã nõ delectabilis, sed delectationis: nam propter hanc, & delectabile eligimus. Considerandum & si generatio est ad quod aßignauit, uel actus. Nihil enim taliũ finis: nam magis quod est egisse, & generasse finis, quàm fieri & agere. An nõ in omnibus uerum huiusmodi? penè enim plurimi delectari magis uolunt, quàm destitisse delectari: quare agere magis finẽ quis statuat, quàm egisse. Rursum, in quibusdã si non determinauit quanti, uel qualis, uel ubi, uel secundùm alias differẽtias. Vt ambitiosus, & qualis: & quanti appetens est honoris: nam omnes appetũt honorẽ: quare nõ sufficit ambitiosum dicere, qui appetit honorẽ: sed addere oportet dictas differentias. similiter autẽ & auarus, quãtas appetit pecunias: aut intẽperãs, circa quales uoluptates, nõ enim qui à qualibet uoluptate tenetur, intẽperans dicitur, sed qui ab aliqua. Aut rursum qui definiuit noctem, umbram terræ: aut succußionẽ, motũ terræ: aut nubem, densitatẽ aëris: aut uentum, motũ aëris: addendum enim quanti, & qualis, ubi, & à quo. Similiter autẽ & in cæteris huiusmodi: nam omittens differentiam quamlibet, non dicit quid est esse: oportet autem semper ad id quo indiget, argumentari: non enim quolibet modo terra mota: neque quantacunque succeßio erit: similiter autem neq; aëre quolibet modo, neque quantocunque modo, uentus erit. Amplius, in appetitibus, si non apponitur quod apparet, & in quibuslibet alijs con-

57. locus. declaratio.

58. locus. declaratio.

Dubitatio.

59. locus. declaratio.

60. Locus. declaratio.

gruit. Vt quoniam uoluntas appetitus boni: cōcupiſcētia autē appetitus delectationis. ſed nō apparentis boni, uel delectationis: plerunq; enim latet appetētes: quoniā bonū aut delectabile eſt: quare nō neceſſarium bonum, uel delectabile eſſe, ſed apparens ſolùm: oportebat ergo ſic et aßignationē
61. locus. facere. Si autem & aßignauit quod dictū eſt, in ipſas ſpe
declaratio. cies ducendū eū qui ponit ideas eſſe. Nō enim eſt idea illius apparentis: ipſa autē ſpecies ad ipſam ſpeciem uidetur dici: ut ipſa cōcupiſcentia, ipſius delectationis: & ipſa uoluntas, ipſius boni. apparētis igitur boni nō erit ipſa uoluntas, neq; apparētis delectationis ipſa concupiſcentia: abſurdū enim eſt eſſe, ipſum apparens bonū, uel delectabile. Amplius, ſi
62. locus. declaratio. ſit quidē habitus definitio, cōſiderandū in habente, ſi quidē habentis, in habitu: ſimiliter autē & in cæteris talibus. Vt
63. locus. ſi delectatio eſt iuuātia, & delectabile iuuabile. Vniuerſa
declaratio. liter autē dicendo in huiuſmodi definitionibus, quodā modo, uno plura accidit eū qui definit definire. Nam qui ſcientiā definiuit, quodāmodo et ignorantiā definiuit: ſimiliter autē & ſcium, & inſcium: & ſcire, & ignorare: nam primo dilucido facto, & reliqua quodammodo dilucida fiunt. Inſpiciendum igitur in omnibus talibus, ne quicquā diſſonet: utendo elementis ex contrarijs, & coniugatis. Amplius, in his quæ ad aliquid ſunt, conſiderandū ſi ad quod genus aßignatur, & ſpecies ad illud quoddā aßignatur. Vt ſi opinio ad
64. locus. Declaratio. opinatū, & quædā opinio ad quoddā opinatū: & ſi multiplex ad ſubmultiplex, & quoddam multiplex ad quoddam ſubmultiplex: ſi autē non ſic aßignatur, manifeſtū quoniam
65. locus Declaratio. peccatur. Videndum autē, & ſi oppoſitio oppoſita definitio. Vt ſi dimidij ea ſit, quæ oppoſita eſt ei, quæ eſt duplicis: nam ſi duplex eſt quod in æquali ſuperat dimidium: & dimi

& dimidium quod in æquali superatur. In contrarijs autē similiter. Nam contraria contrarij oratio erit, secundùm unam quādam cōplexionem cōtrariorū: ut si adiutiuū quidē effectiuum boni est, nociuū effectiuum mali, aut corruptiuū boni: alterū enim horū necessariū est cōtrariū esse ei, quod ex principio dictum est: si igitur neutrum contrarium est ei quod ex principio dictum est: manifestū quoniā neutra erit earum (quæ posterius aßignatæ) cōtrarij oratio: quare neq; quæ ex principio aßignata est definitio, rectè aßignata est. Quoniā autem quædam contrariorum priuatione alterius dicuntur. ut inæqualitas priuatio æqualitatis uidetur esse. inæqualia enim, quæ non æqualia sunt, dicuntur: perspicuū quoniā quod secundùm priuationē quidem dicitur contrarium, necessarium est definire per alterum: reliquū uerò nō iam oportet, per id quod secundùm priuationē dicitur. Nō enim accidit alterutrum per alterutrū cognosci. considerandum igitur in cōtrarijs huiusmodi peccatū. Vt si quis definiuit æqualitatē, cōtrarium inæqualitati: nam per hoc quod secundùm priuationem dicitur, definiuit. Amplius, sic definientem necesse est eo quod definitur uti. Patet autem hoc, si accipiatur pro nomine oratio: nam quia nil refert dicere inæqualitatem priuationem æqualitatis, erit æqualitas contrarium priuationi æqualitatis, quare eodem erit usus. Si autem neutrum cōtrariorum secundùm priuationē dicatur, aßignetur autem oratio similiter. Vt bonum cōtrarium malo: manifestum quoniam malum contrarium bono erit. nam sic contrariorum similiter oratio aßignanda: quare rursum eo quod definitur accidit uti: inest enim in mali oratione bonum: quocirca quoniā bonum est malo contrarium: malum autē nihil differt, uel quod est bono contrarium, erit bonum

66. locus. Declaratio.

67. locus. declaratio.

68. locus. Declaratio.

contrarium, boni contrario, perspicuum igitur quoniam eo- dem usus est. 69. locus. Declaratio. *Amplius, si quod secũdùm priuationẽ dicitur aßignans, non aßignauit cuius est priuatio. Vt habitus, aut contrarij, aut cuiuscunq; est priuatio.* 70. locus. Declaratio. *Et si nõ in quo natum est fieri addidit, uel simpliciter, uel in quo primo natum est fieri. Vt si ignorantiam dicens priuationem: non scientiæ pri uationem dixit: aut si non addidit in quo natum est fieri, aut addens non in quo primo aßignauit: ut quod nõ in rationa- li, sed in homine, uel in anima: nam si quodlibet horum omit tat, peccauit. Similiter autem & si cæcitatem non uisus pri- uationem in oculo dixit: oportet autem bene aßignantem, quid est, & cuius est priuatio aßignare, & quidnã est quod priuatum est.* 71. locus. Declaratio. *Videndum autem & si non secundùm pri- uationem dictum: priuatione definiuit. Vt & in ignorantia uidebitur esse huiusmodi peccatum, ijs qui non secundùm negationem ignorantiam dicunt: nam quod non habet scien tiam non uidetur ignorare: sed magis quod deceptum est: propter quod neque inanimata, neq; pueros dicimus igno- rare: quare non secundùm priuationem scientiæ ignoran- tia dicitur.* 72. locus. declaratio. *Amplius, si similibus nominis casibus si- miles orationis casus captantur. Vt si adiutiuum est effe- ctiuum sanitatis, adiutiuè est sanitatis effectiuè, & adiu- uans efficiens sanitatem. Considerandum & in idea, si aptabitur dictus terminus. Nam in quibusdam non acci- dit: ut quemadmodum Plato definiuit, mortale addens in animalium definitionibus. idea enim non erit mortalis, ut ipse homo: quare non aptabitur ad ideam definitio. Sim- pliciter autem in quibus apponitur effectiuum, aut paßi- uum: necesse est dissonare in idea terminum: nam impaßi- les, et immobiles uidentur esse ideæ ijs, qui dicunt ideas esse: aduersum*

aduersum hos autem, & tales orationes utiles sunt.

De definitione, loci alij.

CAPVT V.

AMplius, *si eorum quæ secūdùm æquiuocationē dicū-* 73. Locus.
tur, unam definitionē omnium communem aßignauit: Declaratio.
Vniuoca enim, quorum una est, secūdùm nomē oratio: qua-
re nullius eorum quæ sub nomine sunt, aßignatus est termi-
nus, eò quòd similiter ad omne, æquiuocū adaptatur. Paßus
autem hoc est & Dionysij uitæ terminus: siquidem ea mo-
tus est generi nutriendi naturaliter inseruiēs: nihil enim hoc
magis animalibus, quàm plātis inest: uita autē non secūdùm
unam speciem uidetur dici, sed altera quidem animalibus,
altera plantis inest: cōtingit igitur & secundùm electionem
sic aßignare terminum, ac si uniuoca, & secundùm unam
speciem omnis uita diceretur. Nihil autem prohibet & eum
qui cōspicit æquiuocationem, & alterius uult definitionem
aßignare: latere non propriam, sed communem utrisq; ora-
tionē aßignare. sed nihil minus si utrouis modo fecerit, pec-
cauit. Postquàm autem quædam latēt æquiuocorum, in-
terrogāti quidem ut uniuocis utēdum. Nam nō adapta- 74. Locus. Declaratio.
bitur alterius terminus ad alterum: quare uidebitur nō di-
stinguendum hoc pacto, oportet enim in omne, uniuocum
adaptari: eidem autem respōdēti, distinguēdū est. Quo- 75. Locus.
niam autem quidam respōdentium uniuocum quidem dicūt Declaratio.
esse æquiuocum, quādo nō accōmodatur ad omne aßignata
oratio: æquiuocum autem uniuocum, etiam si ad utrūq; ac-
cōmodetur: præ cōfeßione utēdum pro talibus, aut præcolli-
gendū quòd æquiuocū, uel uniuocū, aut utrūq; fuerit. Ma-
gis enim concedunt nō præuidētes, quod futurum est ut ac-
cidat. Si autem non facta confeßione dixerit aliquis 76. Locus. Declaratio.

uniuocum æquiuocum esse, eò quòd non accommodatur, & in hoc aßignata oratio: considerandũ si huius oratio accõmodatur & ad reliqua. Nam manifestũ, quoniã uniuocum erit reliquis: si aũt nõ, plures erũt definitiones reliquis: nam quæ secundùm nomen orationes accommodabuntur ad eadẽ, quæ prior aßignata est, et quæ posterior. Rursum, *si quis definiens aliquid eorũ quæ multipliciter dicũtur, & oratio nõ accõmodatur ad omnia, & quia æquiuocũ esse nõ cõcedat, nomẽ etiã dicat nõ ad oĩa accõmodari, quoniã nec oratio, dicendũ ad eiusmodi, quòd nominatione quidẽ oportet uti quæ tradita est, & quæ sequitur, et nõ dimouere quæ talia sunt, tametsi nõnulla dicenda nõ sint similiter multitudini.* Si aũt alicuius cõplexorũ aßignetur terminus, considerãdum est auferendo alterius eorum quo complectũtur orationem, si est & reliqua reliqui. *Nam si non, manifestum quoniã neq; tota totius: ut si quispiam definiuit lineã finalem rectã, finem plani habentis fines, cuius mediũ superadditur finibus: si finalis lineæ oratio est, finis plani habentis fines, rectè oportet esse reliquũ, cuius mediũ superadditur finibus: sed infinita neq; mediũ, neq; fines habet, recta aũt est, quare nõ est reliqua reliqui oratio.* Amplius, si cùm sit cõpositũ quod definitur, æquimembris oratio aßignetur definitio. *Aequimembris aũt dicitur oratio esse, quando quot fuerint composita, tot & in oratione nomina, & uerba fuerint: necesse est enim in talibus ipsorum nominũ cõmutationem fieri aut omnium, aut aliquorum, eò quòd nihil plura nunc, quam prius nomina dicta sunt: uerùm oportet eũ qui definit, orationem pro nominibus aßignare, maximè quidẽ omnibus: quòd si nõ, at saltẽ in plurimis: sic enim & in simplicibus qui nomẽ commutat, non definiturus est.* Vt pro tunica,

77. Locus. Declaratio.

78. Locus. Declaratio.

79. Locus. Declaratio.

tunica,uestem. Amplius aũt maius peccatum, si & per ignotiora nomina commutationẽ fecerit. Vt pro homine albo,terrigenã candentẽ:neq; enim definiuit, cùm minus sit clarũ quod sic dicitur. Considerandũ aũt & si per cõmutationem nominũ,non idem iam significat. Vt qui cõtemplatiuam scientiam,opinionẽ cõtemplatiuã dixit:nam opinio,sciẽtiæ non idẽ (ut oportet,si debet,et totum idem esse) nam cõtemplatiuũ quidẽ commune in utriusq; orationibus est,reliquũ uerò differens. Amplius,si alterius nominum cõmutationẽ facies,non differẽtiæ,sed generis cõmutationẽ fecit. Vt in eo quod nuper dictum est:ignotius enim cõtemplatiua quàm sciẽtia:nam hoc quidẽ genus, illud autem differẽtia,omnibus autẽ notius genus,nam communis:quare nõ generis,sed differẽtiæ oportebat commutationẽ fieri, eò quòd ignotior est. An hæc quidem ridicula reprehẽsio? nihil enim prohibet differentiã quidẽ notißimo nomine dici,genus autẽ non:sic autẽ rebus se habentibus manifestum quoniã generis,& nõ differentiæ secundùm nomẽ commutatio faciẽda:si aũt non nomẽ pro nomine,sed orationẽ pro nomine cõmutat,manifestũ quoniã differẽtiæ magis quàm generis definitio aßignãda est,eò quòd cognoscendi gratia definitio aßignatur:nam minus differẽtia quàm genus nota.

80.Locus. Declaratio.

81.Locus. Declaratio.

82.Locus. Declaratio.

Dubitatio.

Si autem differentiæ terminum aßignauit,cõsiderandum si & alicuius alius cõmunis est aßignatus terminus. Vt cùm imparẽ numerum,numerũ,medium habentem dixerit, determinãdum est quo pacto medium habẽtem:nam numerus quidem cõmunis in utrisq; orationibus est. Imparis autem consumpta est oratio:habẽt autem,& linea,& corpus medium,cùm non sint imparia:quare non utiq; erit definitio hæc imparis:si autem multipliciter dicitur medium

habens, determinandum quomodo medium habens, alioqui reprehensio erit, aut syllogismus: quòd nō definiuit. Rursum, si id cuius quidem orationem aßignauit est eorum quæ

83.Locus. Declaratio. sunt, quod autem sub oratione, nō eorum quæ sunt. Vt si album, quispiam definiuit colorem igni permixtum. impoßibile enim incorporeum corpori permisceri, quare non erit color igni permixtus, attamen albū est. Amplius, quicūq;

84.Locus. Declaratio. non diuidūt in ijs quæ sunt ad aliquid ad quod dicitur, sed in pluribus comprehendētes dicunt: aut omnino, aut in aliquo falsum dicunt. Vt si quis medicinam disciplinā entis dixit: nam si nullius entium medicina est disciplina: manifestū quoniā tota oratio mendax est: si autem alicuius quidem, alicuius autem non, in aliquo mendax: nam oportet de omni, siquidem per se, & non secundùm accidens entis esse dicitur, quemadmodum in alijs se habent ea quæ ad aliquid sunt: nā omne disciplinatum ad disciplinā dicitur. Similiter autem et in alijs, eò quòd cōuertūtur omnia ad aliquid: omne enim disciplinatum, ad aliquid. Cæterùm si is (qui non per se, sed secundùm accidens aßignationem fecit) rectè aßignauit, non ad unū, sed ad plura unumquodq; eorum quæ ad aliquid dicuntur, aßignauit: nihil enim probibet idem, et ens, & albū, & bonum esse: quare qui ad quodlibet horū aßignauit, rectè aßignauit, siquidem is qui secūdùm accidens aßignauit, rectè aßignauit. Prætereà autem impoßibile est huiusmodi orationem propriam aßignati esse: nam nō solùm medicina, sed plures aliarum disciplinarum ad ens dicūtur, quare unaquæq; entis disciplina erit: manifestum igitur quoniam talis nullius est disciplinæ definitio, propriā enim & nō communem oportet definitionem esse.

85.Locus. Declaratio. Quādoq; autem definiūt non rem, sed rem bene se habentem aut perfectam. Talis aūt

& rhe

& rhetoris & furis terminus, si sit rhetor quidem, qui potest quod in unoquoque est uerisimile considerare, & nihil prætermitere: fur autem qui clàm sumit: perspicuum enim quoniam cum talis uterque, hic quidem bonus rhetor, ille autem bonus fur erit: non enim qui clàm sumit, sed qui uult clàm sumere, fur est. Rursum, *si quod propter se eligendum est, ut actiuũ uel effectiuũ, uel quolibet modo propter aliud eligendũ aßignauit.* Vt qui *iustitiã, legum conseruatiuam dicit: aut sapientiã, effectiuã fœlicitatis: nam conseruatiuum & effectiuum eorum sunt quæ propter aliud eliguntur.* An nihil quidem prohibet quod propter se eligendum *est, &* propter aliud *esse eligendũ: attamen nihil minus peccauit, qui sic definiuit quod propter se est eligendum, nam unicuiq; optimum, in substantia maximè: melius autẽ quod* propter *se eligendum, quàm quod propter aliud*: *quare id & definitionem oportebit magis significare.* 26. locus. Declaratio.

De definitione, loci alij.

CAPVT VI.

C*onsiderandum autẽ est & si is qui alicuius definitionem aßignauit, aut hæc, aut quod est ex his, aut hoc cũ illo definiuit.* Nam *si hæc quidẽ, accidet utrisq; & neutri inesse: ut si iustitiã, temperantiã, & fortitudinẽ definiuerit: nã si sint duo, uterq; autẽ alterũ habeat, utriq; iusti erũt, & neuter: eò quòd utriq; quidẽ habent iustitiã, uterq; autẽ non habet. Si autẽ nõdũ quod dictũ est admodũ absurdũ uidetur, eò quòd & in alijs accidat huiusmodi (nihil enim prohibet utrosque habere unam, cùm neuter habeat) attamen contraria inesse eidem, omnino absurdum uidebitur esse: accidet autem hoc, si hic quidem ipsorum temperantiã & timiditatem habet, ille autem fortitudinem, & prodigalitatem:* 27. Locus. Declaratio.

nam

nam utriq; & iustitiam, & iniustitiam habent: nam si iustitia, temperantia & fortitudo est, & iniustitia timiditas & prodigalitas erit: & omnino quæcunq; ad argumētandum idonea quòd non idem sunt & partes & totum, omnia utilia ad id quod dictum est. uidetur autē qui sic definit partes, toti easdem dicere esse. Maximè autem accommodatæ fiunt orationes, in quibuscunq; manifesta partium est cōpositio, quemadmodū in domo, et in cæteris talibus: manifestū enim quoniā cum sint partes, nihil prohibet totum nō esse. quare non idem partes toti.

88. locus. Declaratio. Si autem nō hæc, sed quod ex his est dixit id esse quod definitur, primum quidē considerandū, si non natum est quippiam unum fieri, ex ijs quæ dicta sunt.

89. locus. Declaratio. Quædam enim sic se habēt adinuicem: ūt nihil ex eis unum quippiam fiat: ut linea & numerus.

90. locus. Declaratio. Amplius, si definitū quidem in uno aliquo natum est primo fieri, ex quibus autē dixit ipsum esse, nō in uno primo nata sunt fieri, sed utrunq; in utroq;. Nam manifestum quoniam non erit ex ijs illud: in quibus enim partes, & totum necesse est inesse, quare nō in uno totum primo esse, sed in pluribus.

91. locus. declaratio. Si autem & partes, & totum in uno aliquo primo, considerandum si non in eodem, sed in altero totum, et in altero partes. Nam in quo totum, in illo & partes esse uidentur.

92. locus. declaratio. Rursum, si cum toto corrumpuntur partes. Econuerso enim oportet accidere, partibus corruptis totum corrumpi. toto uerò corrupto, nō necesse est & partes corrumpi.

93. locus. Declaratio. Aut si totum quidem bonum, uel malum, partès autem neutræ, aut econuerso, partes quidem bonæ, uel malæ, totum autē neutrum. Nam neq; ex neutris poßibile bonum quippiam, uel malum fieri: neq; ex bonis uel malis neutrum. Aut si magis quidem alterum bonum quàm alterum malum: quod autem ex his, nō magis bo num

bonum quàm malum. Vt si imprudentia ex fortitudine & falsa opinione, magis enim bonum fortitudo, quàm malum falsa opinio: oportet ergo & quod ex his est, sequi illud, quod magis est, et esse uel simpliciter bonũ, uel magis bonũ quàm malum. An hoc quidẽ non necessariũ: nisi utrunq; sit per se bonũ uel malum? multa enim effectiuorũ per se quidẽ nõ sunt bona, mixta autẽ quibusdã, fiunt bona: aut econuerso utrunq; quidem bonũ, mixta autẽ, malum uel neutrũ: maximè autẽ manifestũ quod nunc dictum est in salubribus & morbificis, nam quædam medicamentorum sic se habent, ut utrunq; quidem sit bonum: si autem utraque dentur mixta, malum. Dubitatio.

Rursum, si quod ex meliore & peiore est, non est totum peiore quidem melius, meliore autẽ peius. An neq; hoc necessarium, nisi per se sint ex quibus cõponitur, bona? nam in ijs quæ non per se sunt bona, nihil prohibet totũ non fieri bonũ: ut in ijs quæ modò dicta sunt. 94. locus. declaratio.

Amplius, si cognomine est totũ alteri. Non oportet enim, ut neq; in syllabis: nulli enim elementorũ ex quibus cõponitur, syllaba cognominis est. 95. locus. Declaratio.

Amplius, si nõ dixit modum cõpositionis. Non enim sufficiens est ad cognoscẽdum, quòd dicat, ex his: nam nõ quod ex his, sed quod sic ex his: est cuiusq; cõpositorum substantia, ut in domo. nõ enim sic quolibet modo cõponantur hæc, domus est. 96. locus. declaratio.

Si autem hoc cum illo aßignauit, primum quidẽ dicendum quòd hoc cũ illo, aut hoc & illud dicitur, aut quod ex illis. Nam qui dicit mel cum aqua, uel mel & aquam dicit, uel quod ex melle & aqua: quare si cuilibet eorum quæ dicta sunt idem cõfitebitur esse hoc cũ illo, eadẽ cõueniet dicere, quæ quidem ad utrunq; horum prius dicta sunt. 97. locus. declaratio.

Amplius, diuidenti quoties dicitur alterũ cum altero, considerandum si nullo modo hoc cum illo. Vt si dicitur 98. locus. declaratio.

alterum

alterum cũ altero, aut ut in aliquo eodẽ susceptiuo, ut iustitia & fortitudo in anima, aut in loco eodem, aut in tempore eodem: nullo autẽ modo uerũ sit quod dictum est in his: manifestum est quoniam nullius erit aßignata definitio, eò

99. locus. declaratio. *quòd nullo modo, hoc cum illo est.* Si autẽ diuisio quoties dicitur alterũ cum altero, uerũ erit in eodem tẽpore utrunq; esse, cõsiderandum si contingit non ad eundem utrunq; dici finem. Vt si fortitudinem definiuit audaciam cum recta intelligentia: contingit enim audaciã quidem habere spoliandi, rectam autem intelligentiam circa salubria, sed nondum fortis qui in eodem tempore cum illo hoc habet. Amplius,

100. locus. Declaratio. *si & ad idem ambo dicuntur: ut ad medicatiua.* Nihil enim prohibet & audaciam quandam, & rectam intelligentiam habere ad medicatiua, attamen nec si fortis qui hoc cum illo habet: neq; enim ad alterum, eorum utrunque oportet dici, neq; ad idem quodcunq; sit, sed ad fortitudinis finem, ut ad præliorũ pericula: aut si quid magis est illius finis. Quædã

101. locus. declaratio. *autem sic aßignatorum, nullo modo sub dictam cadunt diuisionem: ut si ira tristitia est cum opinione paruipendendi:* nam quod propter huiusmodi opinionẽ tristitia fit, hoc uult indicare: propter hoc autem fieri aliquid, non est idem ei quod est hoc quidem cum illo esse secundùm ullum dictorum modorum.

102. locus. declaratio. *Rursum, si horum compositionem, dixit totum. Vt animæ & corporis compositionẽ animal.* Primũ quidem considerandum si non dixit qualis compositio: ut si carnem definiens, aut os: ignis, & aëris, & terræ dixit compositionem: nõ enim sufficit compositionem dicere, sed quæ & qualis determinandum: non enim quolibet modo compositis his caro fit, sed sic quidem compositis, caro: sic uerò os. Videtur autem neque esse omnino compositioni idem neu-

trum eorum quæ dicta sunt: nam compositioni omni dissolutio contraria, dictorum autem neutri, nihil. Amplius, si similiter est uerisimile omne compositum compositionem esse, uel nullum: animalium autē unumquodq; cum sit compositum, non est cōpositio, neq; profectò aliorum cōpositorum ullum cōpositio erit. Rursum, si similiter in aliquo nata sunt esse contraria, definiuit autem per alterum: manifestum quoniam nō definiuit. Si autem nō ita est, plures accidet eiusdē definitiones esse: quid enim magis qui per hoc, quàm qui per alterū definiēs dixit? eò quòd similiter utraq; nata sunt fieri in eodem. Talis autem animæ est definitio, siquidem est substantia disciplinæ susceptiua: nam similiter & ignorantiæ est susceptiua. 103. Locus. Declaratio.

Oportet autem si non ad totam habeat aliquis argumentari definitionem, eò quòd non nota sit tota, ad aliquam partium argumentari si sit nota, & non bene aßignata appareat: nam parte interempta, & tota definitio interimitur. 104. Locus. Declaratio.

Quæcunq; autem obscuræ sunt definitionum emendanti, & confirmanti ad manifestandum aliquid & habendum argumentum, sic considerandum. Necesse est enim respondentem aut suscipere quod sumptum est ab interrogante, aut eundem declarare, quid temere est ostensum à definitione. 105. Locus. Declaratio.

Amplius, quemadmodum in congregationibus solent legem inducere, & si sit melior quæ inducitur, interimit anteriorem: sic & in definitionibus faciendum, & definitio alia ferēda. 106. Locus. Declaratio.

Nam si apparet melior, & magis manifestum quod definitur: perspicuum quoniam interēpta erit quæ posita est, eò quòd nō sunt eiusdem, plures definitiones.

Ad omnes autem definitiones nō minimū elemētum ad seipsum, solerter definire propositū, aut aptè dictum terminū assumere. 107. Locus. Declaratio.

Necesse

Necesse est enim ueluti ad exemplar considerantem, & quod minus est ijs quæ oportet habere definitionem, & quod appositum est superfluè, inspicere: ut magis argumentis abundemus: quæ igitur circa definitiones sunt, in tantum dicta sint.

Sexti Topicorum Aristotelis

FINIS.

IN TOPICORVM Librum VII. Angeli Politiani ARGVMENTVM.

ABES in septimo de eodem & altero. Casus hic, & series, & cōtradictio, & efficiētia, et destruētia perpēduntur. An cui alterum, idem & alterum, sed & accidentia eorum, & quibus accidant: an idem prædicationis genus, an genus alterutrius non idem: an non eædem alterutrius differentiæ: an alterum magis admittatur, alterum respuatur. Sed & accessio & decessio: & an ex suppositione aliquid competat: an subiectum alicubi à prædicato discordet: an ijsdem dicendis alius modus: an esse alterum sine altero nequeat. Obijciat affirmans, rarò à disputantibus definitionem ratiocinando colligi. nam tradere exactā, disciplinæ esse alterius. Sunt enim affirmantium, & negantium non ijdem loci; difficilius defenditur, quàm oppugnatur definitio.

TOPI

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER VII.

De eodem & diuerso, loci.

CAPVT I.

TRVM autem idem an diuersum secūdùm proprijßimum eorum) qui dicti sunt de eodem) modorum, dicendū: dicebatur autem proprijßimè idem quod numero unum. cōsiderandum autem ex casibus, & coniugatis, & oppositis. Prim' Locus Declaratio. 2. Locus. *Nam si iustitia idem est forti- tudini, & iustus forti: & iustè fortiter. Similiter autem & in oppositis. Nam si hæc eadē, & opposita his; eadē se- cūdùm quamlibet dictarum oppositionum. Nihil enim dif- fert hoc uel hoc modo oppositum sumere: eò quòd idē est.* Declaratio.

Rursum, ex effectiuis, & corruptiuis, & generationi- bus, & corruptionibus, & omnino ex ijs quæ similiter se habent alterum ad alterum. 3. Locus. Declaratio. *Nam quæcunq; simplici- ter eadem, etiam generationes eorum et corruptiones eædē, & effectiua, & corruptiua. Considerandum autem & quorum alterum, maximè dicitur quoduis esse, si & alterū ipsorum secundùm idem maximè dicitur.* 4. Locus. Declaratio. *Sicut Xeno- crates beatā uitam, & studiosam aßignauit eādem, eò quòd omnium uitarum, maximè eligenda studiosa, & beata: unum enim maximè eligendum, & maximū. Similiter & in alijs huiusmodi. Oportet autem utrūq; unum numero esse, quod dicitur maximum, & maxime eligendum: si autem non, non*

erit ostensum quod idem. Non necessarium enim si fortißimi Græcorum sunt Peloponnesij, & Lacedæmonij, eosdem esse Peloponnesios Lacedæmonijs, eò quòd non unus numero Peloponnesius, & Lacedæmonius, sed contineri quidem alterum ab altero necessarium, ut Lacedæmonij à Peloponnesijs: si autem non, accidet seipsis inuicem esse meliores, si non continentur alteri ab alteris: necesse est enim Peloponnesios meliores esse quam Lacedæmonios, si non continentur alteri ab alteris, nam omnibus reliquis sunt meliores. Similiter autem & Lacedæmonios necesse est meliores esse Peloponnesijs, nam & isti omnibus cæteris sunt meliores, quare seinuicem meliores fiunt. Manifestum ergo quoniam unum numero esse oportet, quod optimum & maximum dicitur, si debeat quòd idem sint ostendi: propter quod Xenocrates non idem aßignauit: non enim una numero beata, & studiosa uita: quapropter non necessarium eandem esse, eò quòd ambæ maximè eligendæ, sed altera sub altera.

5. Locus. Declaratio. *Rursum, considerandum si cui alterum idem, & alterum. Nam si non sunt ambo eidem eadem, manifestum quoniam nec sibijnuicem.*

6. Locus. Declaratio. *Amplius autem, ex ijs quæ his accidunt, & quibus hæc accidũt, considerandum. Nam quæcunq; alteri accidunt, & alteri oportet accidere: & quibus alterũ eorum accidit, & alterum eorum oportet accidere: si autem aliquid horum dißonet, dilucidum quoniã non eadem. Videndum autem & si non in uno genere prædicamenti utraq;, sed hoc quidem quale, illud autem quantum, uel ad aliquid indicet.*

7. Locus. Declaratio. *Rursum, si genus utrisq; nõ idem, sed hoc quidem bonum, illud autem malum: aut hoc quidem uirtus, illud autem scientia.*

8. Locus. Declaratio. *Aut si genus quidem idem, differentiæ autem non eædem de utroq; prædicantur: sed de*

hac

hac quidem quoniam contemplatiua scientia, de illo autem quoniam actiua: similiter autem & in alijs. Amplius, autem ex magis, si hoc quidem suscipit magis, illud autem non: aut si ambo suscipiunt quidem, non simul autem. Vt qui magis amat, non magis concupiscit uenerem: quare non idem amor, & concupiscentia ueneris. 5.locus. declaratio.

Amplius, ex appositione: si idem utrumque appositum, non facit idem totum. 10.locus. declaratio.

Aut si eodem ab utroque sublato, quod relinquitur est alterum. Vt si duplum dimidij, & multiplum dimidij idem dixerit esse: sublato enim ab utroque dimidio, reliqua idem oporteret indicare: non indicant autem, nam duplum & multiplum non eadem significant. 11.locus. declaratio.

Considerandum autem non solùm si iam aliquid accidit impoßibile per positionem, sed & si poßibile sit ex suppositione existere. Quemadmodum ijs qui uacuum, & plenũ aëre, idem dicunt esse: nam manifestum quoniam si exeat aër, uacuum quidem non minus, sed magis erit, plenum autem aëre non amplius erit: quare supposito aliquo siue uero, siue falso (nihil enim refert) si alterum interimitur, alterum autem non, profectò non idem sunt. 12. locus. declaratio.

Vniuersaliter autem dicendo ex ijs quæ quouis modo de utroque prædicantur, & de quibus hæc prædicantur, considerandum si alicubi dissonẽt. Nam quæcunque de altero prædicantur, & de altero prædicari oportet, & de quibus alterum prædicatur, & alterũ prædicari oportet. 13.locus. declaratio.

Amplius, quia multipliciter idem dicitur, considerandum si secundùm alium aliquem modum eadem sunt. Nam specie, uel genere eadem, non necesse est numero eadem esse, consideramus autem utrùm sic eadem: an non sic. 14.locus. Declaratio.

Amplius, si potest alerum sine altero esse. Nõ erit enim idem ad idem: igitur loci tot dicuntur. 15.locus. declaratio.

De eodem, definitione, loci alij.

CAPVT II.

16. locus. Declaratio. PAlàm autem ex ijs quæ dicta sunt, quoniam omnes qui ad idē sunt destructiui loci, & ad terminū utiles sunt: quemadmodū prius dictū est. Nā si nō idē indicet & nomē, & oratio, manifestū quoniā non erit definitio, aßignata oratio. Cōstructiuorum autē locorū nullus utilis ad terminū.
17. locus. declaratio. Non enim sufficit ostēdere idem quod sub oratione, & nomine est ad cōstruendum quoniā definitio, sed & alia oportet omnia habere (quæ præcepta sunt) definitionē: interimere igitur definitionē sic: & per hæc semper tentandum. Si
18. locus. declaratio. autem construere uolumus, primum quidem scire oportet quoniā nullus, uel pauci disputantium, terminum syllogismo colligunt, sed omnes principium quod tale est accipiunt. Vt qui circa geometriā, & numeros, & alias huiusmodi disciplinas.
19. locus. declaratio. Deinde quoniā exactè quidem alterius est negocij aßignare, & quid est terminus, & quomodo definire oportet: nunc autē quantum sufficit ad præsentem utilitatem, tantum solùm dicendū, quoniā poßibile fieri definitionis et eius quod quid est, esse syllogismum. Nam si terminus est oratio quæ quid est esse rei indicat: & oportet ea quæ in termino ponuntur, in eo quod quid est de re sola prædicari: prædicātur autem sola in eo quod quid est, genera, & differentiæ: manifestum quoniam si quis sumat ea quæ solùm de re in eo quod quid est prædicari oportet, quòd hæc habēs oratio, terminus ex neceßitate erit: nō enim contingit aliud esse terminum, eò quòd nihil aliud in eo quod quid est de re prædicatur, quod igitur poßibile est ex termino syllogismum fieri,
20. locus. declaratio. manifestum. Ex quibus autē oportet construere, determinatum e & quidem in alijs diligentius: ad propositam autem methodum

methodum ijdem loci utiles. Inſpiciendũ enim in cõtrarijs,
& in alijs oppoſitis,& totas orationes,& ſecundùm par-
tem conſideranti. Nam ſi oppoſita oppoſitæ, & eam(quæ
dicta eſt)propoſiti neceſſe eſt eſſe. Quoniã autem cõtra- 21.locus. declaratio.
riorum plures cõplexiones,ſumẽdum eſt ex contrarijs qua-
liſcunq; maximè apparebit contraria definitio: totas igitur
definitiones quemadmodum dictum eſt, cõſiderandum.Se-
cundùm partem autem hoc pacto: primùm quidem quoniã
aſsignatum genus rectè aſsignatum eſt. Nam ſi cõtrarium
in contrario, propoſitum autẽ non eſt in eodem, manifeſtũ 22.locus. declaratio.
quoniã in contrario erit, eò quòd neceſſe eſt cõtraria in eo-
dem genere,uel in cõtrarijs generibus eſſe. Et differentias 23.locus. declaratio.
quidem contrarias de contrarijs arbitramur prædicari. Vt
de albo & nigro:nam ille quidem diſgregatiuum, hoc autẽ
congregatiuum uiſus:quare ſi de contrario contrariæ præ-
dicantur, de propoſito quæ aſsignatæ ſunt prædicabuntur:
quapropter quia & genus,& differentiæ rectè aſsignatæ
ſunt, manifeſtum quoniam definitio erit, quæ aſsignata eſt.

An non neceſſariũ eſt de contrarijs differentias prædicari, Dubitatio.
niſi in eodem genere ſint contraria?quorum autem genera
ſunt cõtraria,nihil prohibet eandem differentiam de utriſq;
dici:ut de iuſtitia & iniuſtitia: nam illa quidem uirtus,hæc
autẽ uitium animæ, quare id quod eſt animæ, differentia de
utriſq; dicitur,eò quòd et corporis eſt uirtus & uitium:ſed
hoc uerum quòd contrariorũ,aut cõtrariæ, aut eædem dif-
ferentiæ ſunt: ſi ergo de contrario contraria prædicantur,
de hoc autem nõ, manifeſtum quoniam quæ dicta eſt de hoc
prædicabitur. Vniuerſaliter autẽ dicendo, ſi definitio eſt ex
genere & differentijs, ſi ſit contrarij definitio manifeſta, 24.locus. declaratio.
& quæ propoſiti definitio, manifeſta erit. Nam quoniam

contrarium in eodem genere, uel in contrario, similiter autem & differentiæ aut contrariæ de contrarijs, aut eædem prædicantur: dilucidum quoniam de proposito, aut idem genus prædicabitur quod de contrario, differentiæ autem contrariæ, uel omnes, uel aliquæ, reliquæ autē eædem: aut cōtrà, differentiæ quidem eædem, genera uerò cōtraria, aut ambo cōtraria & genera & differētia, nā eadē esse ambo nō contingit, si autem secus, definitio eadem contrariorum erit.

25. locus. Amplius, ex casibus, & coniugatis. Necesse est enim con
Declaratio. *sequi genera generibus, & terminos terminis: ut si obliuio, est sciētiæ amißio: & obliuisci, amittere scientiam erit, & oblitum esse, amisisse scientiā: uno igitur quolibet eorū quæ dicta sunt confesso, necesse est & reliqua confiteri. Similiter autem & si corruptio, dissolutio substantiæ, et corrumpere, dissoluere substantiam, & corruptiuè, dissolutiuè: si corruptiuum, dissolutiuum substantiæ, & corruptio, substātiæ dissolutio. Similiter autem, & in alijs. Quare uno*
26. locus. *quouis sumpto, & reliqua omnia confiteatur oportet.* Et
Declaratio. *ex similiter se habentibus adinuicē. Nam si salubre est effectiuum sanitatis, & habile effectiuum bonæ habitudinis erit, & adiutiuum effectiuum boni: nam similiter unumquodq; eorum quæ dicta sunt, ad suum finem se habet: quare si unius eorum definitio est effectiuum esse finis: & reliquorum cuiusque, sic erit definitio.* Amplius, ex eo quod
27. locus. *est magis & similiter, quod est similiter, quoties contingit*
Declaratio. *cōstruere duas ad duo comparantem. Vt si magis hæc huius quàm ista istius definitio, ista autē quæ minus, definitio est, & hæc quæ magis: & similiter hæc huius, & ista istius: si altera alterius, & reliqua reliquæ.* Vna autē definitio ad *duo cōparata, aut duabus definitionibus ad unum, neutiquā utilis*

utilis ea, quæ ex magis est consideratio. Nam neq; unã duo-
rum, neq; duas eiusdẽ definitiones possibile est esse. Sunt 28. Locus. Declaratio.
autem oportunissimi locorum, & qui nũc dicti sunt, & qui
ex casibus, & qui ex coniugatis, quocirca & oportet maxi-
mè detinere et promptos habere hos. Vtilissimi enim ad
plurima. Aliorum autem ij qui maximè sunt commu-
nes. Nam illi maximè reliquorum efficacissimi: ut inspicere
in singularibus, & in speciebus considerare, si conueniat 29. Locus. Declaratio.
definitio, eò quòd uniuoca species est: est autem utilis hic lo-
cus ad eos qui ponunt ideas esse, quemadmodum prius di-
ctum est. Amplius si per metaphoram dixit nomen, uel 30. Locus. Declaratio.
idem de eodem prædicauit ut diuersum: & si quis alius cõ-
munis & efficax locorum, illo utendum.

De constructione, & destructione prædicatorum loci.

CAPVT III.

QVoniam autem difficilius est construere, quàm de- 31. Locus. Declaratio.
struere terminum: ex ijs quæ posteà dicentur, ma-
nifestum. Nam nosse ipsum, & sumere ab in-
terrogantibus huiusmodi propositiones non facilè, ut quod
eorum quæ sunt in assignata oratione hoc quidem genus, il-
lud autem differentia, & quod in eo quod quid est, genus
& differentiæ prædicantur. Sine his uerò impossibile est
definitionis syllogismum fieri: nam si quædam & alia in eo
quod quid est de re prædicantur: incertum utrum'ne quæ
dicta est, an alia eius definitio est, eò quòd definitio, est
oratio quod est indicãs. Manifestũ autem & etiã ex his, nã
facilius unum concludere, quàm multa: interimenti quidem
sufficit ad unum differere. Vnũ enim quocũq; sit, destruen-
tes, intercmpturi sumus terminum: at construenti omnia

necesse est construere quòd insint, quæ in termino sunt. Amplius, cōstruēti quidem uniuersaliter statuendū syllogismū, (nam oportet de omni, de quo nomē, prædicari, & terminū, & etiā adhuc conuerti de quo orationem, & nomen, si debeat proprius esse aßignatus terminus) destruenti uerò non necesse ostēdere uniuersaliter: sufficit enim ostendere quòd de quopiam eorum, quæ sub nomine sunt oratio non uerificatur: & tametsi uniuersale oporteat destruere, non tamen conuerti neceßarium & in destruendo. nā sufficit destruenti uniuersale, ostendere quòd de aliquo eorum, de quibus nomen prædicatur, oratio non prædicatur: at ecōuerso non necessarium ut ostendatur, quòd de quibus oratio

31. Locus. non prædicatur, neq; nomen prædicetur. Amplius etiā,

Declaratio. si omni ei inest, quod sub nomine est, at non soli, interempta est definitio. Similiter autem & circa proprium, & genus se habet. In utrisq; enim destruere quàm construere facilius est: de proprio quidē manifestū, ex ijs quæ dicta sunt: nam ut plurimum in complexione propriū aßignatur: quare destruere quidem est, unum interimenti: construēti autē, omnia ratiocinatione colligere necesse est: penè autem & reliqua omnia quæcunq; ad definitionem & ad propriū cōueniet dici: nam & omni oportet quod sub nomine est, cōstruenti monstrare, quoniam inest: destruenti autem sufficit ostendere uni non inesse: si uerò & omni inest, at non soli, etiam si destructum fit, perinde ac & in definitione dicebatur. De genere autem, quoniam construere quidem neceße est uno modo, qui omni ostendit inesse, destruenti autem dupliciter: nam siue nulli, siue alicui ostensum sit non inesse, interemptum est quod in principio. Item construenti quidem non sufficit quoniam inest ostendere, sed & quoniam ut genus

nus in est ostendendum: destruenti autem sufficit ostendere non inesse, uel alicui, uel nulli: uidetur autem, quemadmodum in alijs, corrumpere quàm facere facilius: sic & in his, destruere quàm construere. *In accidente uerò uniuersale quidem facilius destruere, quàm construere. Nam constructi quidem ostendendum quoniā omni: destruenti autem sufficit ostendere uni non inesse. Particulare uerò econuerso: nam facilius construere quàm destruere. Construenti enim sat est ostendere alicui inesse: destruenti autem ostendendū quoniā nulli inest.* *Manifestum autem qua de causa omnium facillimum est terminum destruere. Plura enim sunt in ipso data multorum dictorū: ex pluribus autem citius fit syllogismus: nam uerisimile in multis, magis quàm in paucis peccatum fieri.* *Amplius, ad terminum quidem contingit & per alia argumentari: siue enim non propria sit definitio, siue nō genus quod assignatur, siue nō inest aliquod eorum quae sunt in definitione, interempta sit definitio: ad alia autem neq; ea quae ex terminis, neq; alia contingit omnia argumentari. sola enim ea quae ad accidens, communia sunt omnibus praedictis: inesse enim oportet unumquodq; eorū quae dicta sunt: si autem non ut proprium inest genus, nondum interemptū est genus: similiter autem & proprium non necessarium ut genus inesse, neq; accidēs ut genus, aut proprium, sed inesse tantum: quare non possibile ex alijs ad alia argumentari, nisi in definitione solùm: manifestum igitur quoniam facillimum omnium est, terminum interimere, construere autem difficillimum: nam et illa oportet omnia ratiocinatione colligere, & quod insunt quae dicta sunt, & quòd genus quod assignatum est, quodq́; propria definitio: & adhuc praeter haec quòd indicat quid est esse oratio: & haec probè oportet fecisse*

53. Locus. Declaratio.

54. Locus. Declaratio.

55. Locus. Declaratio.

36. Locus. cisse. Aliorum autem proprium maxime huiusmodi.
Declaratio. Nã interimere quidem facilius, eò quòd ex pluribus plerunq; fit. Construere autem difficillimum, quoniam multa oportet astruere, & adhuc quoniam soli inest, & quoniam
37. Locus. Dubitatio. conuersim prædicatur de re. Facillimum autem omniũ construere accidens. Nam in alijs quidem non solùm inesse, sed & quoniam sic inest ostendendum: in accidente uerò
38. Locus. declaratio. quoniam inest duntaxat, sufficit ostendere. Destruere autem difficillimum est accidens. Quia quàm paucißima in eo data sunt: non enim consignificat in accidente quo modo inest. Quare in alijs quidem dupliciter interimere contingit, uel ostendendo quòd non inest, uel quòd non sic inest: in accidente uerò non contingit interimere nisi ostendendo quòd non inest. Loci per quos copiosi erimus ad singula quæq; problematum argumentari, ferè sufficienter annumerati sunt.

Septimi Topicorum Aristotelis
FINIS.

IN TOPICORVM Librũ VIII. Angeli Politiani

ARGVMENTVM.

OCTAVO, qui ultimus est, artes ipsæ disceptantium tradũtur, uel interrogãtium, uel respondentium. Locos inueni, temet rogita, cum altero congredere. locorũ inuentio philosophi, duo reliqua dialectici, Propositiones extra necessarias, quatuor. Aut enim sunt inductionis gratia, ut uniuersale cõcedatur: aut ad pompam sermonis, aut ad conclusionis latebras, aut ad explicandum quod obscurũ. Necessaria non statim proponenda, sed recedendum procul, nisi cùm sunt manifestissima. Inducenda ex particularibus uniuersalia, ex notis ignota. Latebis secũdæ ratiocinationis ope, & si posterius conclusiones interrogabis, & congeres: nec perpetuò, sed interpellatim rogabis. Atq; aliorsum tendes, quàm quò sis euasurus, aut similitudinibus ages. At tute tibi aliquid obiectabis. Nec magnifacere uideberis, cui plurimum fidas. propones aliquid, ut exemplum: nec autẽ quod obtinere uis, sed unde id sequatur: & si posterius interrogabis, quod obtinere uis prius. sed mutanda tamen ratio, si contumax homo sit, aut acer, cũ quo disputas. dilatandus interdum sermo, & quæ nihil ad rem faciant inserenda. Magnificam præstabit disputantis orationẽ, uel inductio, uel diuisio, perspicuam uerò exempla, & imagines. Ratiocinandum contra dialecticos, sed inducere uniuersalia nõ semper licet aliter obijciendum, si unum proponas: aliter, si duo. Ex impossibili nõ magnopere argumentandum. Cauendum & illud, ne parum dialecticas propositiones afferamus: nec idem rogandum sæpius. Tenenda prorsus, quæ difficile oppugnẽtur, quæ facilè defendantur: ut prima: ut primis proxima: ut quæ sunt aut incertæ definitionis, aut impropriæ. Respondenti officium est, necubi labascat. Sed alia

ratio

ratio, si congruat opinioni propositio: alia, si abhorreat: alia, si medium teneat: alia, si simpliciter: alia, si uel sibi, uel ei quem tuetur congruat. Videndum illud, an ad rem faciat, quod quaeritur. Siquid obscurè quaeratur, postulandum audacter ut explanetur, si aequiuocum, tum ex commodo, aut dandum, aut distinguẽdum. Ac si quid ex concessis deducatur quod nolis, dicẽdum illud aliô spectantem concessisse. Si manifestum sit quod quaeritur, respondeto, est, non est. Aliter tamen particularibus, aliter uniuersalibus occurrendum. Nunquam absurda positio tuenda. Interpellanda conclusio, quod procedet, si illud sustuleris, unde deducitur: si interroganti obieceris, si ad interroganda dixeris, si idem (quod est nouissimum) dicendo exemeris: nec autem uera modo, sed & falsa: nec ex ueris modo, sed & ex falsis colligendum. Dialecticè potius agendum, quàm litigatoriè. nam & sermo increpatur, & disceptatur. Sermo igitur quinque modis, ubi nihil colligitur, ubi nihil ad rem, ubi frustra quippiam adijcitur, unde rursus auferetur: ubi ex inopinabilibus, aut minus credendis deducitur. In uniuersum cauenda ratiocinationis uicia. principij contrariorumq́ petitio. meditandum saepe quid interroganti, quid respondenti prosit: opus tamen ingenio maximo, noscendae rationes primarũ maximè quaestionum: definitiones, & plurimae, & nobilissimae, & primae tenendae memoria. pernoscenda illa potissimum, de quibus frequẽtius disputatur. Consuescendum. ut ex una ratione plures efficiamus: Propositiones à ratiocinantibus accipiendae potius ab inducentibus exempla proponendi obijciendiq́ capienda exercitatio, cum hominibus indoctis non magnopere disputandum: habenda quasi arma semper in promptu, aduersus problemata quaelibet rationum illarum, quae non facilè de improuiso excogitantur.

TOPICORVM ARISTOTELIS

LIBER VIII.

Loci ad instruendum interrogantem.

CAPVT I.

Ost hæc autem de ordine, & quonã pacto oportet interrogare, dicendum. Oportet autẽ primũ quidẽ, eum qui interrogare debet, locũ inuenire, unde sit argumẽtandũ: secundùm autẽ interrogare, et ordinare singula apud seipsum: reliquũ uerò, & tertiũ dicere iam eadẽ ad alterũ. 1. locus interrogantis. *Quòd autẽ inueniat locũ, similiter philosophi, & dialectici consideratio: subinde uerò illa ordinare, & interrogare, proprium dialectici: ad alterũ enim omne quod tale est: philosopho autẽ, & quærẽti per seipsum, nihil curæ est si uera quidem sint, & nota per quæ syllogismus, & non ponat ea qui respondet, eò quòd propinqua sint illis quæ sunt ex principio, & præuideat quod subsecutũ est: sed fortasse & studiosè aget, quoniam maximè notæ, & propinquæ sunt dignitates, ex illis enim scientifici syllogismi: loci igitur unde oporteat sumere, dicti sunt prius. de ordine autem, & interrogatione dicendum. diuidendæ propositiones quæcunque sumendæ sunt ad necessarias, necessariæ autem dicuntur per quas syllogismus fit.* 2. Locus. Declaratio. Differẽtia dialectici, & philosophi. *Quæ autem ad has sumuntur, quatuor sunt. Aut enim gratia inductionis, ut detur uniuersale: aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem conclusionis, aut dilucidior sit oratio: præter has* 3. locus. declaratio.

autem

autem nulla est assumenda propositio, sed per has augere, & interrogare tentandum. Sunt autē quæ ad occultationē, certaminis gratia, sed quia omne(quod huiusmodi est)negocium ad alterū est, necesse est & illis uti.

4.locus. Declaratio. *Necessarias igitur, per quas fit syllogismus, nō statim præordinandum, sed abeundum ad suprema. Vt nō postulet quis contrariorū eandem disciplinā, si hoc uoluerit sumere, sed oppositorū: posito enim hoc, & quoniam contrariorum eadem disciplina syllogismo colliget, eò quòd ex oppositis, sunt cōtraria.*

5.locus. Declaratio. *Si uerò illam nō ponat, per inductionē, sumendum proponenti in particularibus contrarijs. Nam aut per syllogismum, aut per inductionem necessarias sumendum, aut has quidem inductione, illas autem syllogismo.*

6.Locus. declaratio. *Quæcunque autem ualde manifestæ sunt, illas quoq; oportet præponere: nam immanifestius est semper in abscessu, & inductione quod secuturum est, & simul ipsas necessarias proponere: & qui nō potest illo modo, sumere esse paratum: quæ uerò ad has sumptæ sunt, accipiendæ quidem illarū gratia. Vnaquæq; autē earum hoc modo utendum inducentē quidem à singularibus ad uniuersalia, & à notis ad ignota: nota autē magis quæ secūdùm sensum, uel simpliciter, uel multipliciter, uel multitudini.*

7.locus. declaratio. *Occultantē uerò, ratiocinatione præcolligere oportet ea, per quæ syllogismus eius quod ex principio est debet fieri: & hæc ut plurimum. Erit autem hoc, si quis non solùm necessarias, sed & earum (quæ ad illas sunt utiles) aliquam syllogizauerit.*

8.locus. Declaratio. *Amplius, conclusiones nō dicere, sed postea ratiocinatione colligere, subitarias. Sic enim longissimè abscedet ab ea (quæ ex principio) positione: uniuersaliter autē dicendo sic oportet enim interrogare qui occultè interrogat, ut interrogata omni oratione, & eo dicen*

eo dicente conclusionem, quæratur propter quid: id aũt erit maximè per antedictũ modũ: nam sola ultima dicta conclusione, immanifestum quomodo accidit, eò quòd non præuidit respõdẽs, ex quibus accidit, nõ per mẽbra digestis prioribus syllogismis: minimè autẽ per membra digeritur syllogismus cõclusione, cũ nõ eius sumptiones ponuntur, sed cum illa sumũtur, à quibus syllogismus fit. Vtile autẽ & non cõtinua postulata sumere, ex quibus syllogismi, sed uicißim ad aliũ & ad aliam conclusionẽ. Nam positis conuenientibus iuxta seinuicẽ, magis quod accidit ex ipsis manifestum. 9. Locus. Declaratio.

Oportet autẽ & definitione sumere (in quibus poßibile est) uniuersalẽ propositionem: non in ipsis, sed in coniugatis. Nam decipiunt falsa ratiocinatione seipsos (quando in coniugato sumitur definitio) si non uniuersale concedunt: ut si oportet sumere quòd qui irascitur appetit pœnã: sumatur autẽ, ira appetitus esse pœnæ propter apparentem paruipensionẽ: manifestum aũt quoniã hoc sumpto habebimus uniuersale quod prælegimus: at eis qui in ipsis proponunt, sæpè accidit ut abnuat respondens, eò quòd magis se habeat in ea re instãtia: ut quòd nõ omnis qui irascitur appetit pœnam: nam parentibus irascimur quidem, non autem pœnam appetimus. Fortasse autem non uera instantia est: nam à quibusdã sufficiẽs pœna est, tristari solùm, & facere pœnitere: ueruntamẽ habet aliquid uerisimile, ut nõ uideatur irrationabiliter negare propositum: in iræ autem definitione, non similiter facile est instantiã inuenire. Prætereà proponere par est, non ut propter idipsum, sed alterius gratia eum qui proponit. Nam deuitant ea quæ ad positionem sunt utilia. Simpliciter autem dicendo, quàm maximè facere dubium: utrum quod proponitur, an oppositum sumere uult. 10. Locus. Declaratio. 11. locus. Declaratio. 12. locus. declaratio.

uult. Nam dubio existente quidnam ad positionem est utile,
13. Locus. Declaratio. magis quod sibi uidetur ponunt. Amplius, per similitudinem interrogare. Nam & uerisimile, & latet magis uniuersale: ut quemadmodum scientia & ignorantia cõtrariorum eadem, sic & sensus contrariorũ idem: aut econuerso. postquàm sensus idem cõtrariorum, & scientia: hoc autem est simile inductioni, nõ tamen idẽ: nam ille quidẽ à singularibus uniuersale sumitur, in similibus autẽ nõ est quod sumitur uniuersale, sub quo omnia similia sunt.
14. Locus. Declaratio. Oportet autẽ et ipsum sibimet quandoq; instantiã ferre. Nam insuspectè se habent respondentes ad eos, qui uidentur iustè argumentari.
15. Locus. Declaratio. Vtile aũt dicere quod consuetum, & quod dicitur tale. Nam pigrescunt quod solitum est dimouere, instantiam nõ habentes: simul autem & quia utũtur & ipsi talibus, cauẽt ea dimouere.
16. Locus. Declaratio. Amplius, nõ sedulè agere, & si omnino utile sit. Nam aduersus sedulè agentes, magis renituntur.
17. Locus. Declaratio. Et ut in similitudine proponere, quod propter aliud aliquid proponitur, et nõ propter seipsum, utile ponẽt magis.
Amplius, nõ id proponere quod oportet sumere: sed cui consequẽs, id est ex necessitate. Nam & magis cõcedunt, eo quod non similiter ex hoc manifestum sit, quod cõsecuturũ est, & sumpto hoc, sumptũ est & illud.
18. Locus. Declaratio. Et id ultimò interrogare, quod maximè uult sumere. Nam maximè prima renuunt, eò quòd plurimi interrogantiũ prima interrogant, circa quæ uel maximè studẽt.
19. Locus. Declaratio Ad quosdã autẽ prima quæ utilia sunt proponere. Nam proterui maximè prima admittunt, nisi omnino manifestũ sit quod secuturũ est, in fine aũt proteruiunt: similiter autem & quicunq; arbitrantur acuti esse in respondẽdo, ponentes enim prima, in fine recantant, tanquam nihil acciderit ex ijs quæ posita sunt: ponunt autẽ

prom

prŏptè,cŏfidĕtes habitui,& arbitrătes nihil se esse passuros.

Amplius,prolŏgare,& interponere quæ nihil sunt usui ad orationem,quemadmodum pseudographia utentes. Nã cũ sint plura,immanifestũ in quo falsum sit,quare & occultant quandoq; interrogantes,in absconso proponĕtes ea quæ per se proposita,nõ ponerĕtur:ad occultationẽ igitur, dictis est utendum. 10.locus. Declaratio.

Pro inductione respondenti,loci alij.

CAPVT II.

AD ornatũ uerò,inductione,& cŏclusione eorũ quæ affinia sunt.Inductio igitur quale quid est,manifestũ: diuidere autẽ huiusmodi, ut sciĕtiam sciĕtia esse meliorem, aut eò quòd exactior est,aut quòd meliorum:& quòd sciĕtiarũ aliæ quidem sunt contemplatiuæ,aliæ autẽ actiuæ,aliæ porrò effectiuæ:nã unũquodque taliũ coornat quidẽ orationẽ,at nõ necessariũ est,ut dicatur ad conclusionem. 11.Locus. Declaratio.

Ad dilucidiatẽ autẽ exĕpla,& similitudines afferendũ.Exempla autẽ accomodata,& ex quibus scimus qualia Homerus, nõ qualia Cherilus:sic enim clarius erit quod proponitur. 12.locus. declaratio.

Vtendũ autẽ in disserĕdo, syllogismo quidẽ ad dialecticos magis,quàm ad multitudinem:inductione uerò contra, ad multitudinem magis. Dictũ est autẽ & de his & prius. 13.locus. declaratio.

Est autẽ in aliquibus quidem inducenti poßibile interrogare uniuersale,in aliquibus uerò nõ facilè,eò quòd nõ positũ sit similitudinibus nomẽ,omnibus commune:sed quãdo oportet uniuersale sumere,sic in omnibus talibus esse dicũt. Id autẽ determinare difficillimũ est,qualia sunt ea quæ proferuntur huiusmodi,& qualia nõ:& propter hoc sæpenumero dißident in disputationibus:alij quidẽ dicentes,similia esse,quæ non sunt similia: alij uerò dubitantes quæ sunt 14.locus. Declaratio.

ſimilia, non eſſe ſimilia. Quare tentandum in omnibus talibus, ipſum nomina effingere: ut neq; reſpondenti liceat dubitare quòd non ſimiliter quod infertur, dicitur: neque interroganti calumniari, ut ſimiliter dicto, eò quòd plura eorum quæ non ſimiliter dicuntur, ſimiliter uidentur dici.

25. Locus. Declaratio. *Quando autem inducenti in pluribus non dederit uniuerſale, tunc iuſtū eſt efflagitare inſtantiā: nō dicēte autem ipſo in aliquibus ſic, nō iuſtū eſt efflagitare, in aliquibus nō ſic. Oportet enim inducentē prius ſic inſtantiā efflagitare.*

26. Locus. Declaratio. *Efflagitandū autē inſtantias nō in eo quod proponitur ferre, niſi unū tantū ſit huiuſmodi: ut dualitas partiū numerorum ſolus primus. Nā oportet & eū qui inſtat in altero*

27. Locus. Delaratio. *inſtantiā ferre: aut dicere quod hoc ſolū tale eſt. Ad eos autē qui inſtant uniuerſali, nō in eodē autē inſtantiā ferūt, ſed in æquiuoco (ut quod habeat aliquis nō ſuū colorē, uel pedem, uel manū, habebit enim pictor non ſuū colorem, & cocus pedē nō ſuū) diuidendo reuera in talibus interrogan-*

28. Locus. Declaratio. *dum eſt. Nā latente æquiuocatione, bene uiderentur inſtare propoſitioni. Si aūt nō in æquiuoco, ſed in eodē inſtās præpediat interrogationē, oportet auferentē id in quo inſtantia eſt, proponere reliquum, uniuerſale faciendo, donec ſumat quod utile eſt. Vt in obliuione, & in oblitū eſſe: non enim cōcedunt eū qui amiſit diſciplinā, oblitū eſſe, eò quòd tranſeunte re amiſit quidē diſciplinā, oblitus autem nō eſt. dicendū autē auferēti id in quo inſtantia eſt, reliquum: ut ſi permanente re amiſit diſciplinā, iccirco oblitū eſſe. Similiter autē & cōtra inſtantes, quoniā maiori bono, maius opponitur malum: proferūt enim quoniam ſanitati minori bono quàm bona habitudo, maius malum opponitur: nam ægritudinem maius eſſe malū mala habitudine: auferendum*

igitur

igitur & in hoc in quo instantia est: nam ablato, magis ponet: ut quoniã maiori bono maius malũ opponitur, nisi cõferat alterũ ad alterũ: quemadmodũ bona habitudo ad sanitatem. Non solùm autẽ eo instante hoc faciendũ, sed & si sine instantia negat, eo quod praeuideat aliquid taliũ. Nam ablato eo, in quo instantia est, compelletur ponere, eo quòd nõ praeuideat in reliquo, in aliquo nõ sic esse. Si autem nõ ponat, efflagitatus instantiam, nõ habebit aßignare. Sunt aũt huiusmodi propositionũ quae in aliquo falsae sunt, in aliquo autem uerae: in his enim par est auferre: reliquum autem uerum relinquere. Si autẽ in multis proponenti non ferat instantiam, postulandum est ponere. Nam dialectica est propositio ad quam sic in pluribus se habentem, non est instantia. Quando autem contingit idem & sine impoßibili: & per impoßibile syllogizare, demõstranti quidem & non disserenti, nihil refert uel sic: uel illo modo syllogismo colligere: disserenti autem non est utendum per impoßibile syllogismo. nam si sine impoßibili quidem syllogismo colligat, minime fiet ut dubitent: at quãdo per impoßibile syllogizant (nisi ualde manifestum sit falsum esse) non impoßibile dicunt esse: quare non fit interrogantibus quod uolunt. Oportet autẽ proponere quaecũq; in pluribus quidem sic se habẽt. Instãtia autẽ aut omnino nõ est, aut nõ in superficie est cõspicere: nã qui nõ possunt cõspicere in quibus nõ sic: tanquã uerũ quidẽ sit, ponũt. Non oportet autẽ conclusionẽ, interrogationẽ facere. Alioquin autem, eo renuẽte nõ uidetur fieri syllogismus: nam et saepe cùm non interrogat, sed ut sequens infert, negant: & hoc facientes non uidentur redargui ijs qui non conspiciunt quod accidit ex ijs quae posita sunt: quãdo igitur nõ dicens

29.Locus. Declaratio

30.Locus. Declaratio

31.Locus. Declaratio

32.Locus. Declaratio

33.Locus. Declaratio

34.Locus. Declaratio. *quidem accidere,interrogabit,ille autē negabit,omnino non uidetur fieri syllogismus. Nō uidetur autē omne uniuersale dialectica propositio esse: ut quid est homo? aut quot modis dicitur bonū? est enim dialectica propositio,ad quam est respōdere,sic,uel nō: ad dictas autē nō est,quare nō sunt dialecticæ huiusmodi interrogationes,nisi ipse determinās, uel diuidens dicat: ut putas'ne bonū sic uel nō sic dicitur? nā ad talia facilis respōsio,uel affirmādo,uel negādo: quapropter tentandum sic proponere huiusmodi propositiones.*

35. Locus. Declaratio. *Simul autē & iustū fortasse ab illo interrogare, quot modis dicitur bonū,quādo hoc diuidēte & proponēte,nul-*
36.Locus. Declaratio. *lo modo cōcesserit. Quisquis autē unam orationē multo tempore interrogat,malè interrogat. Nam si respōdeat quidem ei interrogatus quod interrogatur,manifestū quod multas interrogationes interrogat,aut frequenter easdem: quare aut nugatur,aut non habet syllogismum,nam ex paucis omnis syllogismus: si uerò non respondeat quid,aut nō*
37.Locus. Declaratio. *increpat, aut discedit? Est autem argumentari difficile, & sustinere facile ipsas suppositiones. Sunt autem talia,& quæ natura sunt prima, & quæ postrema. Nam prima quidem termino egent,postrema uerò per multa terminātur uolenti continuum sumere à primis, aut sophisticæ uidētur argumētationes: impoßibile enim demōstrare quippiā est eū qui non incipit à proprijs principijs,& cōnectit usq; ad ultima: definire autē nihil ducunt respondētes, neq; si interrogās definierit,aduertunt: atqui nō facto manifesto quidnā est quod propositū est,nō facile est argumētari: maximè autē quod tale est,circa principia accidit,nā alia quidē per hæc monstrātur,ipsa uerò nō contingit per alia,sed necesse est definitione taliū,unūquodq; cognoscere. Sunt*

autem difficilè argumentabilia, & quæ ualde propinqua sunt principio. Non enim cõtingit plures ad hæc rationes inuenire, cũ sint pauca media, horũq; & principiorũ, per quæ necesse est mõstrare ea quæ post illa sunt. 38. Locus. Declaratio.

Terminorum autẽ difficilè argumentabiles ij omniũ maximè sunt, quicũq; utũtur talibus nominibus, quæ primùm quidẽ immanifesta sunt, simpliciter'ne dicãtur, an multipliciter: adhuc aũt quæ neq; nota utrùm propriè, an secũdũ metaphoram de definito dicãtur. Nã quia obscura sunt, nõ habẽt argumẽta: quia uerò ignorãtur si absq; metaphora dicitur quod tale est, nõ habet quod increpet. 39. locus. Declaratio.

Omnino aũt omne problema quãdo difficilè argumentabile, uel termino indigere arbitrandũ est: uel est eorũ quæ multipliciter, uel eorũ quæ secũdùm metaphorã de definito esse dicãtur, uel nõ lõgè à principijs: uel quia nõ manifestũ est primũ nobis hoc idẽ, secũdũ quẽ dictorũ modorũ est quod dubitationẽ præstat. 40. locus. declaratio.

Nam cùm est manifestus modus, manifestũ quoniã aut definire oportebit, aut diuidere, aut medias propositiones inuenire. Nã per hæc monstrãtur ultima.

In multis autẽ positionibus (nõ bene aßignata definitione) non facile disputare, ac argumẽtari. Vt utrùm uni cõtrariũ, an plura: definitis autẽ cõtrarijs aliquo modo, facile est ostẽdere utrũ cõtingit plura eidẽ esse cõtraria, an nõ: eodẽ autẽ modo & in alijs definitione indigẽtibus: uidẽtur autẽ & in disciplinis quædã ob definitionis defectũ, non facilè describi: ut & quoniã quæ ad latus secat planũ linea, similiter diuidit & lineã, & locũ: definitione autem dicta, statim manifestũ est quod dicitur. Nã eandẽ ablationẽ habent loca, & lineæ: est aũt definitio eius orationis hæc. 41. locus. Declaratio.

Simpliciter autẽ prima elemẽtorũ, positis q̃dẽ definitionibus (ut qd linea, uel quid 42. Locus.

 circulus)

circulus) facillimũ oſtendere: uerùm nõ multis ad unumquodq; eorũ eſt argumẽtari, eò quòd nõ ſunt multa media: ſi autẽ nõ ponãtur principiorũ definitiões, difficilè: fortaſ-
43. Locus. ſe autẽ omnino impoſsibile. Similiter autẽ his, & in ijs quæ ſunt circa orationes ſe habet, nõ igitur latere oportet, quãdo difficile argumẽtabilis eſt poſitio, quòd paſſa eſt aliquid eorũ quæ dicta ſunt: quãdo autẽ erit ad dignitatẽ, & propoſitionẽ, maior labor diſputare quàm ad poſitionem.

Dubitatio. Dubitare autẽ poßit quiſpiã, utrùm ponẽda ſint talia, an nõ: nã ſi nõ ponat, ſed poſcat, & ad illa diſputare, maius præcipiet quàm quod in principio poſitum eſt. ſi uerò ponat, credet ex minus credibilibus: ſi igitur oportet nõ difficilius problema facere ponendũ: ſi autẽ per notiora ſyllogizare: nõ ponendũ. An diſcẽti quidẽ nõ ponendũ, niſi notius ſit: exercitato uerò ponẽdũ, ſi uerũ ſolũ uideatur? quare manifeſtũ quoniã non ſimiliter & interroganti & docenti exiſtimãdum eſſe ponendum. Quo pacto igitur interrogare & ordinare oportet, penè ſufficiunt quæ dicta ſunt.

Loci pro reſpondente.

CAPVT III.

44. Locus. De reſponſione autẽ primùm quidẽ determinandum: quodnã eſt opus bene reſpõdentis, quẽadmodũ bene interrogãtis. Eſt autẽ interrogantis quidẽ ſic deducere orationẽ, ut faciat reſpõdentẽ dicere inopinabiliora quàm ea, quæ propter poſitionẽ ſunt neceſſaria: reſpõdentis uerò nõ ꝑpter ſe apparere, accidere impoßibile, aut quod præter opinionem eſt, ſed propter poſitionẽ: nã alterũ fortaſſe peccatũ, ponere primũ quod nõ oportet: & poſitũ nõ ſer-
45. Locus. uare aliquo modo. Quia autẽ ſunt indeterminata ijs qui propter exercitationẽ & experientiã orationes faciũt (nã

non eædē cōsiderationes & discentibus, & docentibus, &
concertantibus, neq; his, & ijs qui exercent se inuicem in-
spectionis gratia: nam discenti quidem ponenda sunt sem-
per ea quæ uidentur neq; enim conatur falsum ullus doce-
re, concertantiū uerò interrogantē quidē uideri aliquid fa-
cere oportet omnino, respōdentem autē nihil uideri pati)
& in dialecticis cōgreßionibus quæ nō concertationis gra-
tia, sed experimenti & inspectionis orationes faciunt, nō-
dum enucleatū est quo pacto oporteat cōiectare respōdē-
tem, & qualia dare, & qualia nō: ad bene aut non, seruan-
dam positionē: quoniā (in quam) nihil habemus traditū ab
alijs, ipsi aliquid dicere tentemus. Necesse est autem re- 45.Locus. Declaratio.
spondētem sustinere orationē, ponēdo aut probabilem, aut
improbabilem positionem, aut neutram: & aut simpliciter
probabilem, aut improbabilem, aut indeterminatè, ut huic
alicui, uel alij. Nihil autem refert quomodocunque dum ea
probabilis, aut improbabilis sit: nam idem modus erit bene
respondendi, uel dandi, uel non dandi quod interrogatum
est: nam cùm improbabilis est positio, necesse est & con-
clusionem probabilem fieri: cùm uerò probabilis, impro-
babilem, nam oppositū semper positionis interrogans con-
cludet: si autē neq; probabile, neq; improbabile quod posi-
tum est, & cōclusio erit talis. Quoniā autē bene syllo- 47.locus. Declaratio.
gizans, ex probabilioribus & notioribus propositū demō
strat, manifestū est quòd quādo simpliciter est improbabi-
le quod proponitur, non dandum est respondenti, nec quod
non uidetur simpliciter, nec quod uidetur quidem, minus
autem conclusione uidetur. Nam cum improbabilis est
positio, probabilis est conclusio: quare oportet quæ
sumuntur, probabilia esse omnia, & magis probabilia

 quàm

quàm quod proponitur, si debet per notiora quod minus notũ est cõcludi: quare si neq; tale est quippiã eorũ quæ in-
48. Locus. terrogãtur, nõ ponendũ est respõdenti. Simpliciter autẽ si est probabilis positio: dilucidũ est quoniã cõclusio simpliciter improbabilis: ponẽdũ igitur et quæ uidẽtur, omnia, & eorũ quæ nõ uidẽtur, quæcũq; minus sunt improbabilia
49. Locus. declaratio. cõclusiõe. Nã sufficiẽter sic uidebitur disceptatũ esse. Similiter aũt erit, & si neq; improbabilis, neq; probabilis est positio. Nã sic & quæ uidẽtur omnia dandũ, & eorũ quæ nõ uidẽtur, quæcũq; minus sunt improbabilia conclusione:
50. Locus. sic enim probabiliores accidit orationes fieri. Si igitur simpliciter quidẽ probabile, uel improbabile quod ponitur: ad ea quæ uidẽtur simpliciter, cõparatio faciẽda. Si autẽ nõ simpliciter ꝓbabile, uel improbabile sit, quod ponitur, sed respõdẽti: ad seipsum, quod uidetur, & quod nõ uidetur iu-
51. Locus. dicãdo, ponendũ, uel nõ ponẽdũ. Si uerò alterius opinionem tutetur respõdens, manifestũ quoniã ad illius intelligẽtiam aspiciẽdo, ponere singula debet, & negare: quare & qui curãt extraneas opiniones (ut bonũ & malũ esse idem, quẽadmodũ Heraclitus inquit) nõ dant nõ adesse simul cõtraria eidẽ, nõ quia non uidentur eis hæc, sed quia secũdùm Heraclitũ sic dicendũ. Faciũt hoc autẽ & qui suscipiũt abinuicem positiones, cõiectant enim ac si is dicat qui ponit: manifestũ igitur quæ cõiectandũ respondẽti siue simpliciter
52. Locus. probabile, siue alicui positũ est. Quoniam autem est necesse omne quod interrogatur aut probabile, aut improbabile esse, aut neutrũ, & ad orationem, aut nõ ad orationem, attinere quod interrogatur, si sit quidem quod uidetur, &
53. Locus. declaratio. non ad orationẽ: dandũ est dicendo quod uidetur. Non enim interimitur (posito eo) quod in principio. Si uerò nõ uidetur,

detur,& non ad orationem: dandū quidem,& consignifi=
candum quòd non uidetur, ad deuitationem absurditatis.
Si uerò sit ad orationem,& uideatur,dicendū quoniam 54.locus.
uidetur quidē,sed ualde propinquum ei quod in principio declaratio.
est,& interimitur(eo posito)quod propositū est. Si au= 55.locus.
tem ad orationem quidem,ualde autem probabile postula= declaratio.
tum,dicendū quod accidit hoc posito,at ualde absurdū esse
quod proponitur. Si uerò neq; probabile,neq; improba= 56.Locus.
bile,si nihil quidem ad rationem,dandū nihil determinan= declaratio.
do. Si autem ad orationem,consignificandū quod interi= 57.locus.
mitur(posito eo)quòd in principio est. Nam sic & qui Declaratio.
respondet nihil uidebitur propter hoc pati: si quidē præui=
dens singula,posuerit,& qui interrogat,assequetur syllo=
gismū positis ab eo omnibus probabilioribus conclusione.
Quicunque uerò nō ex probabilioribus conclusione co= 58.locus.
nātur syllogizare,perspicuū quoniam nō bene syllogizant: Declaratio.
quare cū sic interrogant,non ponendum. Similiter autem 59.locus.
& in ijs quæ obscurè,& multipliciter dicuntur,occurren= Declaratio.
dum est. Nam quia datū est respondenti nō discenti,dicere
non disco,& multipliciter dictū non ex necessitate confite=
ri,uel negare,manifestū quoniā primū quidē nisi planum sit
quod dicitur,nō cunctādū ut dicat haud intelligo:nā sæpè
ex eo quod non clarè interrogātibus dant,occurrit aliquid
difficile. Si autem notū quidem sit,multipliciter autem 60.Locus.
dictum,si in omnibus quidem uerū uel falsum sit quod dici= declaratio.
tur: dandū simpliciter quod dicitur,uel negandum: si uerò
in aliquo quidem sit uerum,in aliquo autem falsum,signi=
ficandum est quod multipliciter dicitur, & quia hoc qui=
dem falsum,illud autem uerum. Nam cùm posterius distin=
guitur,immanifestū si & in principio ambiguū animad=

61. locus. *uerterit.* Si autem non præuiderit dubiũ, sed in alterum
Declaratio. aspiciens posuerit, dicendum ad eũ qui in alterũ ducit, quoniam non ad id aspiciens dedi, sed ad alterũ eorũ. Nã pluribus existentibus quæ sub eodem nomine, uel eadem oratione sunt, facilis est ambiguitas. Si uerò & dilucidũ sit, & simplex quod interrogatur, aut sic, aut non, responden-
62. locus Declaratio dum. Quoniã autem omnis propositio syllogistica, aut earũ aliqua est, ex quibus syllogismus, aut propter aliquã illarum, manifestũ quòd quandoq; alterius gratia sumetur, ex eò quòd plura similia interrogant. Nam aut per inductionem, aut per similitudinem, plerumq; uniuersale sumũt: singularia igitur omnia ponendum, si sint uera, & proba-
63. locus. bilia. Ad uniuersale autem tentandum instantiam ferre.
Declaratio. Nam sine instantia uel quæ sit, uel quæ uideatur, prohibere orationem, proteruire est: si igitur multis apparentibus, non dederit uniuersale qui non habet instantiã, manifestum
64. locus. declaratio. est quoniam proteruit. Amplius, si neque contra argumentari habeat quòd non uerũ, multò magis uidebitur proteruire, quamuis nec hoc sufficiat: nam complures orationes opinionibus contrarias habemus, quas difficile est soluere, uelut Zenonis, quòd non contingit moueri, neque stadium pertransire: sed non propter id, quæ sunt opposita his, non ponendum, si igitur qui neque contrà argumentari habet, neque instare, non ponit, dilucidum quoniam proteruit: est enim in disputationibus proteruia, respõsio præ-
65. locus declaratio. ter dictos modos, syllogismi destructiua. Sustinere autem & positionẽ, & definitionem, ipsum sibijpsi oportet præargumentando. Nam ex quibus interimunt interrogantes quod proponitur, manifestum quoniam ijs aduersandũ.
66. locus. declaratio. Inopinabilem uerò suppositionem cauendum sustinere. Erit

re. Erit autem inopinabilis multipliciter: nã & ea ex qua, absona cõtingit dicere: ut si omnia dicat aliquis moueri, aut nihil: & quæcunq; peioris moris esse eligenda, & quæ cõtraria consilijs, ut quòd uoluptas bonum, & iniuriã facere melius quàm iniuriam pati: nam non ut orationis gratia sustinentem, sed ut ea quæ uideantur dicentem oderunt.

Quæcunq; uerò orationum falsum syllogizant, soluendum interimendo id propter quod fit falsum. Nam non is qui quoduis interimit soluit, ne quidem si falsum est quod interimitur: habere enim potest plura falsa, oratio: ut si quis sumat sedentem scribere, Socratem uerò sedere: accidit enim ex his, Socratem scribere: interempto igitur Socratem sedere, nihil magis soluta est oratio: quãuis falsum sit postulatum, sed non propter id oratio falsa: nam si quis sit sedens, non scribens autem, non amplius in tali, aptè accommodabitur eadem solutio: quare non id interimendum, sed sedentem scribere: nõ enim omnis qui sedet, scribit. Soluit igitur omnino, qui interimit id, propter quod fit falsum: nouit autem solutionem, qui scit quòd propter id falsa oratio: quẽadmodũ in ijs quæ falsò describũtur. nõ enim sufficit instare, ne quidẽ si falsum sit quod interimitur, sed & id propter quod falsum, aßignandũ: sic enim erit manifestum utrũ præuidens aliquid, an non, facit instantiam. 67. Locus. Declaratio.

Loci communes pro interrogante, & respondente.

CAPVT IIII.

Est autem orationem prohibere concludi, quadrupliciter. Nam aut interimendo id propter quod fit falsum: aut ad interrogantem instantiam dicendo: sæpe enim non soluit quidem: qui tamen interrogat, nõ potest longius producere 68. locus. Dubitatio.

producere. Tertium autem ad interrogata: accidit enim ex interrogatis quidem non fieri quod uolumus, eò quòd non bene interrogata sint, addito autem aliquo, fieri conclusionem. Si igitur nō amplius potest producere interrogans, ad interrogantem erit instantia: si autem potest, ad interrogata. Quartum autem, peßima est instantiarū quæ est ad tempus: nam quidam talibus instans ad quæ disputare pluris est tēporis, quàm præsentis exercitationis: instantiæ igitur, ut dictum est prius, quatuor modis fiunt. Solutio autem est earum quæ dictæ sunt, prima tantum: reliquæ autem prohi-
69. Locus. declaratio. *bitiones quædam & impedimenta conclusionum. Inculpatio uerò orationis, & secūdùm ipsam orationē, & quādo interrogatur non eadem. Plerūque enim quòd non bene disputatur oratio, is qui interrogatur, est causa eò quòd nō*
70. Locus. declaratio. *concedat ex quibus probè erat disputare ad positionē: nam non est in altero solo, bene absoluere cōmune opus. Necessarium igitur quandoque ad dicentem, & nō ad positionem argumentari, quādo is qui respondet, & contraria interroganti obseruat corroborans: proteruientes igitur, altercatorias, & non dialecticas faciunt exercitationes. Amplius autem quia exercitationis & experimenti gratia, & non doctrinæ huiusmodi sunt orationes, perspicuū quoniam non solùm uerū syllogizandū, uerùm etiam falsum, nec per uera semper, sed quandoq; & per falsa: sæpe enim uero posito, interimere necesse est disputantem, quare proponenda falsa: quandoq; autem & falso posito, interimendum per falsa: nihil enim prohibet, alicui uideri quæ non sunt, magis quàm uera: quapropter ex ijs quæ illi uidentur, oratione*
71. Locus. *facta magis erit suasus quàm adiutus. Oportet autē eum qui bene transfert, dialecticè, & non contentiosè transferre,*

re. Vt geometram geometricè, siue falsum, siue uerum sit, quod cõcludendũ est: quales autem dialectici syllogismi, di-ctum est prius. Quoniam autem malus particeps, qui 72. Locus.
impedit cõmune opus, patet quòd & in orationibus: nam cõmune quippiam quod proponitur & in illis est, præter-quàm in concertantibus: his autem non est eundem utrisq; finẽ assequi: nã plures uno impoßibile est uincere. Differt autem nihil siue in respondendo, siue id interrogando fiat: nam & qui contentiosè interrogat, prauè disputat: & qui in respõdendo nõ dat quod uidetur, neq; suscipit quicquam quod uult interrogans interrogare. Manifestũ igitur ex 73. Locus.
ijs quæ dicta, quòd non similiter inculpandũ & secundùm seipsam orationem, & interrogantem. Nam nihil prohibet orationẽ quidẽ prauã esse, interrogantem uerò ut poßibile est optimè contra respõdentem disceptare: nam cõtra pro-teruos nõ poßibile fortasse statim sumere quales quis uult, sed quales fieri poßibile, faciendi syllogismi. Quoniã autẽ est indeterminatũ quando contraria, & quãdo ea quæ sunt in principio sumũt homines (nam plerũq; per seipsos di-centes cõtraria dicũt: & abnuentes prius, dant posterius, eò quòd interroganti & contraria, & quæ in principio, plerũq; obediũt) necesse est prauas fieri disputationes: cau-sa autẽ est qui respõdet hæc quidem non dans, illa autẽ talia dans: manifestũ igitur quoniã non similiter inculpandũ & interrogãtes, & orationes. Orationis autẽ secũdùm se-ipsas quinq; sunt inculpationes. Prima quidẽ quãdo ex in-terrogatis non cõcluditur, neq; quod propositum est, neq; omnino quicquam, cum sint uel falsa, uel inopinabilia, aut omnia, aut plurima, in quibus consistere debet cõclusio: & neq; ablatis quibusdã, neq; additis, neq; his quidem ablatis,

Inculpationes orationis quinque.

illis

illis uerò additis, fit cõclusio. Secũdò autẽ, si ad positionem nõ fiat syllogismus, et ex talibus, & eo modo quo dictũ est prius. Tertia uerò si additis quibusdã fiat syllogismus: hæc autẽ sint deteriora ijs, quæ interrogãtur, & minus probabilia cõclusione, etiã si ablatis quibusdã, nã quãdoq; sumũt plura necessarijs: quare nõ eò quòd hæc sunt, fit syllogismus. Amplius, si ex inopinabilioribus, & minus credibilibus cõclusione, aut si ex ueris, sed maiore opera indigẽtibus demõstrari, quàm problema: nõ oportet autem ex omnibus problematis syllogismos existimare similiter pbabiles esse, & suasibiles: natura enim statim sunt aliqua quidem faciliora, alia uerò difficiliora eorũ quæ interrogãtur: quare si

74. Locus. *ex aliquibus ut fieri potest maximè probabilibus, cõiecturã*
declaratio. *fecerit, disputatũ bene est. Manifestũ igitur quoniã orationis nõ eadẽ inculpatio, & ad problema, & secũdùm se. Nam nihil secundùm se quidẽ orationẽ prohibet esse uituperabilẽ, ad problema autẽ laudabilem: et rursum ediuerso secũdùm se quidẽ laudabilẽ, ad problema aũt uituperabilẽ: quando ex pluribus est facile cùm probabilibus, tum ueris*

75. Locus. *cõcludere. Erit autẽ quãdoq; oratio etiã cõcludẽs quàm*
Declaratio. *non cõcludens deterior, quãdo illa quidẽ ex absurdis cõcludit, cùm nõ sit tale problema: hæc autẽ indigeat talibus quæ sunt probabilia & uera, & uondũ ex assumptis fit oratio.*

76. Locus. *Eos aũt qui per falsa uerũ cõcludũt, nõ iustũ est incul-*
Declaratio. *pare. Nam falsum quidẽ semper necesse est per falsa syllogizare: uerũ autẽ est quãdoq; per falsa syllogizare, manifestum autẽ id ex analyticis. Cum autẽ demõstratio sit alicuius dicta oratio: si aliquid est aliud quod ad cõclusionem nullo modo se habet, nõ erit ex illo syllogismus: si autẽ appareat, sophisma erit, non demõstratio. Est autem philoso-*

phema

phema quidem, syllogismus demõstratiuus: epichirema autem, syllogismus dialecticus: sophisma uerò, syllogismus cõtentiosus: aporema autẽ syllogismus dialecticus contradictionis, Si uerò ex utrisq; quæ uideantur, aliquid ostendatur, nõ autẽ similiter uideãtur: nihil prohibet quod ostenditur magis altero uideri. Sed si hoc quidem uideatur, illud autem neutra parte: aut si hoc quidem uideatur, illud autem nõ uideatur: similiter quidem similiter utique erit, & non: si autem magis alterũ, sequetur quod est magis. Est autem quoddã & idem ad syllogismos peccatum, quando ostenditur per longiora quod contingit per breuiora, & quæ orationi assunt. Vt quòd est opinio magis altera, quàm altera: si quis petat ipsum quodque maximè esse, esse autẽ opinabile, ipsum quod uerè est: quare quorundã magis esse ipsum: ad quod autem magis, magis dicitur esse. esse autem & ipsam opinionem uerã: an erit accuratius, quàm par sit exigens quædam? petitũ est autem & ipsam opinionem ueram esse, & ipsum quodq; maximè esse, ac si ipsa opinio uera, certior sit: sed quæ nequitia maior, quàm quæ facit circa id cuius est oratio, latere causam? oratio autem est manifesta uno quidem modo, & publicißimo, si sit concludens sic, ut nihil oporteat interrogare: uno autẽ & qui maximè dicitur: cum sumpta quidem sint ex quibus necessarium est conclusionem esse, quæ quidem sint per conclusiones conclusa, etiam si id omittitur quod ualde probabile est.

77. Locus. Declaratio.

78. Locus. Declaratio.

Pro opponente & respondente loci communes.

CAPVT V.

FAlsa autem oratio uocatur quadrupliciter. Vno quidem modo quando apparet concludere quæ nõ cõcludit: 79. Locus. Declaratio.

dit: uocatur autem apparens, litigiosus syllogismus. Alio modo, quando concludit quidem, non tamen ad propositũ: quod accidit maximè in ijs quæ ad impoßibile ducunt. Aut ad propositũ quidem concludit, non tamen secundùm propriam disciplinã: hoc autẽ est, si ea quæ nõ est medicinalis, uideatur esse medicinalis, aut geometrica quæ non est geometrica, aut dialectica quæ non est dialectica, siue uerum, siue falsum sit quod accidit. Alio autẽ modo, si per falsa nõ cõcludit: huius autẽ erit quandoq; quidem cõclusio falsa, quandoq; autem uera: nam falsum quidẽ semper per falsa concludit, uerũ autem poßibile est & nõ per uera: ut dictũ est prius. Quòd autẽ falsa sit oratio, dicentis peccatũ potius est, quàm orationis: at ne quidẽ dicẽtis semper, sed cùm lateat ipsum quod falsam orationẽ dixit aliquam: eò quòd ab ipso suscipimus cũ pluribus ueris quippiã amplius: si ex ijs quæ maximè uidentur interimit aliquid uerorum (talis enim existẽs, uerorũ demõstratio est) oportet sanè positorũ aliquid nõ esse omnino, quare erit huius demõstratio. Si aũt uerũ cõcludat per falsa, & ualde absurda, cõpluribus deterior erit quæ falsum syllogizant: erit autẽ talis, & quæ falsum cõcludit. Quare manifestũ quòd prima quidẽ cõsideratio orationis secundùm seipsam est, si concludit: secunda autẽ, utrũ uerũ an falsum: tertia uerò, ex qualibus quibusdam. Nã si ex falsis quidẽ, opinabilibus autẽ, rationabilis: si autem existẽtibus quidẽ, sed inopinabilibus, praua: si uerò & falsa & ualde inopinabilia sint: dilucidum quod praua, aut simpliciter, aut ad rem. Id autem quod in principio & cõtraria quonam pacto peteret interrogans, secundùm ueritatem quidem in analyticis dictũ est, secũdùm opinionem

10. Locus. Declaratio. uerò nunc dicendũ est. Petere autẽ uidẽtur id quod est in principio

principio quinq; modis. Manifestissimo quidem & primo, si quis idipsum quod monstrari oporteat, petat: hoc autem in eo ipso quidē non facilè latere potest, in synonymis autē, & in quibuscunq; nomē & oratio idem significat, magis. Secundo autē, quando quod particulariter oporteat demō= strare uniuersaliter quis petat: ut qui argumentatur quòd contrariorū una disciplina, omniū oppositorū postulaue= rit unam esse: nam uidetur id quod oportebat secundùm se ostēdere, cū alijs petere pluribus. Tertiò, si quis quid uni= uersaliter est ostendere propositum, particulariter petat: ut si de omnibus cōtrarijs propositū est, de aliquibus postu let: uidetur enim hic quod cū pluribus oportebat ostendere secūdùm se, extra petere. Rursus, si quis diuidēs, petat pro= blema: ut si oportet ostendere medicinā sani & ægri, extra utrūq; postulet: aut si quis eorū quæ sequuntur seinuicem ex necessitate, alterum petat: ut latus incōmensurabile esse diametro: si oporteat ostēdere quòd diameter lateri. Aequa liter autem & contraria petunt ei quod ex principio est. Nam primò quidem si quis opposita petat secundùm affir= mationē & negationem. Secundò autem contraria secun= dùm oppositionem: ut bonū & malū idem. Tertiò uerò si quis uniuersaliter postulans, particulariter petierit cōtra= dictionem.

Vt si quis sumens contrariorū unā discipli= nam, sani & ægri alterā esse petat: aut si hoc petēs, in uni= uersali oppositionem tentet sumere. Rursum, si quis petat cōtrarium ei quod ex necessitate accidit per ea quæ posita sunt: & si quis ea quidem non sumat quæ opposita, at alia petat duo, ex quibus erit opposita cōtradictio. 81. Locus. declaratio.

Differt autem cōtraria sumere tantillū ab eo quod est in principio: quoniā huius quidem est peccatū ad conclusionem (nam ad 81. Locus. declaratio.

 illam

illam aſpicientes, quod in principio eſt dicimus petere) contraria autem ſunt in propoſitionibus, eò quòd ipſæ aliquo modo ſe habēt adinuicē. Ad gymnaſiam autē & exercitationem taliū orationū primùm quidem cōuertere aſſueſcere oportet oratiões. Sic enim & ad id quod dicitur copioſius nos habebimus, & in paucis, plures ſciemus orationes: nam cōuertere eſt tranſſumentē cōcluſionē cū reliquis interrogationibus interimere unū quippiā eorū quæ dicta ſunt: neceſſe eſt enim ſi cōcluſio nō eſt, unam aliquā interimere propoſitionū: ſiquidē omnibus poſitis neceſſe erat cōcluſionē eſſe. Ad omnē aūt poſitionē & quod ſic, & quod non ſic argumentū cōſiderandū, & cùm inueneris, ſolutionem ſtatim quærendū. Sic enim ſimul accidet & ad interrogandū, & ad reſpondendū exerceri: & ſi ad nullū alium habemus, apud noſipſos ſenſim cōparanda ſunt quæ attinēt ad ipſam poſitionē argumenta: nam id ad cogendū multam copiam præbet: & ad redarguendū magnū habet adiumētum, quādo quiſpiā promptus eſt argumētari, & quòd ſic & quòd nō ſic: nā ad cōtraria accidit facere obſeruationē, & ad cognitionē, & ea (quæ ſecūdùm philoſophiam eſt) peritiam poſſe conſpicere, & cōſpexiſſe quæ ab utraq; accidunt ſuppoſitione, nō paruū inſtrumentū: reliquū enim horū, rectè eligere alterū: oportet autē ad id quod tale eſt, eſſe bono ingenio: & hoc eſt ſecundùm ueritatem bonū ingeniū, poſſe bene eligere uerū, & diffugere falſum: quod qui nati ſunt bene, poſſunt probè facere: nam qui amāt, &
84. Locus. Declaratio. qui odiūt, qđ profertur facilè diſcernūt optimū. Et ad ea quæ ſæpiſſimè incidūt problemata, ſcire oportet oratiões,
85. Locus. Declaratio. & id maximè de primis poſitionibus. Nam in his faſtidiūt ſæpe qui reſpondent. Amplius, terminorū copioſos eſſe oportet.

oportet, & probabilium, & primorũ se habere prõptos. Nam per hæc fiunt syllogismi. Tentandũ autẽ & ea (in quæ sæpißime incidunt disputationes) tenere. 86.Locus. Declaratio. Nam quemadmodum in geometria ante opus est circa elementa exercitatum esse, & in numeris circa capitales promptè se habere, & multũ refert ad hoc, & alium numerum cognoscere multiplicatũ. similiter quoque & in orationibus prõptum esse ad principia, & propositiones memoria scire oportet: nam perinde ac in memoriæ sensorio solũ: loci positi statim faciũt ipsas res memorare: & hæc faciũt ad ratiocinandũ prõptiorem, eò quòd ad determinatas illas inspiciat secũdùm numerũ. Propositionemq; cõmunẽ magis quàm positionẽ in memoria ponendũ. 87.Locus. Declaratio. Nam principiorũ & suppositionũ copiosum esse mediocriter, difficile. Amplius, orationem unã plures facere assuescendũ, uelut ij qui occultißimè abscõdũt. 88.Locus. Declaratio. Tale aũt erit si quis quàm plurimũ abscedat ab affinitate eorũ, de quibus est oratio: erunt autẽ potiores orationũ uniuersales maximè, quæ id pati poßint, ut quoniã nõ est una pluriũ disciplina: sic enim & in ijs quæ sunt ad aliquid, & in cõtrarijs, & cõiugatis est. Oportet aũt & reminisci uniuersales facere orationes: tametsi fuerit disputans particulariter. 89.Locus. Declaratio. Sic enim & plures licebit unam facere: similiter autem & apud rhetores in enthymematibus. Eundem autem quàm maximè fugere, contra uniuersale ferre syllogismos. Et semper oportet cõsiderare orationes, si in pluribus communibus disputantur. 90.Locus. declaratio. Nã omnes particulares in uniuersali disputatæ sunt, & inest in particularibus eius quod est uniuersale demonstratio: eò quòd non est syllogizare quicquam sine uniuersali. 91.Locus. Declaratio. Exercitatio autem facienda: inductiuarum qui- 92.Locus. Declaratio.

93.Locus. Declaratio. *dem ad rudem, syllogisticarum autem ad expertũ.* Et *tentandum accipere ab ijs quidem qui in syllogismis triti sunt propositiones, ab ijs uerò qui in inductionibus, similitudi-*
94.Locus. Declaratio. *nes: in hoc enim utriq; exercitati sunt.* Omnino *autem exercitationis gratia disceptantibus tentandum afferre aut syllogismũ de aliquo, aut propositionẽ, aut solutionem, aut instantiã: siue rectè quis dicat, siue perperã, uel ipse, uel alter: & ad quippiã uterq;.* Ex *his enim facultas, exercitatio autẽ facultatis gratia.* Et *maximè circa propositiões, & instantias: est enim (ut simpliciter dicã) dialecticus: propositiuus & instãtiuus: est autem proponere quidem, unum facere quæ sunt plura.* Oportet *enim unum omnino sumere ad quod est oratio: instare autẽ quod unũ est, face-*
95.Locus. Declaratio. *re plura: nã aut diuidit, aut interimit: hoc quidẽ dans, illud autẽ nõ dans, eorum quæ proposita sunt.* Non *est autem cum omni disputandũ, neq; cõtra quemlibet exercitandum.*

Nam necesse ad aliquos, prauas fieri orationes: ab eo enim qui omnino tentat apparere, diffugiendũ: iustũ autẽ omnino tentare syllogismo cõcludere, ueruntamen nõ pulchrum, eò quòd nõ oportet aduersus quoslibet facilè cõsistere: quandoquidem necesse est paruiloquium inde emer-
96.Locus. *gere: nam qui exercitati sunt, non possunt abstinere à disputatione, sine altercatione.* Oportet *autem & factas habere orationes ad huiusmodi problemata, in quibus cum paucissimorum copia eas ad quàm plurima utiles habeamus: illæ uerò sunt uniuersales, & ad quas in promptu quippiam adinuenire difficile est.*



Libri octaui Topicorum Aristotelis finis.

IN ELEN